UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# De Præcellentia Episcopalis Dignitatis

**Alzedo, Mauricio de**

**Lugduni, 1630**

urn:nbn:de:hbz:466:1-62394

Visual Library

M III
27

Th. 4795.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE PRÆCELLENTIA EPISCOPALIS DIGNITATIS.

## DE'QVE EPISCOPI FVNCTIONIBVS, AC POTESTATE IN CREDITA SIBI Eccleſia regenda, viſitanda, adminiſtranda;

*Necnon de Generalis Vicarij autoritate ac muneribus.*

## OPVS BIPARTITVM.

*Varium & amœnum, quo pleraque ex antiquitate Eccleſiaſtica educuntur; multa Iuris arcana euulgantur; quæ ad neceſſariam Antiſtitibus doctrinam, &* EPISCOPALEM PRAXIM *pertinent, dilucidè ac compendiò perſtringuntur.*


Autore D.D. MAVRICIO DE ALZEDO Cantabro ex valle Sopuertæ Iuris Canonici Doctore, Prothonotario ac Iudice Apoſtolico, & in ſupremo Caſtellæ Senatu cauſarum patrono.






Collegij Soc^tis Jesu Paderborne Anno 1650



*LVGDVNI,*

Sumptibus LAVRENTII DVRAND.

*M. DC. XXX.*

CVM PRIVILEGIO.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *REVERENDISSIMO PATRI,*
## *AC DOMINO MËO COLENDISSIMO,*

PETRO DE LA MADRE DE DIOS,*quondam (antequam creatus nouus homo ſecundùm Deum in iuſtitia & ſanctitate veritatis)* DE GVZMAN,*in illuſtriſsima mihi & omnibus amabili Diſcalceatorũ Carmelitana familia Diffinitoris officium gerenti.*

CONSIDERANTI mihi ſæpenumerò (Pater Reuerendiſſime) varia hominum ſtudia, illi felices maximéque laudabiles videntur, qui omnes actiones ſuas in Deum referunt, totóſque ſeſe in optimæ vitæ ſtatu & exquirendo & conſequendo collocarunt, nimirum intelligentes mundi gloriam, potentiam, & opes (ad quas plerique mortalium auiditate inflammati aſpirant) non eſſe in rebus expectandis, & præclaris numerandas, quippe cùm eas caducas & incertas aſpiciant, virtutem amplectuntur, quæ altiſſimis defixa radicibus neque poteſt incendio amitti, neque direptioni committi, neque vlla temporum corruptione labefactari: inter omnes verò qui hunc felicem curſum feliciter conficiunt, tu præcipuè emines (mi clariſſime Pater) qui in inſigne magnitudinis atque excellentiæ tuorum maiorum ac parentum ſede conſtitutus, admi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rabiliter virtutem ſectans, eorum memoria ac tui ipſius, & etiam Guzmanorum percalcata & neglecta, ad cæleſtia tunc temporis aſpirans, cum diuitiæ deliciæ, & ſpes etiam maiora conſequendi allicere ſolent, & animum imbecillem reddere, ac rationis vſum obſtupeſcere, ſtatim cùm clamor intra cor tuum tibi factus, timens ne in aſſumendis veſtimentis ac calciamentis, & maiorum tuorum excellentiſſimo cognomine moram faceres, intra quam Dominus veniret, & clauderet ianuam, celeriter nudus ſurgens, & etiam pedibus diſcalceatis ad Carmelitanam diſcalceatorum confugiſti familiam, ad ibi vigilanter Dominum expectandum, quando reuertatur à nuptiis, optimo ac ſingulari conſilio pedibus pergis diſcalceatis, ne tibi diceretur quod Moyſi, quando ad videndum quòd rubus ardebat, & non comburebatur, appropinquabat, *Solue* (inquit Dominus) *calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt:* ſancta eſt etiam Diſcalceatorum Carmelitana familia, quam habitas, & ſanctiſſimorum virorum fœcunditate plena, fertiliſſima Eccleſiæ, & vtiliſſima fidei, & ſic diſcalciatus incedis, & decoratus humilitate, manſuetudine, conſtantia, patientia, integritate, ſolertia, probitate, eximia pietate, & ſingulari prudentia, & omni denique ſanctimonia. Venerabiliſſimi Patris Ioannis *de la Cruz* (citò vt exiſtimo in Sanctorum catalogo adſcribendus) & præclariſſimi Franciſci de IESV & MARIA, Antonij de IESV, Franciſci indigni Ioannis *de la miſeria*, ſingulariſſimi Franciſci *del Niño Ieſus*, & aliorum

rum

rum illuſtriſſimorum virorum, quorum nomina in libro vitæ extant ſcripta (in tuæ ſanctiſsimæ religionis laudem & ornamentum) eximia opera, admiranda prodigia, & ſtupenda facta imitando, ac ſingularia ſequens veſtigia, & etiam maiorum tuorum: in tua enim excellentiſſima Guzmanorum progenie viros habes glorioſos, quos imitando ſequeris, quos ſequendo exaltas, in Patres & aſcendentes habes glorioſiſſimum Ildiphonſum Toletanum Archiepiſcopum, & ſanctiſſimũ Dominicum Prædicatorum Patrem ac Patriarcham, & etiam Dominum *de la Caſa de Orgaz*, qui anno Domini 1322. viam vniuerſæ carnis ingreſſus, cùm ad eum ſepeliendum vniuerſa Toletana ciuitas congregaretur, in parochia Diuo Apoſtolo Thomæ dicata, apparuerunt (turba pręſente & ſtupẽte) venerabilis Doctor Auguſtinus, & Protomartyr Stephanus ad eius exequias celebrandas, & ipſi ſuis manibus ſepelierunt, dicentes alta voce in reditu, *Sic honoratur, quem Deus vult honorare.* Dominum etiam Alphonſum Perez *de Guzman el Bueno*, qui pro fidei exaltatione, ſui Regis, ac populi defenſione, filio ſuo nõ pepercit, maluit namque ciuitatem obſidiatam Regi ſuo indemnem ſeruare, quàm dilectiſſimi filij vitam redimere, & in ſignum ſuæ numquam auditæ excelſi animi præſtantiæ, ac fidelitatis, gladium cum quo filius vita eximeretur, proiecit. O celeberrima, & excellentiſſima Guzmanorum illuſtriſſima familia, tanta virtutis, honoris, & ſanctitatis gloria condecorata, & ampliſſima diuitiarum opulentia ornata, pacis bellíque tẽ-

pore tuorum maiorum glorioſiſſimis & heroïcis trophæis,ac ſingularibus illuſtrata miraculis. Quod ſi nobiles & plebei literati,vel milites noſtrarum Hiſpaniarum,quinimò & aliarum nationum aliquem honoratiſſimum,illuſtriſſimum, & diuitiarum opulentiſſimũ eſſe exaggerare velint,non aliis illuſtriſſimis huius regni familiis, ſed magis huic excellentiſſimæ Guzmanorum comparandam exiſtimant, quinimò & vbi aliquis rem aliquam magnam & memorabilem facit,faceréve intentat, mundi exaggerandi modus non alius eſt quàm dicere, non poſſet plus facere ſi eſſet *de los Guzmanes*:ex hac enim ſingulariſſima familia Imperatores & Reges,qui totum gubernãt orbem originẽ ducunt;nam ex Alphonſo ſexto *el de la mano Oradada*,qui Toletum recuperauit,& ex Domina Iimena Gomez *de Guzman* Domina Thereſa orta eſt, quæ Henrico Lotharingio nupſit,cui in dotem datum Luſitanorum regnum, ex iſto feliciſſimo matrimonio fuit in lucem editus Alphonſus I. Rex Luſitanorum. Alphonſus X. cognominatus *el Sabio*, Hiſpaniæ Rex,& Domina Maior *de Guzman* habuerunt in filiã dominam Beatricem *de Guzman*,quæ in matrimonium Alphonſi III. Luſitaniæ Regis collocata,cui etiam in dotem traditum Regnum *de los Algaraues*, ex ea enim illius regni Reges legitimo & ordinato procedunt ordine. Ex Alphonſo XI. & ex Domina Leonore *de Guzman* in hanc lucem prodiit Henricus II. Hiſpaniæ Rex,ex quo omnes Hiſpaniarum Reges & Imperatores de Auſtria legitimè etiam deſcendunt,& per Ferdinan-

dum

dum Imperatorem Caroli V. fratrem omnes Reges Galliæ, & Duces de Otruïa, ac ferè omnes magnates & proceres Germaniæ & Italiæ. Prætereo tamen (ne rem infinitam faciam) mentionem facere de pręclariſſimis viris, qui propter eximias belli, paciſque artes celebrem poſteris memoriam reliquerunt, & etiam multitudinem referre magnatum, qui ex hac excellentiſſima progenie ducunt originem, atque oriuntur, ne tuam ſingularem humilitatem offendam, ac modeſtiam, tum etiam quia de eximiis (ob mei ingenij ruſticitatem) pauca dicere injurioſum eſſet, & ſecuriùs mihi balbutienti, & rudi Oratori ſileſcere viſum eſt. Accipe igitur, mi colendiſſime Pater, praxim hanc tuæ amplitudini in mei gratitudinis, recognitionis, ac amoris pignus dicatam, quam ſi tibi gratam retuliſſe ſenſero, ad maiora elucidanda feſtinabo. Vale refugium meum, & in nidulo tuo viue feliciter, vt requieſcas, & ſit tua memoria æterna.

MAVRICIVS DE ALZEDO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# LECTORI.

SATIS compertum habeo (Lector optime) quàm parùm egeant iſta noſtra tempora nouorum librorum editione, in hac præcipuè Iuris facultate, in qua vel ingeniorum fertilitate, vel negociorum tantum abundat iſta ætas, vt quotidie noua iuris copia ſuppullulet ac renaſcatur: vnde quidam interrogatus, cur cùm ſapiens eſſet, nihil doctrinæ poſteris ſcriptum reliquiſſet, reſpondiſſe fertur; quoniam librorum copiam ſtudioſis video iam officere, in quod vitium incidimus omnes, inter quos maximè ego, qui auſus ponere manum ad calamum in vigeſimo ætatis meæ anno, indoctus & inſufficiens ad hoc, iuxta illud Horatianum.

Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim.

Et etiam in hoc ſcribendi vitio ferè illud Mantuani dici queat.

Hoc commune malum ſemper inſanimus omnes.

Nimirum ſi huic inſaniæ culpæ nos quoque cedamus, quam tamen vt occaſione vel in aliquo diluamus, huius noſtræ audaciæ (ne dicam temeritatis) cauſam tibi (Lector) exponere viſum eſt. Etenim cùm in quinto ſtudiorum meorum anno, antequam Baccalaureatus gradum ſuſciperem, à Matritana curia diſcederem, vt conſortio hominum carens in ſolitudine cuiuſdam parui oppidi dicti Sobrado, me totum libris traderem, ibique acceſſit cuiuſdam clariſſimi Præſulis mandatum, adhoc vt in colligendo in vnum omne id quod Epiſcopalis dignitatis proprium eſſet, & in reſpondendo oppoſitionibus Andreæ Siculi Barbatiæ laborarem: nam licèt de hac materia plura extent volumina, non tamen de hoc ſolo propoſito agunt, ſed ad varia ſe conuertunt, & vbi collecta ita inter varias ac diſſimiles quæſtiones inuoluta, quod Epiſcopis valdè moleſtum & faſtidioſum, ibi inueſtigare. Sed quidquid ſit præceptum tale fuit, & licèt humeris meis im-

par,

*par, nihilominus ne tantum Principem contriſtarem, & me illi ac etiam Epiſcopali dignitati (quam humiliter veneror) ingratum oſtenderem, non recuſaui, cœpi namque in hac re ſulcum imprimere, non ſine magno atque ingenti labore, ob longum ac periculoſum morbum, quo oppreſſus tunc veriſſimam Eccleſiaſtes in c. 1. ſententiam iudicaui aſſerentis: quòd qui adit ſapientiam, adit laborem; nam literarum ſtudium afflictiones & ægritudines gignit, & ideò ſapientes antiqui fabulam quandam fingentes dicebant, quòd Tireſias quia Mineruam (quam gentilitas errore ducta) deam ſcientiarum celebrauit, nudam vidit, in pœnam huius viſionis cæcus remanſit, exponunt namque fictionem hanc hoc modo, affirmantes quòd ſtudioſi & ſapientiæ cupidi plurimas ægritudines comparabunt ipſo ſtudio, & ferè potentiam viſiuam amittent, ſi breui tempore iuris difficultates inueſtigare fuerint conati; hæc enim mihi ideò accidit, quia continuò diu noctúque vt citiùs conficerem, & plura inueſtigarem, laborabam; non quia in huius operis editione ingenium ad vltimum vſque dilataſſem, vt eſſet hoc opus ingenij & ſtudiorum meorum exemplar, fateor enim me illud breuiſſimo temporis ſpatio fer[e] obiter concepiſſe, & parturiſſe: quod vtinam ex ipſius diſcurſu non comprobetur, vbi enim non ad inanem oſtentationem & pompam proceſſi, ſed ad ſimplicem tantùm, & ſynceram veritatis viam Epiſcopis demonſtrandam, tædioſiſſimas & inutiles opinionum diſputationes conſultò omittis, ſolùm agens de illis rebus Epiſcopali dignitati attinentibus, clarè & dilucidè tradendis, & cum in cæteris omnibus omnis perſpicuitatis principium ſit breuitas, iuxta illud Ciceronis 3. de finibus.*

Quæ perſpicua ſunt longa eſſe non debent.

*Et Horatius in arte poëtica.*

Quidquid præcipias eſto breuis, vt dicta citò
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.

*Et Martialis lib. 2 Epigrammate primo.*

At nunc ſuccincti quæ ſint bona diſce libelli,
Sit licèt vſque malus non odioſus erit.

*Eam ſequuti ſumus in quo maximè gloriari poſſumus veritati in-*

ẽ

*hærendo, quam ſemper amamus, & cum Præſuli cuius cauſa hæc Praxis facta tranſmitterem, tam ipſe quàm alij doctiſſimi viri, vt in Epiſcopalis honorem ac præſtantiæ commendationem typis traderem, enixè poſtularunt: & ideò in lucem (licèt timidè ac verecundè) exire permitto, quam tibi libentiſſimè trado, vt perlegas, fraternáque charitate emendes, neque enim amore mei ita langueo, aut philautia teneor, quin in his & in omnibus tuo meliori iudicio non ſemper ſubiciam. Vale.*

## IVDICIVM DOCTORIS D. FERDINANDI ADORNI, DE COMMISSIONE ſupremi Caſtellæ Senatus.

*Doctor. D. Ferdinandus Adornus Presbyter S. Salernitanæ Eccleſiæ, Canonicus, Cardinalis, & Cappellani conſilij Regij Capellanus, & illuſtriſſimi & reuerendiſſmi D. Cardinalis de Trejo Caſtillæ Præſidis Theologus: Altitudinem veſtrã certiorem facit legiſſe ſe librum hũc, cui titulus* De poteſtate Epiſcopi Praxis, ab egregio & apprimè erudito viro, ac pio Doctore D. Mauricio de Alzedo Cãtabro conditum *& nihil in eo inueniſſe vel quod Chriſtianam læderet religionem, vel mali moris ſaperet: quamobrem licitè permitti poteſt, quod ad communem vtilitatem Prælatorum typis, ſi placet, mandetur. Datum Matriti pridie Idus Decembris reparatæ ſalutis Anno* 1629. *De Iuſſu. A. V.*

Doct. D. Ferdinandus Adornus.

*Da ſe le liçencia y Priuilegio para poder le imprimir por diez años.*

## *IVDICIVM PATRIS MAGISTRI Fratris Didaci de Campo, ſupremæ inquiſitionis qualificatoris, & Synodalis examinatoris in Archiepiſcopatu Toletano.*

De ordine Domini Domini Ioannis de Velaſco y Azeuedo Vicarij generalis in hac regali curia, perlegi praxim hanc, *de Epiſcoporum præſtantia, elaboratam à viro præſtantiſſimo Doctore Mauricio de Alzedo*, multiplici ac varia eruditione fulgentem, condignámque Epiſcoporum ſublimi dignitate. Ita ſentio in hoc Diui Philippi Matritenſis conuentu, vigeſima nona Nouembris die, anni 1628.

*Fr. Didacus de Campo.*

REVERENDVS P. MAGISTER DIDACVS DE SALAÇAR IN BENEDICTINA FAMILIA BIS Diffinitor, biſque Abbas in cænobio Diui Millanis *de la Cogulla*, & Diui Vincentis Salmanticenſis, in ipſaque Vniuerſitate per viginti annorum curricula Theologiæ Magiſter, & ibi Licentiaturæ & Doctoratus gradu decoratus, totius verò Ordinis iam diu Concionatoris celeberrimi officium gerens, poſtea verò apud ſanctum Martinum Matritenſem, nunc verò vt exiſtimo in cæleſti patria commoratur: in hunc modum quid ſenſerit dicit de Praxi Domini Mauricij de Alzedo.

DE præſtantia Epiſcoporum libellum, ſiue compendium à D.Doct. D.Mauricio de Alzedo elaboratum *legi accuratè, & perlegi, opus ſanè omni admiratione dignum, dum enim ætatem authoris, agit enim ſecundum ſupra vigeſimum annū, conſidero, & ex alia parte tot Pontificum recondita arcana, ſanctorum Patrum teſtimonia ſelecta, & non vulgares ſacræ Scripturæ expoſitiones congeſtas in opere video, laborem ætatem ſuperaſſe quis non videat, & iuuenem ſe ſupra ſeipſum leuaſſe facilè intelliget. Quid enim (teſte Seneca) iuuenilis ætas niſi flores ingenij prorumpere poteſt: ſi ergo in iuuenili ætate nō ſolùm flores, ſed fructus vberrimos apparuiſſe iam cernimus, nónne mirandum, apparuerunt certè flores fructus honoris & honeſtatis, vt de alio Spiritus ſanctus teſtatur, honoris inquam, nam ſi filius ſapiens honor eſt patris, feſtinata ſapientia quid non parentes honorabit, honeſtatis etiam, nam ſi teſte Cypriano aſſidui labores honeſtatis indicia ſunt, labores in iuuentute florentes quid iuuentutem honeſtam & laudabilem non reddent. Apparuerunt ergo, prodeant, & typis mandentur huiuſmodi flores & fructus, vt in eis quid ſibi præſtent habeant Epiſcopi, iuuenes quid imitari, omnes quid admirari. Data Matriti apud Diuum Martinum.*

Epiſt. 11. Canticor. Epiſt. 2.

Fr. Didacus de Salazar.

## *APPROBATIO REVERENDI PATRIS Ioannis Perlini, è ſanctiſsima Societate Ieſu per triginta annorum tempus Theologiæ publicus Magiſter, nunc verò in Collegio Imperiali Matritenſi Theologiæ primarius.*

PErcurri, atque luſtraui oculis & mente librum hunc *Praxis Epiſcopalis, in quo de Antiſtitum agitur dignitate, authore Domino Mauricio de Alzedo iuris vtriuſque Profeſſore*, opus eſt admodum vtile tam cauſarum patronis omnibus, tam iudicibus, vt mittam docentes publicè, quibus magno adiumento erit, vt & reliquis ſtudioſis & Iuriſprudentiæ ac Theologiæ: multa in eo antiquitatis monumenta euoluuntur, multa eruuntur in lucem & illuſtrantur, quæ penitus iacebant obſcura, non minùs dilucidè quàm compendioſè, vt faſtidium vitet Lector, traduntur omnia, diligentia ſcriptoris enitet maximè vt & ingenium viri cui ſtyli facilitas placuit, placebit & cuique orationis perſpicuitatem amanti, in rebus quæ ad erudiendum animum traduntur, non ad pompam & inanem calami oſtentationem, ita de toto iſto ſentio opere. Matriti 28. Octobris 1628.

*IOANNES PERLINVS.*

# DOCTORI IN IVRE DOMINO MAVRICIO DE ALZEDO IN ſuæ Praxis laudem, de poteſtate Epiſcopi.

*Magiſter Fr. Melchior Prieto Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptio captiuorum, quondam Vicarius generalis* del Pyru, *& Prouincialis Prouinciæ Caſtellæ eiuſdem Ordinis, & Epiſcopus electus* del Paraguay *in partibus Indiarum occidentalium.*

EPiſcopos *a* quos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei; quos *b* dedit in Eccleſia Deus, paſtores & Doctores, velut oues *c* deduxiſti in manu tua, Maurici Doctor, deduxiſti *d* populum ſuum, ipſi *e* populus eius & oues paſcuæ eius, in intellectibus *f* manuũ tuarum deduxiſti, in loco *g* paſcuæ ibi collocaſti, paſcens *h* eos ſcientia & doctrina, deduxiſti *i* eos ſuper ſemitas iuris, propterea nomẽ tuum in Eccleſiis *k* benedicent in te Deo, qui cuſtodiunt Iſraël, & tu *l* ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, *m* erudiſti Principes eorum ſicut temetipſum, & ſenes eorum prudentiã docuiſti, *n* docuiſti eos à iuuentute tua, *o* perfeciſti ſcientia, non ætate conſummaſti, *p* in breui expleſti tempora multa, apud me *q* laus tua in Eccleſia magna, in cathedra *r* ſeniorum laudaberis, *s* labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti, *t* labia mea laudabunt te, ſic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas, *u* mouebo caput, & annuam *x* oculis. Vale.

a *Actor* 20.*n*.28.
b *Ad Eph*.4.*n*.11.
c *Pſal*.79.*n*.2.
d *Pſal*.76.*n*.21.
e *Pſal*.78.*n*.13.
f *Pſal*.77.*n*.72.
g *Pſal*.22.*n*.1.
h *Hierem*.3.*n*.15.
i *Pſal*.22.*n*.3.
k *Pſal*.67.*n*.27.
l *Ibidem* *n*.28.
m *Pſal*.104.*n*.22.
n *Pſal*.70.*n*.17.
o *Luca* 3.*n*.52.
p *Sap*.4.*n*.13.
q *Pſal*.21.*n*.26.
r *Pſal*.106.*n*.32.
s *Pſal*.39.*n*.10.
t *Pſal*.62.*n*.4.
u *Pſal*.21.*n*.8.
x *Pſal*.34.*n*.20.

# INDEX CAPITVM

## PARTIS PRIMÆ.

DE Epiſcopatus origine. caput 1. fol. 8.
De Epiſcoporum creatione. caput 2. fol. 19.
De electione ac eligendorum qualitatibus. caput 3. fol. 25.
De conſecratione. caput 4. fol. 40.
De habitu candido Epiſcoporum, pompa, & conuerſatione. caput 5. fol. 48.
De reſidentia & alternatiua. caput 6. fol. 72.
De exemptionibus Epiſcopal. dignitatis. cap. 7. fol. 84.
De excellentia Epiſcopatus. caput 8. fol. 89.
De Epiſcopalis nominis ſignificatione. cap. 9. fol. 99.
De variis Epiſcoporũ titulis. cap. 10. fol. 109.
De priſca Epiſcoporum veneratione. cap. 11. fol. 118.
De preæminentia ac prælatione Epiſcopor. caput 12. fol. 127.
De celebratione Miſſarum. caput 13. folio 142.
De teſtamentis. cap. 14. fol. 161.

# INDEX CAPITVM
## PARTIS SECVNDÆ.

*DE Conciliorum generalium & Synodalium congregatione. cap. 1. fol. 173.*

*De Vicarij generalis creatione & viſitatione. cap. 2. fol. 184.*

*De Indulgentiis caput 3. fol. 194.*

*De Confirmatione caput 4. fol. 203.*

*De Ordinationibus. caput 5. fol. 211.*

*De diſpenſatione irregularitatum. caput 6. fol. 228.*

*De matrimonialibus diſpenſationibus. cap. 7. fol. 240.*

*De poteſtate circa votorum diſpenſationem. caput 8. fol. 249.*

*De Beneficiis. caput 10. fol. 256.*

# SYLLABVS AVTORVM QVI IN HOC OPERE, VEL ADDVCVNTVR, vel illuſtrantur.

ABBAS Panormitanus.
Acurtius.
Achilles Pedroça.
Alcuinus.
Albericus.
Albertus Pighius.
Alcocer.
Alderanus Maſcardus.
Aldobrandinus.
Alexander de Ales.
Alexander Iuriſperitus.
Alexander de Neuo.
Alexander Raudenſis.
Alexander Ludouiſius.
Alexadis.
Alphonſus à Caſtro.
Alphonſus Ciacon.
Alphonſus de Hoſeda.
Alphonſus de Villegas.
Alphonſus de Azeuedo.
Alphonſus Aluarez Gerrero.
Alciatus.
Diuus Auguſtinus.
Auguſtinus Barboſa.
Diuus Ambroſius.
Ambroſius de Morales.
Andreas de Irſenia.
Andreas Siculus Barbatia.
Andreas Gambarus.
Anellus Amattus.
Angelus Aretinus.
Angelus Peruſinus.
Anguiſola.
Antonius de Butrio.
Antonius Corſeti.
…onius Fernandez de Moure.
Antonius de Aluarado.
Antonius de Yepes.
Antonius à Corduba.
Antonius Chuchus.
Antonius Natta.
Antonius de Prætis.
Antonius Faber.
Antonius Gomez.
Antonius Scappus.
Antonius Roſelis.
Antonius Ragucius.
Antonius de Padilla.
Antonius Sola.
Diuus Anſelmus.
Archidiaconus.
Arator.
Armilla.
Ariſtoteles.
Auiles.
Aulus Gellius.
Auendaño.
Auila.
Azon.
Azor.
Azeuedo.
Alexander ab Alexandro.

B

BAcca.
Baldus.
Baptiſta Ladiereus.
Bannez.
Bartholomæus ab Horraro.
Bartholomæus de Medina.
Bartholomæus à Martyribus.
Bartholomæus ab Angelo.

I

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolus de Saxo Ferrato.
Bartolus Brixenſis.
Barro.
Baſilius de Leon.
Diuus Bernardus.
Diuus Bernardinus Senenſis.
Bernardus de Buſtis.
Bertrandus.
Bertachinus.
Venerabilis Beda.
Diuus Bonauentura.
Bonifacius de Vitalinis.
Bonicontius.
Boherius.
Bonacoſſa.
Bonacina.
Bouadilla.
Borginius Caualcanus.
Burcardus.
Brunus.
Brunus de Solis.

C

Camillius de Laratha.
Camillius Borellus.
Cayetanus.
Calderinus.
Cataldinus.
Carolus Ruinus.
Caſſiodorus.
Caſaneus.
Cæſar Baronius.
Cæſar Mantius.
Cæſarius Ciſticenſis.
Cæremonialis Epiſcoporum.
Celius Rodigius.
Celſus à Hugone.
Diuus Cyrillus Alexandrinus.
Diuus Cyprianus.
Cynus.
Diuus Clemens Alexandr.
Diuus Chryſoſtomus.
Chriſtophorus de Anguiano.
Chriſtophorus de Caſtelliono.
Cicero.
Cochier.
Corduba.
Couarruuias.
Codrocus Vrceus.
Cornelius Tacitus.
Concilium Tridentinum.
Concilium Toletanum.
Cujatius.
Curtius Iunior.
Creſcentius.
Caualcanus.
Chriſtophorus Moreno.

D

Diuus Damaſus Papa.
Deciſiones Rotæ in nouiſſim.
Didacus Perez.
Didacus de Spino.
Didacus Caſtillo.
Didacus Velaſquez.
Didacus de Arroyo.
Didacus Lopez.
Diaz de Luco.
Diuus Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Richel.
Dionyſius Hicarnaſeus.
Dominicus Soto.
Durantus.
Duennaz.

E

Ægidius de Bellamera.
Ægidius Bloſius.
Ægidius Coninck.
Æmilius Ferretus.
Æneas de Falconibus.
Emanuel Sa.
Emanuel Rodriguez.
Epiphanius.
Euſebius.

F

Fauius Incarnatus.
Fauius de Anna.
Fauianus de Monte.

Farina

Farinatius.
Felicius Contelorius.
Felinus Sandei.
Felicianus.
Federicus de Senis.
Ferdinandus de Mendoza.
Ferdinandus de Loazez.
Flaminius Pariſius.
Foller.
Franciſcus Muñoz de Eſcobar.
Franciſcus de Agricolis.
Franciſcus de Aretio.
Franciſcus de Ponte.
Franciſcus Leonis.
Franciſcus Becius.
Franciſcus Vegius.
Franciſcus de Ouando.
Franciſcus Pauinis.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Sarmiento,
Franciſcus Salgado.
Franciſcus Suarez.
Fornarius Brunduſinus.
Fuſcus.
Freuia.

G

GAlganetus.
Gama.
Gaſpar Hurtado.
Gaſpar de Peruſio.
Gaſpar Antonius Theſaurus.
Geminianus.
Gigas.
Garcia de Loyſa.
Garcia de Maſtrillo.
Gil Gonçales de Auila.
Gonzalus de Illeſcas.
Gomez Ariaz.
Gomezius.
Diuus Gregorius Magnus.
Diuus Gregorius Nazianzenus.
Diuus Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius de Valentia.
Gregorius Lopez.
Guidus Bancirolus.
Guillelmus Benedictus.
Guillelmus Rodeauus.
Guillelmus Cuneus.

H

HAdrianus V I. Pont.Max.
Henriquez.
Hernanduz del Caſtillo.
Diuus Hieronymus.
Hieronymus à Laurentiis.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Grauiel.
Hieronymus Manfredus.
Hieronymus Gonzales.
Hieronymus Roman.
Hieronymus Venero à Leyua.
Hieronymus Curita.
Hincmarus Archiepiſcop.Remenſ.
Hipolytus Reminaldus.
Hipolytus de Marſilis.
Horſmida Pontif. Maxim.
Hoſtienſis.
Hoſeda de Mendoza.
Horatius.
Homerus.
Hugo.
Humada.

I

IAſan.
Iacobus Putey.
Iacobus Albaratus.
Iacobus Chriſtopolitanus.
Iacobus Antonius Maurus.
Iacobus à Graffis.
Iacobus Mandeli Albenſis.
Iacobus Berretta.
Iacobus à Canibus.
Iayme Bleda.
Ioannes Monachus.
Ioannes de Deo.
Ioannes Neuicianus.
Ioannes Sebaſtian.
Ioannes Maior.

Ioannes Gutierrez.
Ioannes Redim.
Ioannes Lecier.
Ioannes de Otalora.
Ioannes Andreas.
Ioannes Igneus.
Ioannes de Ligamo.
Ioannes Ferraldus.
Ioannes Martinez de Olano.
Ioannes Lupus.
Ioannes Montaygne.
Ioannes Pineda.
Ioannes de Platea.
Ioannes Cephalus.
Ioannes Marquez.
Ioannes Mauricius.
Ioannes Garcia.
Ioannes Cacialupi.
Ioannes de Perſia.
Ioannes Baptiſta Marqueſanus.
Ioannes de Nebia.
Ioannes Randei.
Ioannes de la Cruz.
Ioannes Mariana.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Fileſacus.
Iodocus.
Ioannes Morinus Bleſenſis.
Ioſeph de Acoſta.
Ioſeph de Valdiuieſo.
Ioſeph de IESV & MARIA.
Ioſeph Maſcardus.
Ioſeph de Siguença.
Ioſephus.
Immola.
Diuus Ignatius.
Iſidorus de Iſolanis.
Iſidorus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſichus.
Innocentius Tertius.
Iuo Carnotenſis.
Iuſtus Lipſius.
Iulius Clarus.

L

LAſarte.
Lodofredus.
Lambertinus.
Lactantius Firmianus.
Lara.
Lancellottus.
Lelius Zechus.
Diuus Leo I. Pontif. Maxim.
Leonardus Leſius.
Liber Pontificalis.
Loiſſa.
Ludouicus Beia.
Ludouicus de Molina.
Ludouicus Cabrera.
Ludouicus à Sardis.
Ludouicus de Peguera.
Ludouicus Romanus.
Ludouicus Bolognini.
Ludouicus Rodolphin.
Ludouicus de Miranda.
Lucas de Penna.
Ludouicus Nanus, & alij.

M

MAcrobius.
Maynardus.
Marcus Aurelius.
Marcus Antonius Genuenſis.
Marcus Antonius Baberius.
Maluetius.
Maiolus.
Mantica.
Matthæus de Afflictis.
Matthæus Suarez.
Marianus Socinus.
Martialis.
Martinus Fornarius.
Martinus Laudenſis.
Marzilla.
Martha.
Marius Alterius.
Marcellus Maurus.
Matienço.
Menchaca.
Menochius.
Minſingerius.
Michael de Agia.
Michael Timoth.
Melchior Pelaez de Mieres.
Melchior Prieto Epiſc. de Paraguay.

Montaluo.

Montaluo.
Molina Theologus.
Molina Carthuſianus.
Margarita Confeſſorum.
Martinus Delrio.
Mantuanus.

N

NArbona.
Nauarrus.
Nicolaus de Millis.
Nicolaus Boherius.
Nicolaus Garcia.
Nicolaus Macabeli.
Nicolaus Chappuſius.
Nicolaus Brabo.
Nicolaus à Paſſeribus.
Nicolaus Eimerici.
Nicolaus Neapolitanus.

O

OLdradus.
Onufrius Panuinius.
Oriſius.

P

PAulus de Caſtro.
Paulus Æmilius.
Paulus Comitolus.
Paulus de Citandinis.
Paulus Gryſaldus.
Paulus Montanus.
Paulus Borgaſius.
Paulus Iouio.
Palacius Rubeus.
Paz.
Paris de Puteo.
Parladorius.
Paludanus.
Petrus Lombardus Magiſt. Sentent.
Diuus Petrus Damianus.
Diuus Petrus Cryſologus.
Petrus de Vernia.
Petrus de Aragon.
Petrus de Vergamo.
Petrus de Monte.
Petrus de Ledeſma.
Petrus Ancharranus.
Petrus à Biaxio.
Petrus Brixenſis.
Petrus Barboſa.
Petrus Gregorius.
Petrus Soto.
Petrus Suberti.
Peralta.
Peregrinus.
Perſius.
Pichardus.
Philon Iudæus.
Philippus Francus.
Philippus Diaz.
Philippus Decius.
Philippus Probus.
Plutarchus.
Plato.
Platina.
Plinius.
Pomponius Mela.
Polydorius Virgilius.
Polycarpus.
Proſperus Aquitani.
Proſperus de Auguſtino.
Purpuratus.

Q

QVaranta.
Quintilianus Mandoſius.
Quintana Dueñas.

R

REbellus.
Remigius.
Rexas.
Rebuffus.
Riccius.
Ripa.
Rolandus à Valle.
Rochus de Curti.
Rodericus Suarez.
Venerab. Rodericus Iimenez Card.
Venerab. Robertus Bellarmin. Card.
Robertus Marantha.
Ruirus Epiſcopus.
Rothaldus Sueſſionenſis.

S

SAlicetus.
Salzedo.
Sayrus.
Seneca.

Sebaſtianus Brant.
Sebaſtianus de Medicis.
Selua.
Seuerus Sulpicius.
Sigiſmundus Scacia.
Sylueſter.
Simancas.
Seraphinus Oliuarij.
Simon de Prætis.
Socinus Iunior.
Solon Athenienſis.
Stephanus Gratianus.
Stephanus Aufrerius.
Stephanus Gariuay.
Spondaneus.
Stunica.
Speculator.
Surdus.
Suetonius Tranquillus.
Seraphinus de Seraphinis.
Strabo.
Suarez.

T

TAtaretus.
Tapia.
Taurus Philoſophus.
Tertulianus.
Tellus Fernandez.
Diuus Thomas.
Diuus Theodoretus.
Thomas Sanchez.
Thomas Docius.
Theodolphus Aurelianen. Epiſcop.
Tiberius Decianus.
Tiraquellus.
Titus Liuius.
Tuſchus.
Tullius.
Turrecremata.
Toletus.

V

VAlerius Reginaldus.
Valerius Maximus.
Valençuela.
Vargas.
Velaſquez.
Vigerius.
Vega.
Vincentius de Hondedei.
Vincentius de Anna.
Vincentius de Franchis.
Vincentius Carocius.
Vincentius Filucius.
Vitalis Cambanus.
Victoria.
Valerius Tribunus.
Viualdus.
Victor Vticenſis.
Vgolinus.
Volaterranus.
Vbitequindus.
Vligius Zuichemus.
Viuius.

Z

ZAbarella Cardinalis.
Zerola.
Zilettus.

# *APPROBATIO.*
## *Doctorum.*

IOannes Claudius Deuille in ſacra Theologia Magiſter, & in Eccleſia ſanctæ Crucis Lugdunenſis Cuſtos: fidem facimus Nos librum hunc, cui inſcriptio eſt *Praxis de præſtantia, præeminentia, excellentia, ac poteſtate ſacri ordinis Epiſcoporum, authore D. Mauricio de Alzedo I. C. Cantabro, &c.* vidiſſe, legiſſe; atque in eo (reuera præſtanti opere) omnia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ fidei, & ſanctorum Patrum ſanæ doctrinæ ex toto conformia inueniſſe: Lugduni apud ſanctam Crucem prid. Cal. Februar. 1630.

DEVILLE.

*FRater Julianus Ioubart humilis Prior Conuentus Lugdunenſis, Ordinis fratrum Prædicatorum.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE EPISCOPALIS DIGNITATIS CELSITVDINE.

## PRÆFATIO.

PRæcellens eſt Epiſcopale munus, eximia eius præſtantia, quæ tantum inter ceteras Eccleſiæ Dei dignitates caput effert, (ſede Petri ſemper venerata, & excepta) *quantum lenta ſolent, inter viburna cupreſſi.* Et ideò non immeritò inter Antiquos ſanctóſque Patres tanti habita, vt Angelorum loco Epiſcopos habuerint, ducti Diui Ioannis authoritate aſſerentis: Dominum ei dixiſſe, *Sacramenta ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea, ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſeptem Eccl ſiæ ſunt*; vbi Epiſcopos Angelos, ſtelláſque Dominus vocat, quia in ſanctitate, & puritate viuere debent. Ita intelligo illud Pauli: *omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur*, quaſi diceret Apoſtolus: omnis Pontifex ex hominibus, non ex Angelis aſſumitur, & hoc vobis dico, ne eſſe Angelos exiſtimetis: nam ita cum Angelorum officio conueniunt, ita eorum puritatem imitantur; quod ſi hoc vobis non expreſſiſſem, fortè eſſe Angelos diceretis. Angelus enim nomen officij eſt, non perſonæ, idem namque eſt quod miſſus: Epiſcopus autem miſſus eſt à Domino legatus in ſubditos ſuos, quibus voluntatem eius exponere debet. Iuxta illud Pauli, *Legatione fungimur pro Chriſto*: & ſic conueniunt cum Angelis in nomine & officio. Sed dubito, quare noluit Deus, vt in ſua Eccleſia militante, Angeli tamquam vicarij & vicem tenentes ipſius non præſiderent, ſed homines, & quòd natura & ſpecie humana ſit ille, qui Prælatus hominum conſtituitur. Hac de cauſa, meo indicio, quia tam difficile eſt homines gubernare & regere, quòd non poſſent cum illis Prælati munus exercere, & tam duræ ceruicis ſunt, quòd Angelicæ (vt ita dicam) reſiſterent gubernationi.

Sequitur enim quàm difficile ſit, & quantum timore acceptandum

*Apoc. c. 1. C. Diaconi 93. diſt.*

*C. Sacerdotibus 11. q. 1. D. Paul. ad Heb. 5.*

*Ouand. in 3. ſent. libr. 2. diſt. 11. propoſ. 11. Barboſ. in paſtor. c. 6. n. 14. tit. 1. D. Ignat. Epiſt. ad Philadelphos. D. Paul. 2. Cor. 5.*

*Concil. Trident. ſeſſ. 6. de ref. c. 1.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopatus onus, cùm ſit Angelicis humeris formidandum. Angelus vnam animam ſub protectione ſua recipit: qui verò non Angelus ſed fragilis, debiliſque homo eſt, audacter non vnam, ſed quadraginta mille ſuſcipit, & ſuſcipere diligenter appetit. O vertigo temporum peſſima! (dicebat Petrarcha) vt ad quod olim conſueuerant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non poſſunt homines; & ſi huius temporis miſeriam vidiſſet, iuſtiùs clamaret: fugite, obſecro, homines, fugite literati, non dico ſapientes, nam ſi Epiſcopari vultis, de veſtra prudentia parùm fido. Vt eſt cuiuſdam Gentilis ſententia literis aureis ſcribenda, aſſerentis: *no es puſible menos (y en eſta opinion eſten todos los ſabios) ſino que ole falsa el Iuicio oleſobra, la locura al honbre que de ſu voluntad toma cargo delos cargos agenos*, ab Epiſcopatus procuratione, ſicut à re periculoſa & animæ nociua, vt ſanctus Bonauentura conſulit, & vt ſanctiſſimi viri fecerunt, niſi rectum finem habeatis, & vt profitis, non vt præſeatis.

*De proſp. & aduerſa. dialogo 170.*

*Aluarado en ſe arte de bien viuir libr. 2. cap. 19.*

*Marco Aurelio Imperat. Epiſtola ad Catulum fol. 191. col. 6.*

*Super Regula Fr. Minor. p. 2. c. 2.*

Facite ergo, Epiſcopi, vt Angelorum imitatores, & ſummo alacriſque ſtudio, vt ſubditos veſtros ad diuinum amorem reducere poſſitis curate, & ad hoc omnia impedimenta & ſcandala, quibus poſſunt ſubditi lædi, & à via veritatis retardari, tollite: vnde illud quod Propheta Eſaias ait: *tranſite, tranſite per portas, præparate viam populo, planum facite iter*: alij vertunt, procedite ante eos, & proiicite lapides. Alloquitur ſanctus Propheta Principes & Antiſtites Eccleſiæ, quorum eſt alios vita & exemplo anteire, & omnia impedimenta auertere. Ad hoc enim reſpexiſſe videtur illud quod de Antiquis deſcribitur: qui Principem Antiſtitémque cum ſole comparabant, quem Theon id eſt currentem appellabant, vt intelligeretur, debere illum omnia animo percurrere, eſſeque ei curam, ſollicitudinem ac vigilantiam ſummè neceſſariam, vt onus officij ſui validè adimplere poſſit. Cùm Deus Hieremiam Prophetam præſulem Iſraëlitici populi fecit, ſic interrogauit; *Quid vides Hieremia, quid vides? & reſpondit, Virgam vigilantem video.* Quæ autem ſit hæc virga vigilatrix, exponit B. Cyrillus Alexandrinus dicens: quòd quādo Ægyptij curam & vigilantiam alicuius Prælati ſignificare volebant, ponebant quoddam ſceptrum cum oculo ſupra ipſum ſceptrum; per ſceptrum gubernationem, per oculum verò curam, ac perpetuam vigilantiam ſignificabant. Cùm enim populus Hebræus inter Ægyptios alitus eſſet, ac vixiſſet, his ſymbolis & ſimilitudinibus delectabatur: atque ita per virgam cum oculo ſuprà (quam vocabāt virgam vigilantem) vigilantiam, prudentiam, maturitatem, ac boni Prælati prouidentiam intelligebant, in quo Epiſcopis demonſtratur, quòd quando ſceptrum (hoc eſt) baculum paſtorale ipſis traditur, dormire non debent, ſed vigilare.

*Eſai. 61.*

*Hiere. 1.*

*Cyril l. 2. contra Iulianum Apoſtat. Pineda in Monarchia lib. 2. c. 8. § 4. tom. 1 fol. 89. Aluarado vbi ſupra.*

Decet etenim Prælatum vigilem eſſe, & gloriæ ſæcularis, & voluptatum contemptorem: aliter enim cōtinget illi quod matri, quæ lactabat filium, quem dormiens interfecit. Euangeliorum doctrina lac eſt, ſomnus incuria Epiſcoporum, qua interficiunt illos quos lactant; hinc Regius vates vociferatur, dicens: *dormitauerunt qui aſcenderunt equos*, id eſt, Epiſcopi, qui in dignitatis faſtigio ſūt. Sunt enim veluti equites Domini exercituum, reſpectu inferio

*Arator lib. 1. hiſt. Apoſt.*

*3. Reg. 3.*

*Pſal. 75.*

*De Episcopor. ſomno egregiè Brunus lib. 1. de hæret. c. 5. Codrus Vrceus lib. 1. Syluæ. Matt 26. Nicol. Brabo in vita Diui Benedicti canto. 17. in pr. Matt. 26 Aluarado vbi ſupra lib. 2. c. 19. §. 2.*

inferiorum, qui ſunt tamquam pedites. Quod Propheta Abach. clariùs dixit, *Paſtores veſtri dormitauerunt.* Quanta verò damna Epiſcoporum ſomnus ſubditis ingerat Dominus explicauit, inquiens, *veniet lupus, jugulauit, dilacerauitque oues:* neque ipſi Prælati ſoporati aduertent, immemores enim exiſtunt ſuæ negligentiæ circa ſubditos rationem eſſe reddituros, & prius interrogandos de ſubditorum ſceleribus: quàm de propriis. Sic etiam ſimul Apoſtolis dormientibus Petrus ante omnes corripitur his verbis, *Simon dormis?* qui videlicet ad vigilandum alios excitare debuiſſes; & cum mulier prima diuini præcepti fuiſſet præuaricatrix, tamen vir prius à Deo interrogatur, quoniam caput ipſe mulieris erat: ſic Epiſcopi cùm ſubditorum caput exiſtant, prius quàm ſubditi interrogabuntur de ſubditorum exceſſibus & delictis.

Cogitaui aliquando quare Dominus paſtores in Reges commutauerit, & piſcatores Præſules Eccleſiæ fecerit, & hunc inueni motiuum: nam paſtores & nautæ in magno vitæ verſantur diſcrimine, nullúmque artificium his laborioſius. Paſtor enim non dormit, ſed ferè continuò vigilat, vix veſtitur, maléque veſcitur: ſic etiam piſcatores & nautæ nudi in laboribus, periculis ac vigiliis ſemper ſunt, vt Epiſcopi & Reges ſe non ad quietem, non ad delicias aut diuitias aſſumptos, ſed ad labores, ſudores & continuas pro ſubditis vigilias intelligant, hos inter cæteros eligere curauit: & ſic B. Chryſoſtom. ſuper Matthæum, Epiſcopo dicit, circa vitam tuam eſto auſterus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem. Nam ideò electus es, vt labores

*Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reſ. c. 1.*

continuò, non vt delitiis & otioſitati te tradas. Dic mihi Epiſcope, ad quid electus es? vt abſens à diœceſi in curia Regia reſideas, vicario tuo ac viſitatori gubernationem committas, & tu deliciis affluaris, pompa & ornatu majeſtuoſo vtaris, pauperes pereant, tu verò & famuli tui ſplendidè viuatis: audite obſecro Dominum dicentem Epiſcopis. *Vos eſtis lux mundi*, ſi Epiſcopus lux mundi eſt, id quod lux facit, imitetur: nam illa pro officio habet illuminare, & ſe omnibus communicare, quod Epiſcopo demonſtratur in quadam admirabili cæremonia, quæ in eius conſecratione fit; in capite enim ipſius Euangeliorum liber apertus ponitur, ad declarandum, quòd quemadmodum illam firmam, ac ſupremam hierarchicam poteſtatem, & diuinorum myſteriorum, Sacramentorúmque communicationem à Deo accipit, ſicque ſine inuidia eam, & ſe inferioribus communicare tenetur, vt facit lucerna, quæ ſi incenditur, non vt luceat ſibi, ſed aliis qui in domo ſunt: ideò incenditur, & ideò Epiſcopus præeſt, non vt ſibi, ſed vt aliis prodeſſe valeat. Et ſic lucerna, vt luceat omnibus qui in domo ſunt, non ponitur ſub modio, ſed ſuper candelabrum: & Epiſcopus vt Eccleſiam ſuo vitæ exemplo illuſtret & doceat, in dignitatum maximo faſtigio eſt collocatus. Lucerna nec illuminare, nec alteram incendere poteſt; ſi illa fuerit extincta: ſic Epiſcopus alios non inflammabit amore diuino, ſi ipſe fuerit lumine eiuſdem amoris deſtitutus. Lucerna etiam conſumitur vt alios illuminet, ita Diuus Paulus inquit: *quis infirmatur, & ego non infirmor?* quis ſubditorum periit, & Epiſcopus non periit? quis egeſtate laborat, &

*C. Epiſcopos 23. diſtinct.*

*Matt. 5. Marc. 4 Luca. 12*

*2 Cor. 11. c. aduerſitas. §. hoc modo 17. q. 1*

Epiſcopus non ſucurrit, aut laborat ipſe? quis perſequitur, & Epiſcopus aut defendit aut cum ipſo perſequitur? & quis infirmatur & Epiſcopus non infirmatur? quod ſi non facit, in vanum Epiſcopi nomen portat, neque lucernam imitatur.

Faciat enim quod ſartago, quæ aliis præparat cibum, ipſa autem igni applicata incenditur, & flammis comburitur; ſic Epiſcopi charitate præſtantes alios cæleſti doctrinę pabulo & exemplo nutriunt, ipſi autem nimio zelo & ſancto deſiderio inflammantur.

*Exod. 18. Pineda in monarchia lib. 2. c. 25. §. 7. tom. 11. fol. 21.* Ideò in Exodo Dominus præcipiebat, vt ſummus Sacerdos ſuper humeros & ante pectus nomina filiorum Iſraël in lapidibus pretioſis portet ſcripta: vt intelligant Epiſcopi, quàm neceſſaria eſt ſubditorum memoria, vt ante pectus ferri debeat, vt nullo caſu obliuiſci poſſint. Et nō ſine myſterio in lapidibus deſcripta erant, & iuxta cor collocata, vt ex animo abradere numquam poſſent: & etiam ad demonſtrandum, quàm ingenti amore eos diligere teneantur, vt ſi opus fuerit, ſanguinem effundant, boni Paſtoris exemplo, qui animam ſuam dat pro ouibus; & etiam lucernæ, quæ ideò conſumitur, vt alios illuminet. In veteri lege ſat erat, quòd in lapidibus fuiſſent deſcripta: hodie verò non niſi in ipſo corde, vt maiore affectione diligantur, ſuper humeróſque portentur. Iuxta illud, *Eſai. 60.* *Filij tui de longè venerunt, & filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur.*

Subditi verò quanta beneuolentia Epiſcopum ſunt dilecturi, & quanto amore proſecuturi, Dominus demonſtrauit, dum Moyſi dixit: *Num. 27.* *Tolle Ioſué filium, Num, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ.* Quod aliqui ſic exponunt: lauda & honorifica eum coram populo, vt maiorem authoritatem acquirat, & vt audiat eum ſynagoga filiorum Iſraël, pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar Sacerdos conſulat Dominum. O præclara & admirabilis diſpoſitio! populus, dixit Dominus, obediat Principi, Princeps autem ſummo Sacerdoti, (hoc eſt Epiſcopo) vt Reges & Principes ſe Epiſcopum magni facere debere intelligant, ac vereri, & in negotiis arduis conſulere, maximè ſi ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectant, tamquam diuini ſpiritus oracula, & Deos in terris. Vt beatus Hieronymus ſuper illud Matthæi notauit, vbi Dominus dixit: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* Sic diuinus Doctor reſpondit, prudens lector attende, quòd Apoſtoli à Domino, Dij, non homines appellantur; cùm enim dixiſſet, quem dicunt homines eſſe filium hominis, ſtatim ſubiecit, vos autem quem me eſſe dicitis? quaſi diceret: homines qui terreni ſunt, humana opinantur, vos qui eſtis Dij, quem me eſſe exiſtimatis? & nota quòd licet in ſacra pagina hoc nomen odibile ſit, vt ex multis authoritatibus accipitur, ſanctiſſimis tamen Apoſtolis (id eſt Epiſcopis, qui eorum ſunt ſucceſſores) admirabiliter tribuitur, ad demonſtrandum, quòd qui eos tangit, opprobrium in Dei oculos iniicit; & ſicut D. Cyrillus inquit, qui eos perſequitur, ſeipſum & Chriſtum perſequitur: qui de eis murmurando detrahit, ſibi ipſi nocet: qui eos tangit, ſibi ipſi oculos eruit. Quapropter debent omnes Epiſcopum pietate magna venerari, Eccleſiaſtico his

*Marquez en el gouernad. lib. 2. c. 3. col. 11.*

*D. Hier. ſup. Mat. c. 17.*

*c. Sacerdotibus 11. q. 1. Ioannes Sebaſtianus de los bienes del Sacerdotio lib. 1. c. 9.*

*c. fin. 96. diſtinct.*

*Speculator titulo de legato lib. 1 p. 1. §. 1. n. 2.*

*Eccl.c.7.*

his verbis teſtante: *in tota anima tua time Deum, & Sacerdotes illius ſanctifica: in omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas*; admirabiliter diuinus Spiritus cultum Dei & Epiſcopi copulauit, vt aduertas hæc duo ita eſſe coagmentanda, vt qua pietate colas Deum, eadem quodammodo Epiſcopos, quaſi diuinum aliquid obſerues. Quod qui non fecerit, extra Eccleſiam eſſe exiſtimet, vt teſtatur Diuus Ignatius illis verbis, Qui intra altare eſt, mundus eſt, quare obtemperat Epiſcopo: qui verò foris eſt, is eſt qui ſine Epiſcopo quidpiam agit; & egregiè Diuus Cyprianus; in hunc modum ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi quis cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe.

*Fileſacus de ſacra Epiſc.autor.c.1.in pr.*

*c.ſcire debes 7.q.1.*

*D. Cypr. Epiſt. ad Pupianũ lib 4.epiſtol.9.*

*Brun. de haret.l.2. cap. 4.*

Hanc Epiſcoporum præſtantiam & reuerentiam debitam attento & pio animo Conſtantinus Magnus cogitauerat, quando accuſationes ſibi in ſcripto oblatas contra quoſdam Epiſcopos accepit, & ſe oblatoribus valdè iratum oſtendens, diſrumpit inquiens: ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia indignum eſt vt nos Deos iudicemus.

*Hugo de offic.quatuor.prælat. ſum. de ſacerdot.reuerent.n.4. c.cõtinua c. ſacerdotib.11. q.1.*

Neque ſilentio inuoluere conor quod de eodem celeberrimo Imperatore refertur, qui cùm ad Concilium Nycenum eſſet vocatus, vbi ſolium ex auro fabricatum mirificè eſſet ſibi paratum, cùm intraſſet vbi ille diuinus Epiſcoporum cœtus aderat, conſedere noluit, donec ab ipſis ſanctiſſimis Epiſcopis facultas concederetur: alibique ſe Epiſcopum nominauit, Epiſcopis inquiẽs: vos intra Eccleſiam, ego verò extra eam à Deo ſum Epiſcopus conſtitutus. Quod ſe audiuiſſe ait Euſebius.

*Pineda in monarchia p.2. tom. 2. lib. 12. c.8.§.3.*

*Illeſcas in hiſtor. Pontific. lib.2.c.1.*

*Policarpus lib.de nugis curial. & veſtigiis Philoſophor. l.4. cap.3.*

Neque minorem reuerentiam Alexander Magnus ſummo Sacerdoti Iaddo exhibuit, cùm ira exardeſcens ad deſtructionem Ieruſalem pergeret, ſummum Sacerdotem Iaddo, qui vt illum exciperet pontificio ornatu indutus occurrerat, genibus flexis adorauit. Apud Ægyptios in tanta fuiſſe obſeruantia eorum Sacerdotes, & honore legitur, vt quo tempore famis totum orbem oppreſſerat, ex publicis horreis gratis eis alimenta offerebantur. Quod ſi tantus honor quadrupedum Sacerdotibus delatus eſt, qualis veri Dei tribui debeat colligitur, vt Gregorius Magnus Imperatori Mauricio ſcribens his verbis, inquit: Ante tempora Conſtantini in republica Principes fuerunt, qui Deum verum neſcientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum præſtabant: quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes (id eſt Epiſcopos, quia de Epiſcopis loquitur textus) dignetur honorare, dum pagani honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis & lapidibus ſeruiebant. Idem dicit Diuus Chryſoſtomus: Ne ſimus (ait) deteriores infidelibus, qui propter errorem idolorum adhuc tantum cultum exhibent eorum ſacerdotibus, & quantum diſtat error & veritas, tantum diſtant illorum & Dei Sacerdotes.

*Euſeb. de vita Cõſtantini l.3. c.10.*

*Ioannes Sebaſtia. vbi ſupra lib.1.c.17.*

*Euſeb. de vita eiuſd. imper. lib.4. c. 24.*

*D.Aug. lib.18.de ciuit. Dei cap.45.*

*Ioſeph. de antiquit. lib.11.c.8.*

*Dionyſ. Hicarnæ lib.2. hiſtoriá Roma.*

*Molinæ Carthuſ. lib.de inſtruction. de Sacer. c.1.§.3.*

*Ioan.Seb. vbi prox. c. Sacerdotibus 11.q.1.*

*Cant.7.*

De ſponſa in Canticis dictum eſt: *Comæ capitis tui ſicut purpura Regis tincta canalibus.* Sponſa eſt ſancta Eccleſia, cuius caput eſt Chriſtus: capilli verò huius ſacratiſſimi capitis ſunt Epiſcopi, qui cum Domino noſtro magis ſunt dignitatis ratione & vitæ ſanctimonia cõiuncti. Æquiparantur namque capillis, primò,

quia ſicut capilli in ſuperiori capitis parte exiſtunt, ſic Epiſcopi in ſuperiori Eccleſiæ loco ſtant, & in ipſa poſt ſanctiſſimum capitis noſtri vicarium primum obtinent locum. Capillos fortitudinem ſignificare, eſſéque apud Antiquos fortitudinis ſymbolum, teſtantur multi. Iuxta illud Samſonis quando à Dalida deceptus dixit: *ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea:* quod Epiſcopis præclarè conuenit, quia ipſi fortitudo Eccleſiæ ſunt, defenſores & Patres; & ſicut capilli capitis ornamenta ſunt, ſic Epiſcopi Eccleſiam ſua doctrina, ſapientia, ſanctitate, puritate, & vitæ integritate exornant, illuſtrant, atque decorant. Et dubitabit aliquis, quare comparantur capillis, non verò manibus, oculis, pedibúſve (hac meo iudicio de cauſa) quia capilli ita nudi ſine corpore ſtant, ſanguine & carne carentes, & omni ſuperfluitate, ſorditatéque, ab oſſibus enim exempti, remanent, quæ in manibus aut pedibus nullo modo concurrunt: nam Epiſcopi omni affectione, dilectione, & beneuolentia neglecta, debent procedere in omnibus caſibus, cauſiſque ſubditorum, non ex carnalibus affectibus conſanguineorum, amicorúmve ducti, ſed ſemper iuſtitia acri & attento animo inſpecta, paſſionibus, ſuaſionibúſque relictis, vt ſic valeant & poſſint meliùs naturam & capillorum proprietatem quibus aſſimilantur imitari, & vt magis ad Dominum Ieſum accedant, qui eorum caput eſt, & ſic virtutes adaugeant & merita; & quemadmodum capilli non habent virtutem vllam niſi à capite recipiant, & dum illi adhærent creſcunt, aliter verò minimè: ita Epiſcopi per fauorem Ieſu Chriſti ſummi boni virtute creſcunt, & eis præcipuè omnia cæleſtia bona tanquam propinquioribus Dominus communicat, & ipſi Epiſcopi nobis. Vnde dicere poſſumus cum Eſaia, *niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.* Quod interpretans Diuus Paulus ait, *reliquiæ per electionem gratiæ ſalua facta ſunt*, hæc autem gratia, vt ſcilicet reliquiæ Hæbreorum ſaluarentur, per Apoſtolos miniſtrata eſt, & poſtea per eorum ſucceſſores (id eſt per Epiſcopos:) nam vt Iſichus inquit, ſi non relictum eſſet ſemen Apoſtolorum, nihil prohiberet in modum Gomorrhæ & Sodomæ, ex quo enim ſemine ſpicæ pulcherrimæ & ſpecioſiſſimæ (hoc eſt Epiſcopi, qui ſua ſapientia, doctrina, cura, ac ſumma vigilantia aſſiduis ſtudiis ac laboribus totum orbem & Eccleſiam illuſtrāt) ortæ ſunt. Et ſic Diuus Auguſtinus Eccleſiæ conſolationem præbens ait, pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi, id eſt, Epiſcopi conſtituti ſunt. Hodie enim Epiſcopi qui ſunt per totum mundum, vnde nati ſunt, ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus patrum: non ergo te putes deſerta, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata eſt, de prole tua tibi creuit paternitas, *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.* Cùm ergo Epiſcopi ſemen Apoſtolorum ſint, ex quo tot in ſancta Eccleſia, ac in toto orbe fructus erumpunt, manifeſtè apparet quantum illis amoris, gratitudinis, & reuerentiæ debitores ſimus: ſiquidem ſunt capilli Eccleſiæ, in quibus fidei noſtræ fortitudo, tanquam

*Iudic. 6.*

*Eſai. c. 1.*

D. Paul. ad Rom. 9.

*Iſich. l. 7. in Leuiticum ſuper illa verba, quia domus vrbium Leuitarum.*

*c. Quorum vices. 69. diſt.*

tanquam in firmiſſimis columnis ſuſtentatur.

## SVMMARIVM.

*Epiſcoporum poteſtas à quo deriuetur.* num. 1.
*In veteri lege quis fuit primus Sacerdos.* num. 2.
*Sacerdotium fuit de Aaron in Chriſtum, & de Chriſto in Apoſtolos translatum.* num. 3.
*Apoſtoli quando conſecrati in Epiſcopos.* num. 4.
*Cap. porrò 66. diſtinctione explanatur.* num. 5.
*Apoſtoli an aliquo tempore fuerunt Epiſcopi ſine titulo.* num. 6.
*Locus Matth. in c. 16. conciliatur cũ textu in c. propriè de cõſ. d. 4. n. 7.*
*Adminiſtrandi poteſtas quando Apoſtolis data.* num. 8.
*Qua de cauſa poſt paſsionem non antea claues cælorum Epiſcopis traditæ.* num. 9.
*Vtrũ Epiſcopi ſint pares Papæ.* n. 10.
*Cur Epiſcopi in conſecratione fidelitatem iurant, Cardinales verò non, ſi Epiſcopi non ſint.* num. 11.
*Epiſcopi ſunt de iure diuino.* n. 12.
*Apoſtoli Petro fuerunt ſubiecti.* num. 13.
*Andreæ Siculi opinio refutatur.* num. 14.
*Cardinales aliqua iuramenta emittunt.* num. 15.
*Pontifex Romanus Eccleſiæ Dei caput eſt.* num. 16.
*Cardinales fidelitatem, & Romanã Eccleſiam tueri iurant.* num. 17.
*Cardinales ob quid ſe induunt veſtibus rubeis.* num. 18.
*Anima non eſt ex traduce ſicut corpus.* num. 19.
*Iuramentum vnius non eſt iuramentum alterius.* num. 20.
*Epiſcopi pars corporis Papæ ſunt.* num. 21.
*Regij conſiliarij pars corporis Principis dicuntur.* num. 22.
*Aliud Andreæ Siculi dictum refellitur.* num. 23.
*Cardinales ad martyrum corpora ſepelienda tunc temporis inſtituti.* num. 24.
*Contrarietas maxima inter Doctores proponitur.* num. 25.
*Gonzalus de Illeſcas redarguitur.* num. 26.
*P. Ioſeph de Siguença è Diui Hieronymi familia laudatur.* n. 27.
*Tempore Diui Damaſci Põtif. Maxim. Matritens. iam Cardinalium nomen notum erat.* n. 28.
*Subſcriptio in Aretina Eccleſia inuenta refertur.* num. 29.
*Scripturis antiquis an detur fides.* num. 30.
*Cardinalis Bellarminus è Societate Ieſu extollitur.* num. 31.
*Veriſsimus Cardinalium origo deſcribitur.* num. 32.
*Cardinales quando creati.* n. 33.
*Cardinales non ſic dicti ante Conſtantini Magni donationem.* num. 34.
*Sacer Epiſcoporum ordo antiquiſsimus.* num. 35.
*Epiſcopi à veteri Teſtamento originem trahunt, & ſunt Sacerdotes Leuitici generis.* num. 36.

Sunt

*Sunt de iure diuino.* num. 37.

*Cardinalatus in Eccleſia eſt officium illuſtriſſimum.* num. 38.

*Epiſcopatus non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen.* num. 39.

*In Eccleſia non eſt maior ordo neque dignitas, quàm Epiſcopalis, & ideò Papa ſe Epiſcopum nominat.* num. 40.

*Papa Epiſcopos fratres vocat, Cardinales verò filios.* num. 41.

*Denominatio ſemper à nobiliori fit.* num. 42.

*Epiſcopus maior eſt presbytero Cardinali.* num. 43.

*Cardinalatus dignitas ab hæreticis impugnata defenditur.* n. 44.

*Cardinalium authoritas quando aucta.* num. 45.

*Anno de* 1300. *Cardinalari Epiſcopi nolebant, quia illis videbatur quòd erat deſcenſio non aſcenſio.* num. 46.

*Barbatiæ opinio damnatur.* nu. 47.

*Epiſcoporum vita, norma atque ſalus eſt ſubditorum.* num. 48.

*Epiſcopus quare dicitur caput diœceſis.* num. 49.

*Epiſcopi ſeu Prælati effigies ab antiquis qualiter depicta.* n. 50.

*Diui Bernardi ſent. deducitur.* n. 51.

*Diui Gregor. locus refertur.* n. 52.

*Epiſcopis nihil magis neceſſarium quàm veſtis honeſtas.* num. 53.

*Poſſunt Epiſcopi vti veſtimentis violacei coloris, rubeis tranſverſis, & in ſua diœceſi geſtare rochetum diſcoopertum.* n. 54.

*Sunt Ieſu Chriſti veri Epiſcopi optimi imitatores.* num. 55.

*Diui Gregorij verba.* num. 56.

*Veſtis elegans ſublimiorem vel inferiorem hominem non facit.* num. 57.

---

# DE EPISCOPATVS ORIGINE.

## CAPVT PRIMVM.

QVIA viſum eſt iam quantum Patres antiqui Dominorum Epiſcoporum præſtãtiam coluêre, nunc verò ad pulcherrimum valdè inter Doctores controuerſum dubium deſcendere conor: Vnde & à quo Domini ac Domini mei Epiſcopi poteſtatem habeant & exordium; & reſpondendum eſt, immediatè à Do-
1 mino noſtro accepiſſe. *c. Dominus noſter,* 93. *diſtinct.* ibi meminiſſe Diaconi debent, quoniam Apoſtolos, id eſt, Epiſcopos Dominus elegit. *c. legimus, verſ. attendite, eadem diſtinctione, c. in nouo* 21. *diſtinct. c. quorum vices,* 69. *diſtinct. Andreas Siculus de præſtant. Cardinal. quæſt.* 1. *num.* 9. *&* 18. *Panormitan. in c. tua nobis, num.* 11. *&* 12. *de confirm. vtili vel inut. Gigas de penſionibus, quæſt.* 2. *num.* 3. *Valentia tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 10. *punct.* 2. *Azor inſtitution. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 13. *Petrus à Monte de primatu Papæ, & monarchia Conciliorum, c. ſummar. num.* 2. *&* 3. *Franciſc. Suarez de legibus, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 3. *&* 14.

*Guillelmus Rodeanus de Simonia c.* 18.
*num.*4. *Ioann. Bandei de diſpenſ. in præ-
ludio tom.*6. *diuerſ. in antiquis. Henri-
quez in Summ. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 5.
*Azeuedo in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Recopil.
num.* 94. Michaël de Agia de exhi-
bendis auxiliis, 1. *fundam. Didacus
de Arroyo de Sacramentis, c. de Epiſco-
patu, num.* 1. *&* 5. *Auguſtinus Barboſa
in paſtorali, cap.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. *fol.* 6.
vbi differentiam ponit inter pote-
ſtatem Ordinis & Iuriſdictionis. Sed
indiſtinctè, quòd ſint de iure diui-
no tenet expreſsè ipſe *in d. paſtorali
part.*3. *allegat.*5. *num.*177. *fol. mihi*, 49.
expreſsè lex Regia 1. *tit.* 5. *p.* 1. illis
verbis, *ca ſinduda ellos ſon pueſtos para
guardar la fe catholica por que tienen
lugar de los Apoſtoles e han à quel miſ-
mo poder que nueſtro ſegnor Ieſu Chriſto
dio à los Apoſtoles: & ibi Gregorius*
2 *Lopez.* Nam ſacerdotium fuit de
Aaron (qui primus Sacerdos dictus
eſt *c. Sacroſancta, & ibi gloſſ.* 22. *diſt.*)
in Chriſtum tranſlatum: *c. tranſlato,
de conſtitutionibus. Petrus de Monte*
de primatu Papæ, *ſumm.* 1. *Hugo de
offic. quatuor Prælator. ſumm. de ori-*
3 *gine ſacerdotij, num.* 1. *&* 2. vt de Chri-
ſto in Petrum & Apoſtolos tranſla-
tum ab ipſomet Domino noſtro. *c. in
nouo* 21. *diſt.* non tamen verè, ſed
per quandam ſimilitudinem: neque
verbum illud tranſlatum intelligi
debet de tranſlatione per quam
Chriſtus ſummus Sacerdos deſine-
ret eſſe, ſed tantùm pro concedere.
*vt in l.*1. *ff. de offic. præf. præt. l.*1. *§ ſed in
hoc ſtudium, verſ. cum antiqua lege, &
ibi gloſſ. verbo tranſlatum, de veteri
iure enucleando, gloſſ. in l. non ambigi-
tur, ff. de legibus, gloſſ. in l.*1 *ff. de offic.
eius, cui mandat. eſt iuris. gloſſ. in §. ſed
quod Principi placuit, inſtituta de iure
naturali, expreſsè & egreg. Nauarrus
in comment. de iubileo & indulg. notab.*
23. *num.* 12. *vſque ad* 15. *fol. mihi* 100.

quando in cœna magna fuerunt in
Sacerdotes ordinati, dum dixit, *hoc
facite in meam commemorationem,
Lucæ cap.*22. & tunc & in Epiſcopos 4
ipſe Dominus conſecrauit, ac inuiſi-
biliter vnxit. *Gloſſ. in c. in Chriſto de
conſecratione diſt.* 2. *& gloſſ. in c. legi-
mus*, 93. *diſt. Archidiaconus, in c. in
nouo* 21. *diſt. num.*2. *& in c. porrò in fine*,
67. *diſt. Petrus de Monte de primatu
Papæ, ſumm. de Cardinalibus, num.* 11.
*idem inſinuat Soto in* 4. *ſentent. tom.*2.
*diſt.*24. *quæſt.*2. *art.*2. *col.*5. *in medio.*
Sed in contrarium facit textus, *in c.* 5
*porrò*, 66. *diſt.* vbi Anacletus Papa
affirmat, quòd Iacobus qui Iuſtus
dicebatur, fuit à Petro, Iacobo &
Ioanne ordinatus, & ſi verum fuiſ-
ſet, corrueret aſſertio noſtra quate-
nus dicimus, fuiſſe ab ipſo Domino
conſecratum: ſed ſolutio hæc erit
quod verbum ordinare, de quo in
textu, idem eſt quod eligere. *c. nulla
de conceſſ. præbend. Panormit. in c. ſi
Archiepiſcopus de temporib. ordinat.
num.*2. & ſic ordinare ibi pro elige-
re, ſeu intronizare accipitur: non
quia Petrus eum conſecraſſet, ſed
quia ſolemniter deputauit ad Hie-
roſolymitanam Eccleſiam regen-
dam; nam cùm ipſe ſciret iam om-
nes à Domino Ieſu inuiſibiliter eſſe
ſacratos & vnctos, non eſt creden-
dum; ad aliam vnctionem proceſ-
ſiſſe. Niſi dicas, ob id publicè ordi-
nauit, ſine vnctione, vt conſecra-
tionis Epiſcopalis formam ſucceſ-
ſoribus traderet. *Paulus Gryſaldus
in deciſion. fidei catholic. verbo Epiſco-
pus, obiect.*8 *gloſſ. in d. c. porrò.* Et ibi 6
dicit, quod priùs creati fuerant Epi-
ſcopi ſine titulo: nam licet Epiſco-
palem ordinem acceperant, poteſta-
tem adminiſtrandi minimè *c propriè
de conſecratione, diſt.* 4. & quòd ad
xercendam poteſtatem quam acce-
perant, fuit Iacobus inthronizatus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non verò ſacratus, ſeu vnctus.

7 Neque aduerſatur textus in cap. 16. Matth. vbi hæc ſunt verba: *Ego dico tibi quòd tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & quidquid ligaueris ſuper terram, ligatum erit & in cælis*: quæ habētur trāſſumptiuè. *in c. ita Dominus, 19. diſt. & in c. quodcumque 24. q. 1.* ex quibus verbis videbatur dicendum, quòd ante paſſionem tam Petro quàm Apoſtolis adminiſtrandi, ligandi atque ſoluendi poteſtas eſſet tradita, & ſic quòd ab inſtanti ſuæ conſecrationis fuerunt Epiſcopi, cum adminiſtratione, poteſtate & titulo. Ex textu verò *in c. propriè.* contrarium colligitur, nempe quòd licet Epiſcopalem ordinem acceperant, non tamen adminiſtrandi ſeu ligandi poteſtatem. Quam difficultatem facillimè dilues, ſi aduertas, quòd quamuis ante paſſionem illa verba, quæ habentur apud Matth. cap. 16. dicta fuiſſent, non tamen Petro & Apoſtolis Eccleſiæ poteſtas fuit conceſſa, ſed tantùm ſe daturum promiſit Dominus, vt ex dictis verbis accipitur ibi, *tibi dabo*, quæ ſonant in futurū tempus. *gloſſ. in c. in nouo 21. diſt. Petrus de Monte vbi ſupra ſumm. 1. num. 2.* & ſic poſt paſſionem & reſurrectionem quod promiſerat impleuit, quando in Apoſtolos Spiritum ſanctum inſufflans dixit: *Sicut Pater miſit me, ita ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata*, &c. *Ioannis cap.* 20. tunc enim poteſtatem promiſſam, & clauium exerci-
8 tium Petro & Apoſtolis tradidit. *c. loquitur, 24. quæſt. 1. c. noua de pænis.* & ibi ſcribentes, Diuus Hieronymus in libro contra Iouinianum, illis verbis, ſuper Petrum fundatur Eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, ex quo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidatur.

Sed qua de cauſa poſt paſſionem, 9
non antea clauium exercitium tradidit Dominus. Reſpondeo, quia dum Chriſtus inter homines corporaliter vixit, ipſe per ſe fidem firmauit, vnde tunc neque decenter ſeu vtilè alios, ſeu alium loco ſui conſtituere fuiſſet: at verò cùm poſt reſurrectionem, tempus quo ſe debebat à nobis abſentare appropinquabat, tunc Petrum & Epiſcopos loco ſui, ne grex periret, poſuit. *Victoria in tractat. de clauibus, num. 3. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 5. p. 1. verbo & poteſt.*

Secundò, quia ideò Deus Epiſcopos in Eccleſia conſtituit, vt mundum illuminarent, iuxta illud, *vos eſtis lux mundi.* Sed quid dicerent homines ſi ſtante ſole aliquis cum lucerna exiret, ad illuminandum in loco vbi ſolis radij ex ſplēdeſcerent; ita ergo cùm Dominus ſol iuſtitiæ ſit, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, tunc lucernas conſtituit, quando per abſentiam ipſius tenebræ erant ſuper terram: nam lux in tenebris lucet, & ſic abſente iuſtitiæ ſole, requirebatur quòd conſtitueret Dominus Apoſtolos in medio Eccleſiæ, vt mundū illuminarent, & vt teſtimonium perhiberent de ipſo.

Tertiò, quia hi qui futuri erant Paſtores, in ſuis culpis tempore Paſſionis commiſſis, Petrus ſummus Paſtor Chriſtum negando, & Apoſtoli iam Epiſcopi fugiendo, in animo quorum non parua de Chriſti reſurrectione iniecta erat dubitatio, vt hoc modo qualiter miſereri debuiſſent, diſcerent: & ſic prius Dominus eis debilitatem propriam oſtendit,

oſtendit, vt ex ſuis infirmitatibus cognoſcerent, quàm miſericorditer ſubditorum infirmitates tollerare& curare deberent. *c conſiderandum, c. fideliora, 50. diſtinct.*

Quartò, nam cùm Petrus ante reſurrectionem in Principem Apoſtolorum fuit electus à Domino, ideò poteſtatem & exercitium illi non tradidit, ſed diſtulit, donec poſt reſurrectionem Apoſtoli, quibus Petrus præſſe debebat, præberent aſſenſum liberum (vt ita dicam) electionis iam factæ, ne dicere poſſint à Domino ipſis inuitis ſibi fuiſſe in Principem datum. *Geminian. in c. in nouo, 21. diſt. num. 4.*

Hinc quæſtio difficilis, & ad propoſitum non contemnenda venit explicanda: Quare Domini Epiſcopi, cùm ſint pares quantum ad or-
10 dinem, Romano Pontifici *c. in nouo, 21. diſt.* fidelitatem cùm conſecrantur promittant Domino Papæ, iuxta diſpoſita in textu, *in c. 4. de iureiurando.* Cardinales verò, ſi Epiſco-
11 pi non ſint, non? In cuius enodatione omni via ſequar quod in iure veriſſimum eſſe inueniam, ne quis dicat, me velle Epiſcopos ad cælum erigere intendere, & contra poteſtatem ſummi Paſtoris pertinaciter aliquid aſſerere, cuius correctioni me humiliter ſubmitto.

Dicendum eſt enim, optimè in iure cautum eſſe, vt domini Epiſcopi cùm conſecrantur, fidelitatem promittant, ne aliqui (vt dictum fuit tempore Nicolai II. Pontificis Maximi, vt conſtat ex textu *in c. omnes, c. ſacroſancta. 22. diſt.*) Epiſcopos in totum eſſe æquales Maximo Pontifici ex magna eorum authoritate, magnimitate poteſtatis dicti, dicere poſſint: hac de cauſa, vt diſparitas aliqua detur inter eos & Romanum Pontificem, qua os eorum, qui hoc dicere poterant, occludatur, fidelitatem promittunt, quaſi dicerent, quòd licet quantum ad ordinem & conſecrationis rationem Pontifici pares ſint, tamen quantum ad poteſtatem & ſuperioritatē, illos eſſe inferiores proteſtantur ac fatentur, & hoc ſemper loqui ac prompto animo confiteri promittunt, & ei tanquam Principi ſuperiori, Petrique ſucceſſori obedire, ſuiſque à latere Legatis.

Sit alia; nam cum Epiſcopi iure diuino ſint inſtituti, & à Deo ordi- 12
nis poteſtatem immediatè recipiant, ideò poterant ſuperbire, & ſe exiſtimare exemptos ab omni iuriſdictione, etiam Papæ, & ſubeſſe immediatè Deo: aſtringuntur igitur iurare fidelitatem, vt intelligant, quòd ſicut Deus Apoſtolos eſſe ſub-
iectos Petro voluit, ita eos Papæ; 13
iurant ergo fidelitatem in recognitionem ſubiectionis ſuperioritatis & primatiæ, quam ſuper omnem Eccleſiam & Epiſcopos habet Pontifex.

Sit tertia. Nam ſicut vaſallus Domino fidelitatem iurat, ita Epiſcopi, qui quoad poteſtatem valdè inferiores ſunt, & à Papa munus confirmationis accipiunt, fidelitatem promittunt: quod nihil aliud eſt, niſi homagium quoddam in dominij recognitionem; nam ipſe illos eligit, confirmat, & conſecrat, ſeu conſecrandi licentiam concedit, & in iſtius dominij recognitionem, fidelitatem & obedientiam Papæ & ſuis Legatis libenter promittunt.

Non enim illa facit ratio à Bar- 14
batia, & poſt eum ab aliis Doctoribus aſſignata: nempe ea de cauſa non iurare fidelitatem Cardinales, quia pars corporis Papæ ſunt, ne videatur à ſe ipſo exigere fidelitatis

iuramentum : & quod Epiſcopi ob
id iurant, quia pars corporis eius
non ſunt ; corruit namque totaliter
ex eo , quia falſum eſt dicere , Car-
dinales non iurare fidelitatem do-
mino Papæ , etiamſi Epiſcopi non
ſint : nam ex Cæremoniali Eccleſiæ
Romanæ conſtat , & ex Manuele
Rodriguez *tom. 4. de ſuſobras. c. 67.*
*num.32.fol.mihi. 98.& ex Vicentio Fi-*
*lucio de ſtatu clericorum tract.41. cap.1.*
*num.*40.& ex aliis aliqua iuramenta
15 emittere(licet diuerſo modo & for-
ma quàm Epiſcopi) & ſe obligare ad
Eccleſiam Romanam tuendam,pro
qua , ſi opus fuerit , effundere ſan-
guinem , iurant : in cuius ſignum
16 veſte vtuntur purpurea. *Filucius vbi*
*proxim.*

Sed ſi Eccleſiam Romanam tue-
ri , defendere , ac obedire iurant,
17 Pontifex ipſius Eccleſiæ Caput , in
ipſo iuramento non comprehendi-
tur. Ergo eum obedire , defendere,
18 & venerari iurant , ſicut Epiſcopi
in ſua conſecratione faciunt? Neque
ad hoc obſtat quòd ſint pars corpo-
ris ipſius , nam in re quæ vinculum
animæ reſpicit , cuiuſmodi eſt iura-
mentum , non poſſunt videri Papa
& Cardinales vna eadémque perſo-
na ; quemadmodum neque vna ani-
ma ; neque portio animæ ſicut di-
cimus in filio , quia anima non eſt
19 extraduce ſicut corpus. *Gloſſ. in c. quod*
*verò , 32. quæſt. 2. Gregor. Nyſſenus*
*lib.2.de anima cap.6.* & ſic iuramen-
tum Cardinalium non eſt iuramen-
tum Papæ , quia iuramentum vnius
20 non eſt iuramentum alterius. *c. veri-*
*tatis , 14. de iureiurando, l. generaliter,*
*12. c. de rebus creditis, & iureiur. ſingu-*
*lariter. Tiraquellus in l. ſi vnquam, C. de*
*reuocandis donationibus , in pr. legis.*
*num.*17. & ſi diuerſæ perſonæ ſunt,
benè poterunt iurare, licet membra
Papæ dicantur : nam Epiſcopi pars
corporis Papæ ſunt. *c. ſignificaſti , de* 21
*electione ibi.* quæ vos cū Beato Petro,
tanquam membra de membro , ha-
bere , & Catholici capitis vnitatem
ſeruare declarent : & ibi Baldus &
ſcribentes *Petrus Gregorius ſyntag-*
*matum iur. part. 2. lib. 15. cap. 3 num. 8.*
*Lancellotus in templo , lib. 2. cap. 2. de*
*Cardinalibus , §. 3. de excellentia Car-*
*dinalium, num.* 17. & nihilominus iu-
rant , idem faciunt Regis conſilia-
rij , & pars corporis Principis ſunt. 22
*l. quiſquis, 5. c. ad legem Iuliam maieſt.*
*& ibi Barth. Boherius de authorit. ma-*
*gni conſilij , num. 3. Ioannes Redim. de*
*maieſtat. Principis , in gloſſ. ſed etiam*
*legibus , ſumm. 1. num.* 103. *Ioannes*
*Garcia de nobilitate. Gloſſ. 35. num. 4.*
*& gloſſ. 48. §. 3. num. 56.* Et ſic patet
quòd nihil interſit , quòd pars cor-
poris Papæ dicantur , ad iurandam
fidelitatem , vt reuera ( vt probaui-
mus ) iurant , ſicut Epiſcopi , licet
diſſimili ſtylo , & alio verborum
ſerie : vt videre eſt in Cæremoniali
Eccleſiæ Romanæ.

Neque enim eiuſdem Siculi di- 23
ctum admitto , vbi vt ſui moris eſt,
probare nititur , quòd ea ratione
Cardinalatus honorabilior eſt Epi-
ſcopatu , quia eſt de iure diuino , &
in Veteri Teſtamento inſtitutus:
Epiſcopatus verò in nouo. Et ante-
quam ad reſponſionem deueniam,
valdè miror Andream Siculum
Barbatiam , virum egregium, illud,
quod omnibus notum eſt , reticere
ac tegere tentet. non neque in iure
canonico , & in vniuerſorum Do-
ctorum eloquiis aliquid clarius eſt,
quàm ſcire , illuſtriſſimos Cardina-
les non conſideratos vt Diaconi &
Presbyteri. Sed iuxta eorum mini-
ſterium à iure poſitiuo Romanorum
Pontificum eſſe inſtitutos , ad mar-
tyres ſepeliendos , infantes bapti- 24
zandos , & alia miniſteria obeunda,
in

in vtilitatem Eccleſiæ, & etiam fi-
dei. *Illuſtriſſimus Bellarmin. Cardina-
lis Ieſuita clariſſimus in lib. pro reſpon-
ſione ad Iacobum Regem Angliæ cap. 4.
de comparatione Regis & Cardinalis.
Cardinalis Zabarela in clement. ne Ro-
mani, §. porrò, num. 2. de electione Ar-
chidiacon. in c. vbi periculum, eodem
titulo, lib. 6. Martin. Laudens de Car-
dinal. quæſt. 27. tom. 6. diuerſ. in antiquis.
Onufrius in tract. de Cardinalib. in pr.
Andreas Iambar de offic. & poteſt. lega-
ti de latere lib. 7. num. 127. fol. mihi 122.*
ibi Cardinales tunc opera charita-
tis humiliora exercebant, & pri-
mum eorum inſtitutum fuit, mor-
tuos ſepelire, & infantes baptizare.
Eſtque communis & recepta ſen-
tentia, licet in anno & tempore ſuæ
creationis aut inſtitutionis diſſen-
25 tiant. Aliqui enim à tempore Sancti
Euariſti, alij Heginij anno cẽteſimo
quadrageſimo primo, & etiam ſancti
Damaſci Matritenſis. Et Nicolaus
Macabeli in hiſtoria Florentina vſ-
que ad Paſcalis I. tempora eo-
rum differt inſtitutionem, propè
annum Domini de 817. ductus fortè
ex eo, quòd tunc temporis cœpit
eorum cognoſci nomen, teſte Gun-
dizaluo de Illeſcas in vita Eugenij
ſecundi, *lib. 4. hiſtoriæ Pontificalis,
c. 30. fol. mihi* 294. illis verbis, *di ie que
algunos le blama van Cardenal porque
en eſtos tienpos adonde agora llegamos
(ſcilicet de 824) o pocos antes comença-
ron alla marſe Cardenales los Curas de
las parochias de Romæ.* Sed Illeſcas
26 & Macabelus lapſi conuincuntur
ex textu *in c. præſul. 2. quæſt. 5.* vbi S.
Syluester primus in generali Synodo
facit expreſsè mentionem de Car-
dinalibus, & ibi deputat numerum
teſtium ad deponendum Presbyte-
rum Cardinalem, & etiam Diaco-
num. Patet etiam ex eo quod refe-
runt *Volaterranus lib. 22. antrop.* &

Doctiſſimus pariter Religioſiſſimus
P. Ioſeph de Siquença, profectò ſanè 27
vir non mediocris eruditionis, pru-
dentia, ſolertia, ſanctimonia, inte-
gritate vitæ, ac præclariſſimis ani-
mi dotibus ornatus, ex illuſtriſſima
nunquam ſatis laudata Diui Cardi-
nalis Hieronymi familia alumnus,
in vita eiuſdem Cardinalis *diſcurſ.
6. fol. mihi 249. vſque ad 276.* & Al-
phonſus Ciacon in tractatu pro de-
fenſione quod Diuus Hieronymus
fuit Cardinalis ſanctæ Romanæ
Eccleſiæ. *fol. mihi 10. col. 2. in pr.*
affirmantes tempore Diui Damaſci
Matritenſis Pontif. Maxim. iam eo- 28
rum nomen notum eſſe, & quòd in
Eccleſia Aretina inuentam fuiſſe
quandam donationem in antiquiſſi-
mis tabulis ſcriptam, vbi hæc ſub-
ſcriptio & approbatio. ET EGO 29
IOANNES S. R. E. DIACONVS
CARDINALIS, EX PARTE
DAMASCI PONTIFICIS
LAVDO ET CONFIRMO.
Quam ſe vidiſſe inquiunt Volatter-
ranus & Ciacon, & ex eis etiam
refert Siquença, vbi proximè, &
quòd huic ſcripturæ detur fides, & 30
quòd fidem facit textus ſingularis,
vbi gloſſ. multa iura congeſſit, *in c.
cum cauſam, de probationibus. Et ibi
Baldus num. 8. C. ad audientiam de præ-
ſcriptionibus,* & ibi ſingulariter *Bal-
dus num. 6. c. peruenit, 30. quæſt. 1. l. cen-
ſus, ff. de probat. Bart. & Iaſon in l. ad-
monendi, ff. de iureiurand. Marianus
Socin. conſ. 2. num. 8. vol 3. Caualcanus
deciſ. 17. part. 2. num. 1. Iacobus Anto-
nius Maurus allegat. 54. num 2. Ioann.
Vicent. Hondedei conſ. 31. incipit dubi-
tabatur, num. 6. multos citat. Otalora
de nobilitate cap. 4. tertiæ partis, fol. mihi*
100. *Maſcardus de probatio. 3 part.
concl. 1317. & concl. 394. num. 9. Anto-
nius de Yepes in Chronica generali
Diui Benedicti tom. 1. centur. 1. anno*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Chriſti* 554. *& Diui Benedicti anno* 74. *cap.* 2. *col.* 6. & eſt regula trita, quòd vbi non agitur de præiudicio tertij, probat vnus teſtis, vel ſculptura in lapide, tabula, aut pariete, & fidem facit *Syluester verbo conſecratio* 2. *num.* 3. *Maſcardus* ſupra. Petrus Brixenſis verò in tractatu de Cardinalibus, ponit eorum inſtitutionem tempore ſancti Pontiani, anno de 231. alij verò impiiſſimo ac deprauato ore, eſſe nouam Paparum inſtitutionem affirmant, à Bonifacio
31 VIII. creatam: quos redarguit ſua ſolita & præclara modeſtia, ac perſpicacitate venerabilis Bellarminus, vbi ſuprà.

32 Sed in hac varietate ſcriptorum aduertere exiſtimaui, certum eſſe ab Euariſtio, Heginio, Pontiano, Stephano, Dionyſio, & Marcello Pontificibus, Diaconos & Presbyteros fuiſſe inſtitutos, vt in vinea Domini colenda Pontifices Romanos tam in prædicatione quàm in Sacramētorum adminiſtratione adiuuando laborarent. Creſcente verò Chriſtianorum numero, & eorum auctus eſt, & deputatę aliquę Eccleſiæ à Marcello & Dionyſio quibus inſeruirent, vt parochi: adueniente verò Conſtantini Magni conuerſione & donatione, vbi clericos Romanæ Eccleſiæ inſeruientes multis priuilegiis & exemptionibus ſicut Patritios & Conſules decorauit. Tunc S. Syluester primus in
33 generali Synodo poſt dictam donationem ex omnibus parochiis & clericis vrbis Romanæ, aliquos clericos elegit, (Spiritu ſancto inſpirante) qui propriè dicerentur eſſe clericos Romanæ Eccleſiæ per excellentiam, à diſtinctione aliorum clericorum in aliis Eccleſiis eiuſdem ciuitatis aſſiſtentium: & ſimiliter Conſtantinianis fruerentur priuilegiis, & vt ſic decorati Pontifices ſociarent, & Eccleſiæ vbi Pontifices aſſiſtebant inſeruirent, ex quo dicti ſunt clerici principales, id eſt, Cardinales. Et quod Cardinalium inſtitutio facta fuit à ſancto Sylueſtro in prædicta Synodo tenent, Laudenſis *de Cardin. quæſt.* 18. *& de Principibus quæſt.* 484. Petrus de Monte, *vbi ſupra ſumm. de Cardinalibus in pr.* Iuſchus, *litera C, verbo Cardinalis, concluſ.* 95. Soto, *in* 4. *ſent. diſt.* 2. *q.* 2. *art.* 4. *col.* 4. Oldraldus, *conſil.* 63. Victoria, *in relect. de poteſtate Eccleſ. relect.* 2. *num.* 24. *propoſ.* 11. Selua, *de beneficiis part.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 35. Petrus Gregorius, *ſyntagmat. part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 4. *num* 5. Marius Alterius, *de cenſuris tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 2. *col.* 2. *liter. B, fol.* 606. Antonius de Prætis, *de poteſtate Epiſcopi cap.* 6. *num.* 36. Filucius, *de ſtatu clericorum tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 39. à qua communi non recedunt meo iudicio Cardinal. Baronius annal. anno Chriſti 112. num. 5. & Siquença vbi ſuprà.

Itaque licèt ab Euariſtio, Heginio, Pontiano, & aliis Pontificibus ante Sylueſtrum Diaconos & Presbyteros creatos eſſe conſtet, non tamen illos Cardinales fuiſſe, aut habuiſſe aliqua priuilegia ſeu exemptiones, ex quibus diſtinguerentur ab aliis, & ſic dici poſſent principales, ſeu Eccleſiæ cardines, hodie Cardinales, patet apertè ex textu *in c. Conſtantinus,* 96. *diſtinct.* vbi faciens Conſtantinus mentionem de clericis Romanæ Eccleſiæ inſeruientibus, 34
de Cardinalibus non facit vllam: & pro certo habendum eſt, quod ſi in Eccleſia Dei tunc temporis extitiſſent, de eis adhiberet mentionem expreſſam Marius Alterius vbi proximè. Vt poſt dictam donationem inuenitur in prima aut ſecunda Synodo generali ab ipſo Sylueſtro

congre

congregata ; & non eſt credibile
quod ante donationem non fiat de
eorum nomine mentio , & ſtatim
poſt donationem expreſsè nomi-
nentur , ſi vera non fuiſſet aſſer-
tio noſtra , nempe quòd poſt dona-
tionem creati fuerunt : neque ob-
ſtat quod Ciacon alleget , quòd in
donatione comprehenduntur Car-
dinales ſub nomine Reuerendiſſi-
morum , cùm adeò honorificum
nomen non niſi perſonis in magna
dignitate conſtitutis conueniat. *c.in
nomine Domini* , 23. *diſt.* Ciacon in
tractatu pro defenſione quod Diuus
Hieronym. fuit Cardinal. *fol.9.col.2.
in medio.* Nam textus quem in ſuæ
opinionis confirmationem allegat,
contrarium probat : ibi enim clerici
communiter appellantur Reueren-
diſſimi , vt paſſim in iure fit, *textus
in auth. vt clericos apud proprios Epi-
ſcopos in pr collat.6.* vbi clerici Reue-
rendiſſimi multoties appellantur,&
Monachi etiam Reuerendiſſimi. Et
quòd ibi ſub nomine Reuerendiſſi-
morum non comprehendãtur Car-
dinales , patet : nam ſtatim in textu
poſtquam loquitur de Reuerendiſ-
ſimis clericis , expreſsè loquitur de
Cardinalibus , ſub nomine expreſſo
ſuæ dignitatis. Certum eſt enim,
quòd priuilegia in donatione con-
ceſſa clericis Romanæ Eccleſiæ , in-
uitarunt Pontificem Sylueſtrum vt
ex omnibus parochiis ſegregaret
illos,qui ſibi magis idonei videban-
tur, vt gauderent illis priuilegiis;
quia ſi omnibus indiſtinctè conce-
derentur , paruæ æſtimationis fuiſ-
ſent , neque dicerentur principales,
neque Eccleſiæ cardines. Quorum
originem poſt longam librorum an-
tiquorum ſpeculationem hunc ve-
riſſimum eſſe putaui , ac veritati &
Hiſtoricis Eccleſiaſticis conſonum.
35 Ex quibus clariſſimè conſtat,
Epiſcopos antiquiores eſſe : nam vt
diximus num.2.à veteri teſtamento
habent exordium , vti Leuitici ge-
neris Sacerdotes. *Marqueſan. de
commiſſionibus part.1. tom.1. cap.1. &
2. de commiſſ. appellat. num.151. fol.397.*
illis verbis , itaque fratres præfati
nuncupantur ( loquitur de Epiſco-
pis ) ex eiuſdem ſacramenti partici-
patione in Epiſcopali dignitate.
Sunt autem cum Papa in ea parte,
in qua præpoſiti ſunt vti Leuitici 36
generis Sacerdotes , & in Sacerdo-
talis officij executione ſocij & fra-
tres:& allegat textum in c.per vene- 37
rabilem qui filij ſint legitimi. & fa-
cit etiam illud *Pſalm.* 108. ibi , *fiant
dies eius pauci , & Epiſcopatum eius
accipiat alter.* Ergo præferendus eſt
Cardinalatui , & quia Cardinalatus
in Eccleſia Dei neque eſt ordo ſeu 38
dignitas , ſed officium , ( licet ma-
gnum , ampliſſimum , ac illuſtriſſi-
mum.) Martinus Laudens. *in tract. de
Cardin. quæſt.10. & 17.* Ioannes Garcia
*de nobilitat. gloſſ.48.§.3. num.* 54. An-
dreas Gambarus *de offic. & poteſtate
Legati de latere lib.7. num.123.* Lancel-
lotus *in templo lib.2. cap.1.§.4. de di-
gnitate & ordine Epiſcopi.* Selua *de be-
neficiis part.1. quæſt 3. num.14.* Valen-
cuela *conſil.34. incipit,inuocato diuino
numine,num.93.*

Epiſcopatus non eſt dignitas,ſed 39
dignitatum culmen. *c.venerabilis , de
præbendis , & ibi ſcribentes.* Zabarella
*in Clement.1.de renunt. num.5.* Et hac
de cauſa ſe Epiſcopum nominat
Romanus Pontifex , quia in Eccle- 40
ſia maior ordo non eſt , neque di-
gnitas. *c.cleros, 21. diſt.* Gloſſ. *in proœ-
mio ſexti Decretalium,num.70.* Ioan-
nes Garcia *vbi prox. dict. gloſſ.48. §.3.
num.8.* Sylueſter *verbo Epiſcopus,n.3.*
Siquença *loco citato.* Et facit , nam
Papa cùm alloquitur Epiſcopos,
fratres vocat : Cardinales verò di- 41
lectos

lectos filios. *c. quàm graui, de crimine*
*falſi*,&ibi gloſſ. illis verbis, Papa om-
nes Epiſcopos fratres appellat, in-
feriores autẽ dilectos filios. Ex quo
infertur, quòd quando tam Reges
quàm Cardinales Pontifex filios
appellat, illos eſſe Epiſcopis infe-
riores declarat. Sed quando Papa
permixtim alloquitur, tunc omnes
fratres appellat, ſi inter eos aliqui
fuerint Epiſcopi Cardinales. *Scri-*
*bentes in proœmio Clementi, num. 2.*
*Laudenſis de Cardinal. quæſt. 94. Mar-*
*queſanus & Ioſeph de Siquença vbi ſu-*
*pra, Iacobus à Graſſis in deciſ. aur.*
*lib. 3. cap. 2. num. 32.* Nam denomina-
42 tio ſemper à nobiliori fit, *lib. 1. ff. de*
*acquirendo rerum dominio. Cardinal.*
*vbi prox. num. 2. gloſſ. in cap. 1. de offic.*
*delegati lib. 6.* illis verbis, quòd vbi-
cumque ex aliquibus magis dignis,
& minùs dignis vniuerſitas congre-
gatur, tum denominatio fit à di-
gnioribus. Sed Pontifex Epiſcopos
honorificè & priùs denominans,
quid aliud facit niſi expreſsè diiudi-
care, eſſe Cardinalibus quoad ordi-
nem honorabiliores. Ita decidit tex-
tus in *c. quamquam. 34. 2. quæſt. 7.* & ibi
gloſſ. & nota marginalis inquiunt,
43 Epiſcopum maiorem eſſe presbyte-
ro Cardinali: quam ſequuntur Felin.
*in c. quod ſuper his de fide inſtrumentor.*
Bertach. *in repertor. verbo Epiſcop.*
Menochius *de arbitrariis lib. 2. centur.*
*1. caſu 72. num. 6.* Ioannes Garcia *de*
*nob. gloſſ. 48. §. 3. num. 35.*

44 Apparet etiam Cardinalatum non
eſſe nouam Paparum inſtitutionem,
(vt impij deteſtabili ac diabolico
ore dicunt) cùm iam erat tempore
Diui Sylueſtri primi, qui vixit ante
annos 1300. neque creatus tempore
Bonifacij VIII. Pontif. Max. licèt
45 tunc eorum creſcit authoritas, quo
tempore, & Clementis V. Cardi-
nalati Epiſcopi nolebant, ne vide-
rẽtur ad inferiorem gradum deſcen- 46
dere, illis nunquam permiſſum. Et
ideò Bonifacius VIII. erubeſcebat
quando Epiſcopos in Cardinales
eligebat; quia eos faciebat deſcen-
dere, & tunc per ademptionem Car-
dinalatus Epiſcopatus non vacabat,
expreſsè Geminianus *in c. cum aliqui-*
*bus, num. 7. in fine de reſcriptis, lib. 6.*
Zerola *in praxi Epiſcop. part. 1. verbo*
*Epiſcopus, num. 15.* Petrus Gregorius
*ſyntagmat. part. 2. lib. 15. cap. 4. num. 4.*
Guillelmus Rodeanus *de ſimonia*
*cap. 18. num. 4.* Gambarus *de offic. &*
*part. legati, lib. 7. num. 123. fol. mihi 222.*
Illeſcas *lib. 4. hiſtor. Pontif. cap. 30. in*
*vita Eugenij II. fol. mihi 298. ibi ſolo*
*quiero aduertir, que antiqua mente ſe-*
*tenia portanto maior y ſe eſtimaua, tan-*
*to mas la dignidad Epiſcopal que la*
*de los Cardinales, que ningun obiſpo*
*tomara capelo aunque ſelodieran antes*
*de ordinario de Cardenales venian à ſu-*
*bir à ſer Obiſpos, y en el punto, que vno*
*venia a ſer obiſpo deiaua el Cardena-*
*lato como dignidad mucho menor.* Sed
ex hoc quomodo hæretici anno de
1300. Cardinalatum à Bonifacio
VIII. inſtitutum fuiſſe inferre
poſſunt, ſi ſcriptores vno ore teſtan-
tur, tunc autem priuilegiis & exem-
ptionibus eorum ampliſſimam di-
gnitatem, licèt ab antiquo creatam,
vt ex Conciliis, ac antiquiſſimis
ſanctorum Patrum traditionibus, ac
ex hiſtoricis Eccleſiaſticis conſtat:
ſed de hoc ſatis cùm doctiſſimum
librum ſingulari modeſtia ac erudi-
tione plenum edidit venerabilis
Cardinal. Bellarminus è Societate
Ieſu, citò (vt exiſtimo) in Sanctorum
Catalogo adſcribendus, pro reſpon-
ſione ad Iacobum Regem Angliæ.

Ex dictis aliud Barbatiæ dictum 47
refutabitur, aſſerentis & ea quoque
ratione eſſe honorabiliores Cardi-
nales Dominis Epiſcopis, quia quo-
tidie

tidie maiori ornatu ipſis Epiſcopis vtuntur, in pileis rubeis & ſupelliceis, veſte candida: ſed propter hoc nemo exiſtimet me velle de venerabiliſſima Cardinalitia dignitate aliquid detrahere, quam humiliter veneror, vel ingenioli mei oſtenſionem facere apud ſummam doctiſſimi Siculi ſapientiam, id enim nihil aliud eſſet quàm ſcarabeum docere aquilam volare; ſed quia aliquis non leuis ingenij ſi eiuſdem opinionibus acquieſcerem, dicere poterat, malè me munere meo fungi, & Epiſcopis me iniquum præbere, ſi eorum præſtantiam, vt debeo, non defenderem. Quapropter aſſerendum eſt, non rectè illum ſenſiſſe. Nam cum Epiſcoporum
48 vita norma atque exemplum ſit ſubditorum; *c. cum paſtoris, 2. quæſt. 7. c. miramur, 61. diſt. Concil. Trident. de reformat. ſeſſ. 6. cap. 1. in pr.* ibi integritas enim Præſidum ſalus eſt ſubditorum: *Hugo de off. quatuor Prælator. ſumm. pene vltim. num. 3. tom. 6. Suarez de pax. in praxi tom. 2. part. 4. c. vnico, num. 1. Gambarus de off. Legati de latere lib. 2. num. 50. Marqueſan de commiſſ. tom. 3. part. 5. cap. 1. §. 1. num. 43. Soto de iuſtitia l. 10. quæſt. 1. art. 1. fol. 4. Ioann. Fileſacus de ſacra Epiſcopor. aut. cap. 1. §. 1. in fine, fol. 2.* Malè poterunt deprauatos ſubditorum mores corrigere, ſi prius ſeipſos non emendant: *c. primum, 25. diſt.* impoſsibile eſt enim quod vmbra virgæ recta ſit, ſi ipſa virga decliuis & tortuoſa exiſtat. Epiſcopus verò virga recta iuſtitiæ & ſanctimoniæ debet eſſe, vt vmbra ſua, quæ per totam diœceſim extenditur, non decliuis ſeu tortuoſa exiſtat: ſi verò in omnibus rectiſsimus non ſit, ſua Reſpublica, eiúſque territorium ſuo exemplo rectitudinem non cuſtodiet. Sic in-
49 telligis cauſam, ob quam Epiſcopus ſuæ diœceſis caput dicatur: *c. cùm non liceat, de præſcriptionibus.* Nam terra vapores verſus cælum emittit, plantæ in altum creſcunt, ignis pro fine habet ſurſum ſcandeſcere, caput verò humano corpori inſertum deorſum influit: vt ſic Epiſcopus, qui ſubditorum eſt caput, deorſum influat, hoc eſt, ſubditos ſuo vitæ exemplo doceat, & ſic cæleſtia bona communicet: *c. deciſ. 3. quæſt. 1. c. ſicut vir, 7. quæſt. 1.* & ſicut in capite eſt viſus, audiendi ſenſus, loquendi modus, olfactus, guſtatus, quæ ſic in Epiſcopo ſapientia, prudentia, prouidentia, pietas, & benignitas, quæ per hos ſenſus ſignificantur, eſſe debent: & ſicut per viſum, auditum, & per alios ſenſus multa, quæ animam coinquinant, intrant, ita per Epiſcopi exemplum, ſi rectum non eſt, quia ipſe auditus, & viſus eſt ſubditorum, abuſus ſubditorum, abuſus ſubditos coinquinantes introducuntur. Nam cùm in altiorem locum ſint ſublati, reliqui in eos tanquam in ſpeculum, ſeu in horologium oculos coniiciunt, vt ex eis ſumant quid imitentur: quod mirabiliter ſignificarunt Antiqui, quando Prælati effigiem pingentes, in manu dexteræ ſolem obſcuratum, hac litera, *Niſi cùm deficit ſpectatorem habet*: in ſiniſtra verò horologium hac inſcriptione, *Sicut horologium ſuper montes*, collocabant; nam ſubditi tunc in Epiſcopum oculos 50
fixos habent, cùm aliquid obſcurationis ſeu deturbationis vident. Sic Diuus Bernardus dicebat Epiſtola 51
127. ad Guillelmum Comitem: ſi quis de populo deuiat, ſolus periit, error Prælati multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt; quocirca tot mortibus dignus eſt iudicandus improbus Princeps, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſ-

*Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 1. c. qualiter de accuſationib. c. clericos, 21. q.*

mittit : ſicuti & tot gloriæ coronis
probus , quot ædificationis ſimile:
habetur in *c.præcipuè*, 1 1 .*quæſt*.3.*& in*
*c.nulli fas ſit*, 25. *quæſt*. 1. Non enim
ſufficit quòd Epiſcopus veritatem
annuntiet , verba Dei prædicet,niſi
ſic operetur vt prædicat:vnde Diuus
Thomas interpretans illud Canti-
cor.c.4. ibi , *vniuſcuiuſque enſis ſuper*
*femur ſuum,propter timores nocturnos*,
inquit. Nam non ſufficit quòd ali-
quis prædicet de moribus annun-
tiando veritatem vitæ , vel quòd
prædicet de fide annuntiando veri-
tatem doctrinæ , ſed oportet eum
annuntiare veritatem iuſtitiæ eſſe:
vt faciat quod dicit, & credat quod
docet , quod iuſtum eſt , vt aliquis
talis ſit in ſe,qualem prædicat alium
debere eſſe. Ideò prædicatores,qui
debent cuſtodire lectulum Salomo-
nis , debent tenere enſem non in
ore tantùm,vt dicant & non faciant:
ſed vniuſcuiuſque enſis debet eſſe
ſuper femur ſuum , conſtringendo
femora ſua , viuendo caſtè , & ob-
ſeruando quæ prædicant , & ſic ma-
gis proficient operando quàm hor-
tando. Quapropter inquit Diuus
Gregor. ſuper illud Exodi 19. eſſe
52 Prælatos vaſa illa à Salomone facta,
vbi Cherubines erant,leones & bo-
ues : nam in Epiſcopo magna ſcien-
tia ſicuti Cherubinis , fortitudo
leonis,& continuus bouis labor eſſe
debet , vt ſemper inuigilet pro ſub-
ditorum bono & exemplo. Cheru-
bim autem dilectione inflammatur:
inflāmetur ergo & Epiſcopus dile-
ctione ſubditorum , vt ſic neque la-
borare aut vigilare timeat pro eo-
rum ædificatione & exemplo. Dile-
ctionis ſedes cor eſt , & Epiſcopus
cor ſubditorum, vbi eorum dilectio
tamquam in propria ſede habitare,
& commorare tenetur , vt ex eo
cæleſtes ac exemplares virtutes exe-
ant , ſubditiſque communicet , &
velut in corpus diffundat : *c.ita Do-*
*minus*, 1 9.*diſt*.

Ad hoc Epiſcopis nihil magis
neceſſarium , quàm morum graui-
tas , & ornatus honeſtas : *c.omni ia-* 53
*ctantia* , *cum ſequentibus* , 2. *quæſt* 4.
*Diuus Chryſoſtom. ſuper Epiſtol. Pauli*
*ad Romanos homilia* 24. quod admira-
biliter noſtri Epiſcopi obſeruant
qui tam humiles ſunt, ac gloriæ hu-
manæ contemptores : nam licèt
pannis bombycinis violacei coloris,
rubeis tranſuerſis ſe induere liceat,
vt Epiſcoporum cæremonialis do-
cet , & Ioannes Garcia de nobilita-
te *gloſſ*. 48.§.3. *num*.52. ſemper pulla-
tis indumentis vtuntur , & non ſo-
lùm extra diœceſim , verùm etiam
& in ea rochetum coopertum por- 54
tant , præclarè veri Epiſcopi vocem
audiunt,dicentis apud Matth.cap.6. 55
*de veſtimentis quid ſolliciti eſtis* , *conſi-*
*derate lilia agri quomodo creſcunt,non*
*laborant : dico autem vobis* , *quoniam*
*neque Salomon in omni gloria ſua coo-*
*pertus eſt ſicut vnum ex iſtis:nolite ergo*
*ſolliciti eſſe dicentes* , *quo operiemur?*
Vnde euenit , omnia corporis indu- 56
menta parui Epiſcopos æſtimare, &
non vti neque purpureis veſtimen-
tis , neque rocheto diſcooperto,
quod eſt eis valdè laude dignum,
iuxta illud Beati Gregorij in Paſto-
rali : ſubtiliſſima ars viuendi eſt cul- 57
men tenere , & gloriam reprimere,
eſſe quidem in potentia , ſed poten-
tem ſe eſſe neſcire. Ex dictis nota-
bilis ac veriſſima deducitur con-
cluſio , quòd Epiſcopatus honora-
bilior eſt quoad ordinem Cardina-
latu ; quia veſtis elegans ſublimio-
rem vel inferiorem hominem non
facit , ſed dignitatis ac virtutis cel-
ſitudo.*l.humilem* , *c.de inceſtis & inu-* 58
*tilib.*

*tilib.nuptiis.l.nemo vir,c.de veſtibus & hol. lib.* 11. At dixit Seneca, quòd quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus non eum inſpicit, ſed ſellam eius & frena: ſic ſtultiſſimus eſt, qui ex veſte hominem æſtimat.tradit Lucas de penn.*in l.2.c.de veſtib.hol.lib.*11.Felicius Contelorius de præcedentia religionis Prædicatorum, *quæſt.* 1. *num.* 4. Didacus Perez *in l.1.tit.1.lib.4. ordinum.verſ. per veſtes autem.* His enim ſic conſtitutis ad maiora enucleanda properemus.

*SVMMARIVM.*

*Gubernatio quomodo appelletur.* num. 1.

*Qui in Epiſcopum eligitur, qualis eſſe debeat.*num. 2.

*Solonis lex refertur.*num. 3.

*Alexadis ſententia allegatur.* n. 4.

*Conſuetudo in populo Romano obſeruata.*num. 5.

*Conditiones & virtutes in Epiſcopo requiſitæ.*num. 6.

# DE EPISCOPORVM CREATIONE.

## CAPVT SECVNDVM.

PRÆCLARE gubernandi dignitas (vt inquit Barro) Magiſtratus appellatur, à Magiſtro: quia qui aliis præeſſe cupit, eorum debet eſſe Magiſter, haberéque magnum rerum vſum, ex quo prudentia oritur, 1
vt valeat & poſſit ſuum munus exequi. Ad hoc reſpexiſſe videtur illud, quod Ietro ad Moyſem dixiſſe legitur, in capite 18. Exodi: *Prouide autem*(ait)*de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum,in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitues tribunos, & centuriones, & quingenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore.*Vtinam Reges & Principes, quando ad Eccleſiæ principatum aliquem electuri eſſent, hæc obſeruarent.Prouide dicit,non citò, indeterminatè ac incognitè elige: quia prouideo longam ſpeculationem ſupponit; & de omni plebe, non tam ex illis, qui ampliſſimos reditus Eccleſiaſticos habent, vt ipſis vacantibus melius magnatum filios ditare poſſint. Ad noſtrum 2
propoſitum. Perpende tantùm verbum illud, *viros ſapientes*: quia in illo demonſtratur, quòd qui Epiſcopus creandus eſt,non adoleſcens, ſed vir maturæ ætatis, qui multarum habeat experientiam, eſſe debet.

Quid enim prodeſt aliquem eſſe magna ſapientia præditum, ſi rerum practica ſit deſtitutus, & ita 3
quadam Solonis lege cautum erat, ad magiſtratum & conſultationem iuuenem, quamuis prudentiſſimus videretur, nullo modo admitti licere. Iuxta illud Diui Gregor. in Paſtorali.*part.*1. *cap.*1. ibi nulla ars doceri præſumitur,niſi intenta prius meditatione diſcatur; quia ſolet rerum experimentum potentiſſimè vincere rerum ineptias, teſte Ale-

4 xade aſſerentis, quòd homo eſt na-
tura ſimilis vino: vt enim vinum
nouum ita & hominem deferueſce-
re neceſſarium eſt, vt inde ab omni
malo defæcatum, confirmata iam
ætate, moribúſque compoſitis, &
repreſſis importunis affectibus aliis
poſſit conſulere & gubernare.

Et quemadmodum qui ad am-
pliſſimum exercitum gubernandum
ſegregari ſolent, non ſunt iuuenes
delicati, tyrones imperitiſſimi,
ignari, & rerum militiæ non exper-
ti, effæminati, diuitiarum copia
affluentes, diuitiarúmque cupidi,
vt in illa celebri Romanorum curia
vbi quando aliqui in ciues Roma-
5 nos admittendi erant, ſolebat Cato
ille Cenſorinus (ei namque propter
ſingularem tam in literis quàm in
virtute opinionem, quæ de ipſo
habebatur, munus hoc recipiendi
aliquem in ciuem à Senatu erat de-
legatum) manus eorum qui admit-
tendi erant tentare, eaſque ſuis fri-
cabat, quòd ſi lenes ac molles inue-
niebat, tamquam inutiles tam ad
bellandum quàm ad gubernandum
reiiciebat: ſi autem manus eorum
duras eſſe, & callos obduxiſſe ſen-
tiebat, ipſos maxima cum lætitia
in ciuium Romanorum Catalogo
ſcribebat. Nam ciues Romani, qui
quotidie erant debellaturi, non
effœminati, & Epicuro ſimiles, à la-
boribus recedentes, ſed homines
robuſti, atque milites celeberrimi,
prudentiſſimi, in militiæ laboribus
ſatis verſati, & fortes eſſe debebant:
vt exercitum gubernare, milites re-
gere, & conſulere, hoſtes ſingulari
fortitudine propulſare, arma ſume-
re, iacula fortia mittere, munitio-
nes præparare, ciuitates crimen
perduellionis incurrentes obſidere,
eorum ianuas fortiter claudere, in-
greſſum illis, veſtimenta & auxilia
impedire, turres de nouo ædificare,
munitiones præuenire, milites mul-
tiplicare, arma quærere, legatio-
nem ad amicos mittere, vt auxi-
lium præbere poſſint.

Ita ergo Epiſcopi qui nos ſunt
illuminaturi, & cælum debellaturi
debent eligi prudentes, dociles, 6
temperati, caſti, ſobrij, cauti, hu-
miles, affabiles, laborioſi, miſeri-
cordes, in lege Dei inſtructi, & in
Scripturarum ſenſibus acuti, in
dogmatibus Eccleſiaſticis exercita-
ti, docti, pauidi, maturi, & qui
reprehendi non poſſint, Deo &
hominibus placentes, moribus or-
nati, manſueti, & tales quod graue
onus tantæ dignitatis ſubſtinere va-
leant: nam vt Diuus Bernardus de
conſ. inquit, Monſtruoſa res eſt gra-
dus ſummus, & animus infirmus,
tactus ſupremus & gradus minimus,
ſedes prima, & vita ima, lingua
magniloqua & manus otioſa, ſer-
mo multus & fructus nullus, vultus
grauis & viſus leuis, ingens autho-
ritas & nutans ſtabilitas: has enim
qualitates qui ad ampliſſimum di-
gnitatis culmen eſt euocandus ha-
bere debet; quia nullum oportet
maiora ſcire, & melius viuere quàm
Epiſcopum, cuius doctrina & exem-
plo nutriuntur ſubiecti, & ſi præ-
clara ad eorum electionem ſpectan-
tia legere volueris, vide textum
*in c. qui in aliquo, 51. diſt. c. miramur.
cum ſequentibus, c. Epiſcopum, 61. diſt.
c. qui Epiſcopatum, 11. c. oportet cum
ſimilibus, 8. quaſt. 1. c. fratrem, 86. diſt.
c. hinc etenim, 40. diſt. per totam. c. cum
in cunctis, de elect. c. niſi cum pridem de
renuntiat. auth. quomodo oporteat Epi-
ſcopos per totam collat. 1. l. ſi quemquam,
30. C. de Epiſcopis & clericis. Concil.
Trident. de reformat. ſeſſ. 6. cap. 1. & de
reformat. ſeſſ. 7. cap. 1. & 2. & de refor.
ſeſſ. 24. cap. 1. docent.* Hugo *de offic.*

*quatuor*

quatuor Prælator. ſumm. de ſecundo Prælato. Cardinalis Tuſchus liter. E, verbo Epiſcopus, concl. 234. Franciſcus de Agricola in appendice ad Sotum, in lectionibus de inſtitut. Sacerd. §. fideli ſermo, fol. 98. Petrus Abiaxio in directorio election. cap. 49. & 51. num. 21. part. 3. Hoſtienſis in ſumm. de tempor. ordin. §. & cui. Syluester in ſumm. verbo Epiſcopus, num. 1. Emanuel Rodrigez quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 34. Barboſa in Paſtorali poſt hæc ſcripta viſus, titulo 2. gloſſ. 2. Fileſacus de Epiſcop. aut. cap. 1. §. 2. Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſu 426. num. 2. & 3. Petrus Gregor. ſyntagm. part. 2. lib. 15. cap. 12. num. 6. Marquez en el gouernador Chriſtiano cap. 9. col. 6. vſque ad 9. Gutierrez canonicar. cap. 11. num. 1. & 2. lib. 2.

## SVMMARIVM.

*In electione Epiſcoporum antiquitus qualis mos ſeruata.* num. 1.

*Quo iure Clerus in Epiſcopi ſui electione intromittebatur.* n. 2.

*De iure diuino cui Epiſcoporum electio competat.* num. 3.

*Hæretici redarguuntur.* num. 4.

*Noſtri Hiſpaniarum Reges quo tempore præſentare cœperunt ad Epiſcopatus ſui regni.* num. 5.

*Decanus & Capitulum ob quid Epiſcopum eligebant.* num. 6.

*Archiepiſcopi Toletani authoritas quanta fuit circa Epiſcoporum Hiſpaniæ creationem.* num. 7.

*Noſtri Catholici Reges quo iure Epiſcopos præſentent.* num. 8.

*Ioannis Ignei, & Ioannis Ferraldi opinio refutatur.* num. 9.

*Electus antequam ad ſuam accedat Eccleſiam quid facere teneatur.* num. 10.

*Philippus II. Hiſpaniarum Rex, qui communiter vocatur* el prudente, *extollitur.* num. 11.

*Qui in Epiſcopum eligitur ab irregularitate debet eſſe immunis.* num. 12.

*Noſter Rex an dignum eligere ſufficiat ex propoſitis à conſiliariis, anve digniorem.* num. 13.

*Et ad hoc quæ inquiſitio fieri debet.* num. 14.

*In domo Dei nihil præpoſterum eſſe debet.* num. 15

*Illegitimus licet Religioſus ad Epiſcopatum ſine diſput. non admittitur.* num. 16.

*Per ſubſequens matrimonium legitimatu non admittitur ad Cardinalatum.* num. 17.

*Secus ſit ad Epiſcopatum.* num 18.

*Legitimatus ad vnam dignitatem, vtrum cenſeatur legitimat. ad Epiſcopalem* num. 19.

*Et legitimat. ad Epiſcopalem, an cenſeatur diſpenſat. ad Archiepiſcop.* num. 20.

*Legitimato à Principe laico non recognoſcente Superiore vtrum ad Epiſcopatum ſine alia diſp. admittatur.* num. 21.

*Quæ ætas requiratur in eo, qui ad Epiſcopatum eligitur.* num. 22.

*De ſcientia electi qualiter conſtare poſſit, etiam ſi ſit Religioſus.* num. 23.

*Examen quod ex conſtitutione Clementis VIII. requirebatur, in Hiſpania numquam admiſſum,*

neque ſeruatum de conſuetudine.num.24.
Theologus an Iureconſulto debeat præferri in creatione ad Epiſcopatum.num.25.
Epiſcopatus cui potius debeat conferri.num.26.
Exteri ad Epiſcopatus ſeu Canonicatus in Caſtellæ regnis non admittuntur, etiam ſi ſint ex Regno Nauarræ, ſeu de Aragon. num.27.
Ad Epiſcopat. non præſentatur niſi in Sacro Ordine conſtitutus. num.28.
Religioſi vtrum ſine Superioris licentia acceptare Epiſcopatum poſsint.num.29.
Qui Superior licentiam iſtam concedere valeat.num.30.
Epiſcopatum acceptare ſeu procurare nequeunt Religioſi ſanctiſsimæ Societatis Ieſu.num.31.
Præpoſitus generalis eiuſdem Societatis inuitos ad Epiſcopatum acceptandum compellere poteſt. num.32.
Religioſus vtrum peccet Epiſcopari deſiderando.num.33.
Sacer Epiſcopalis ordo perfectior eſt Monachatu num.34.
Religioſi Epiſcopatum procurare timeant.num.35.
Diuus Bonauentura malè ſentit de Religioſis Epiſcopari deſiderantibus.num.36.
Epiſcopatum deſiderare vtrum peccatum.num.37.
Libri & vtenſilia Religioſi cui cedant ſi creatur Epiſcopus. n. 38.
Religioſus factus Epiſcopus Religionis priuilegiis priuatur. numero 39.
Generalis, ſeu alius Prælatus ſi in Epiſcopum eligitur,& acceptat, ſtatim deſinit eſſe Generalis ſeu Prælatus.num.40.
Epiſcopus regularis, ſi dimiſſo Epiſcopatu ad Religionem redeat, non admittitur ad officia Religionis.num.41.
Epiſcopus titularis ad Eccleſiam Cathedralem promoueri poteſt, & retinebit titulum prioris Eccleſiæ,& etiam ſecundæ. n. 42.
Papa Epiſcopos ſine diœceſi creare poteſt. num.43.
Epiſcopi titulares quo tempore creari cœperunt.num.44.
A Petro Soto cauendum circa Epiſcoporum titularium creationem. num.45.
Chorepiſcoporum officium & origo. num.46.
Chorepiſcopi quo tempore extincti. num.47.
Epiſcopi titulares ſi poſſent,& liceret,credendum eſt quòd adirent, vt in Eccleſiis quarum Epiſcopi appellantur Euangelium prædicarent.num.48.
Epiſcopi tam diuites quàm pauperes æquè honorandi.num.49.
Diui Bernardi & Auguſtini verba ponuntur, atque etiam Senecæ. num.50.
Votum de non procurando Epiſcopatum etiam de licentia Papæ valet, de non acceptando minimè.num.51.

Electio

*Electio ſeu præſentatio vtrum valeat, ſi antequam ſortiretur effectum, præſentans ſpirauit.* num. 52.

*Electus intra quod tempus debeat electionem de ſe factam approbare.* num. 53.

*Archiepiſcop. Toletanus olim Epiſcopos Hiſpaniæ confirmabat.* num. 54.

*Toletanæ ſedis ſuper omnes Hiſpaniæ Eccleſias Primatia antiquiſſima.* num. 55.

*Hodie ſolus Papa Epiſcopos confirmat.* num. 56.

*Prælatura per confirmationem præficitur.* num. 57.

*Adminiſtrare ante confirmationem electus nequit.* num. 58.

*Et ante ademptionem poſſeßionis.* num. 59.

*Et ante conſecrationem exercere ea, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt.* num. 60.

*Vtrum ea delegare alio Epiſcopo poßit.* num. 61.

*Patriarcha, ſeu Archiepiſcopus conſecratus, & non palliatus, an poßit ea, quæ ordinis ſunt, alio Epiſcopo demandare.* num. 62.

*An Synodum congregare ſeu crucem ante ſe, vulgò Gion, portare poßit, ſeu Clericos degradare, aut beneficiis priuare, ante pallij ſuſceptionem.* num. 63.

*Quæ ſolemnitas requirebatur antiquitus in Clericorum degradatione, & quæ hodie.* num. 64.

*Electus confirmatus ante conſecrationem an dicatur Epiſcopus.* num. 65.

*Patriarcha ſeu Archiepiſcop. ante receptionem pallij non dicitur Patriarcha.* num. 66.

*Percutiens Archiepiſcopum, ſeu Patriarcham non palliatum, vtrum excommunicationẽ bullæ Cœnæ incurrat.* num. 67.

*Quid ſi percutiat electum confirmatum, non conſecratum.* n. 68.

*Ciuitas interficiens confirmatum, an tanta pœna mulctetur ſicuti ſi eſſet conſecratus.* num. 69.

*An confirmatus non conſecratus, neque ſacro Ordine initiatus, ad nuptias tranſire relicto Epiſcopatu poßit.* num. 70.

*Et an requiratur Papæ licentia.* num. 71.

*Promotio ad Epiſcopatum vtrum matrimonium ratum diſſoluat.* num. 72.

*Confirmatus non conſecratus, neque ſacro ordine initiatus, ratione ſtatus, vtrum teneatur ad caſtitatem.* num. 73.

*Continentia vtrum de Iure poſitiuo ſeu diuino ſit Epiſcopatui annexa.* num. 74.

*Confirmatus non conſecratus, neque in ſacro ordine conſtitutus, fornicationem committens, non videtur talem fornicationem excedere malitiam ſimplicis fornicationis, neque circumſtantiam neceſſariò fatendam habere.* n. 75.

*Beneficia electi in Epiſcopũ de Iure antiquo quid requirebatur.* n. 76.

*Hodie quando vacare dicantur.* num. 76.

*Si transfertur Epiſcopus, quando prioris Eccleſiæ reditu priuatur.* num.77.

*De ſtylo curiæ obtentum eſt, non vacare beneficia licèt aliis conferantur, donec Epiſcopatus poſſeſſionem acquirat.* num.78.

*Electus nequit renuntiare beneficia in fauorem tertij.* num.79.

*Quid circa hoc ex antiquiſsima conſuetudine ſeruetur in Hiſpania.* num.80.

*Epiſcopus titularis beneficia, quæ ante conſecrationem obtinebat, renuntiare poterit in fauorem tertij.* num.81.

*Et poterit obtinere poſt conſecrationem beneficia, quæ antea habebat.* num.82.

*Qui non recipitur à populo retinebit etiam beneficia quæ antea.* num.83.

*Papa ſolus diſpenſat cum Epiſcopo, vt poſsit priora beneficia ſimul cum Epiſcopatu retinere.* numero 84.

*Beneficia, quæ Epiſcopus diſpenſatiuè obtinebat cum Epiſcopatu, ſi vacant, eius prouiſio reſeruatur Papæ: licèt aliàs ſi Clericus particularis obtineret, eius prouiſio competeret Epiſcopo in cuius Diœceſi ſunt.* num.85.

*Epiſcopus diſpenſatus ad retinenda priora beneficia, ſi transfertur ad aliam* Eccleſiam, *vtrum vacent; anve tranſeant cum ipſo.* num.86.

Epiſcopus *Cardinalis creatus, an eius* Epiſcopatus *adminiſtratio ceſſet.* num.87.

*Epiſcopatus iuriſdictio ſi* Epiſcopus *transfertur, quando dicatur ceſſare.* num.88.

*Qui à Papa in* Epiſcopos *eliguntur, non indigent confirmatione.* num.89.

*Apud noſtrates quando dicatur propriè* Epiſcopus *translatus.* numero 90.

*Quare permittitur* Epiſcopo *obtinere reditus prioris* Eccleſiæ, *donec alterius poſſeſsionem adipiſcatur, & non adminiſtrare.* numero 91.

Epiſcopus *translatus, quoad primam* Eccleſiam, *eſt perſona priuata, & cenſetur mortuus ab iſtanti translationis* num. 92.

*Ad hoc vt translatio fiat, quid requiritur.* num.93.

Prudentes Epiſcopi *quid facere ſolent, ex quo ſciunt ſe translatos.* num.94.

DE

# DE ELECTIONE, AC ELIGENDORVM QVALITATIBVS.

## CAPVT TERTIVM.

MOs fuit antiquus lõ-
gos ſeruatus in annos,
quòd ille, qui in Epi-
ſcopali ſede conſti-
tuendus erat, à cun-
1 cto clero eligeretur. *textus in c. Epi-
ſcopus, c. nullus inuitus, 13. c. in ordina-
tione. c. obitum, c. Catinenſis, 62. diſt. c.
nulla ratio, 62. diſt. c. nullus, c. Adria-
nus, c. Valentinianus, cum multis ſequẽ-
tibus, 63. diſt. Bertach. in tract. de Epi-
ſcopis, lib. 2. de cauſa materiali Epiſco-
pi. Nauarrus conſil. 1. de electione. Ioan.
Martinez de Olano de reductionib.
Antiniomar. Iur. in epilogo partitar.
legum, num.* 1. Bouadilla multos eli-
gendi vſus refert in politica *lib. 2.
cap. 18. num. 223. Gregorius Lopez in
l. 18. tit. 5. part. 1. Petrus Gregorius
Syntagm part. 2. lib 15. cap. 12. Didacus
Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinam. Barbo-
ſa in Paſtorali tit. 1. cap. 3. num. 4. fol. 22.
Franciſcus Salgado poſt hæc ſcripta vi-
ſus de regia protectione part. 3. tom. 2.
cap. 10. num. 230.*

Neque exiſtimes Clerum iure
proprio elegiſſe Prælatos, quia eſſet
erroneum: eligebant namque ipſum
2 ex Papali diſpenſatione ſeu permiſ-
ſu. Nam Papæ tantummodò (non
populo aut Clero) iure diuino Epi-
3 ſcoporum electio competit; licèt
hæretici impiè contrarium affir-
4 ment, quos redarguunt cum Bellar-
mino & Azor. Barboſa vbi proximè
n. 35. & alij ab ipſo relati.

Poſtea verò ius præſentandi con-
ceſſum fuit noſtris Hiſpaniarum
Regibus tempore Leonis II. Agathi
primi ſucceſſor. in Hiſpania regnãte
Erugio Rege Gotho anno primo ſui
regni, & Chriſti de 679. *textus ſin-* 5
*gularis in c. cùm longè, 63. diſt. Couar-
ruuias in regula poſſeſſor. 2. part. §. 10.
num. 6. de regulis iuris, lib. 6. Concilium
Toletanum 12. Guillelmus Benedict. in
c. Rainutius de teſtament. verbo &
vxorem nomine Adelayſiam deciſ. 2.
num. 79. multos refert Cenedo ad decre-
tum collect. 51. num. 3. Menchaca illu-
ſtrium controuer. cap. 22. num. 14. cum
ſeqq. Hieronymus Roman. en ſu Repu-
blica Chriſtiana lib. 3. cap. 7. col. 7. Gre-
gorius Lopez in l. 18. tit. 5. part. 1. Spino
in ſpeculo teſtamentor. gloſſ. 4. num. 13.
Didacus Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordi-
nament. verſ. ex quo infertur, & in l. 3.
tit. 3. d. lib. 1. ordin. Barboſa in Paſtorali
part. 3 alleg. 57. num. 87. Bouadilla in
politica lib. 2. cap. 18. num. 223. Maria-
na en la hiſtoria general de Eſpagnia
lib. 6. cap. 17. Salgado vbi ſuprà.*

Sed cùm Reges noſtri aſſiduis 6
bellorum vinculis arctiſſimè aſtrin-
gerentur, introductum fuit, vt De-
canus & Capitulum Eccleſiæ Ca-
thedralis eligerent ſibi Epiſcopum,
antea à Rege venia impetrata. *l. 18.
& ibi Gregorius Lopez tit. 5. part. 1.
l. 3. tit. 3. lib. 1. ordinam. ibi coſtunbre an-
tiqua fue ſienpre y es guardada en Eſpa-
gnia que quando algun Prelado o Obiſpo
finare que los canonigos o oſtros qualeſ-
quier a quien de derecho y coſtunbre per-
tenece la electíon deben luego haçer ſa-
ber al Rey por menſagero cierto la*

*muerte del talprelado o Obiſpo que ſino*
*e ante deſto no puedan ni deben.* *Et ibi*
*Didacus Perez vbi citat Innocentium*
*in c. quod ſicut de electione.& Panorm.*
*in ca.* 1. *num.*5.*de conſuetud.Olano vbi*
*ſuprà num.*1.*Azeuedo in l.*1.*tit.*6.*lib.*1.
*ordinam.noui ac recopilat.num* 1.*Pala-*
*tius Rubeus in c.per veſtras.in introdu-*
*ctione rub.num.*25. *Garcia de beneficiis,*
5.*part.cap.*1. *n.*216. *alios refer. Salga-*
*do vbi ſupra num.*229.

Et quando Rex abſens erat, Ar-
7 chiepiſcopo Toletano vt Primati,&
etiam vt Vicecancellario Caſtellæ
tamquam Regis vicem gerenti, &
primæ perſonæ poſt ipſum talis fie-
bat nuntiatio. Mariana in hiſtoria
citata *lib.*6. *cap.* 17. *ibi la ſegunda ſue*
*dar al Arcobiſpo de Toledo authoridad*
*para criar y elegir Obiſpo en todo el*
*Reyno quando el Rey a cuio cargo por*
*antiqua coſtunbre eſto pertenecia ſe hal-*
*late mui le ios.Salgado ſupr.num.*223.

Hodie verò liberè ius præſentan-
di Epiſcopos noſtris Regibus com-
petit,cùm ſint omnium Eccleſiarum
8 Cathedralium Patroni: & etiam ex
iuſtiſſimis titulis (& ſecluſa in me-
moriali & antiquiſſima præſcriptio-
ne) ex Apoſtolica conceſſione de
nouo facta Catholicis Regibus,
Domino Ferdinando dicto el Ca-
tholico, & Dominæ Elizabeth,
quam ſe vidiſſe oculis propriis teſta-
tur Gregorius Lopez *in l.* 18. *tit.* 5.
*part.*1. *verbo antiquamente*,hiſce ver-
bis:habet etiam Rex Hiſpaniæ con-
ceſſiones & confirmationes Papales
ſuper iſto iure patronatus,quas ego
vidi.*l.*13.*tit.*3.*lib.*1. *compilat.l.*1.*tit.*6.
*lib.* 1. *recopil. & ibi Azeuedo num.* 1.
*Mariana in hiſtor. Hiſpan. lib.* 26.
*cap.*5.*tom.*2. *iſtis verbis, Vltimamente*
*el Papa Adriano los annos de adelante*
*por contemplation del Rey Don Carlos*
*ſu diſcipulo le concedio a el y a ſus ſuc-*
*ceſſores authoridad de preſentar los obiſ-*
*pos de Eſpagnia, que antes ſe proueian*
*a ſupplication de los Reyes.*Gil.Gonza-
les de Auila in ſua hiſtoria de Sala-
manca *lib.*3.*cap.*18.Nicolaus Garcia
*de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *num.* 217.
Didacus Perez *in l.*2. *tit.* 6.*lib.*1. *ordi-*
*nam.*Ioannes Lupus *in tract.de benef.*
*vacant.in curia*, §. 8. vbi multos re-
fert. Palacius Rubius, & Franciſcus
Salgado locis citatis: ille *num.* 34.
iſte *num.* 236. Bonadilla *in pol. lib.* 2.
*cap.* 17.*num.*2. *vſque ad* 4. *& cap.* 18.
*num.*215. Gonzales *in regul.*8.*cancell.*
*gloſſ.*43. *num.* 59. Emanuel Rodrigez
*tom.*4.*de ſus obras. c.* 67. *de los Obiſpos,*
*num.*26.Didacus de Spino & Olano
ſuprà. Cataneus in catalogo 5.*part.*
*conſ.*24. *num.* 99. Franciſcus Leo in
theſauro fori Eccleſiaſt.*part.*1.*cap.*3.
*num.* 1. Laudenſis de principibus
*quæſt.*74.*tom.*6.*diuer.* Guillelm.Bene-
dict.*in cap.* Rainunt.*de teſtam. verbo,*
*& vxor.deciſ.*2.*num.*79.Martha *de iu-*
*riſdict.*2.*p.c.*40.*n.* 13.

Ex quibus falſam eſſe Ioannis
Ignei *in l.neceſſarios,§.non alias. num.*
336.*ff.ad Silanianum*,doctrinam appa-
ret, ſecutam à Ioanne Ferraldo in 9
tractatu de inſignib. Regum Franc.
IX.iure, vbi probare nititur,Reges
Hiſpaniæ ius præſentandi Epiſcopos
habuiſſe ratione conceſſionis Caro-
lo Magno Gallicano Regi factæ:
nam per centum viginti annos an-
tequam Carolus Magnus in rebus
humanis eſſet, noſtris Hiſpaniæ
Regibus competebat. *Couarruuias*
*in regul.poſſeſſor.part.*2. §.10.*num.*6.*de*
*regulis iuris lib.*6. Didacus Perez *in d.*
*l.*2.*tit.*6.*lib.*1.*ordinam.* §. *ex quo infer-*
*tur.*Salgado *d.tom.*2. *part.* 3. *cap.* 10.
*n.*241.*vſque ad* 247.

Et ſic qui in Epiſcopum eligitur,
antequam ad Eccleſiam ad quam
promotus eſt,accedat, debet Regiā
Maieſtatem viſitare ac vereri, & in 10
recognitionem præſentationis gra-

tias

tias agere. *l. 3. lib. 1. tit. 3. ordinam. ibi y*
*es coſtunbre antiqua, que antes que aia*
*de aprender la poſſeſſion de la Igleſia*
*deuen venir por ſus perſonas a haçer re-*
*uerencia al Rey.* Quod prudentiſſimus
Philippus II. fidei ac Apoſtolicæ
11 ſedis ſingularis defenſor, & Hiſpa-
niæ noſtræ decus & ornamentum,
maximè obſeruare faciebat, neque
permittebat electos à curia regali
diſcedere, niſi ſua iam oſculata ma-
nu, (vt vulgariter dicitur) teſte
Ludouico Cabrera in vita eiuſdem
Regis, *lib. 11. cap. 11. col. 5. litera C, fol.*
*mihi* 892.

Præmitte inprimis quòd qui eli-
12 gendus eſt ac præſentandus, nullam
irregularitatem pati debet, tam cor-
poris quàm famæ, & Princeps ſub
peccati mortalis pœna eligere tene-
13 tur non dignum, ſed digniorem ex
*Concil. Trident. de refor. cap. 1. ſeſſ. 4.* propoſitis à conſiliariis ſuis. Soto de
iuſtitia & iure *lib. 10. quæſt. 2. art. 3.*
Rebellus de obligatione inſtit. *p. 1.*
*lib. 3. quæſt. 4.* Diuus Thom. *2. 2. quæſt.*
*63. art. 2. & quæſt. 185. art. 3. & quot.*
*lib. 6. art. 9. & quot. lib. 8. art. 6.* Ioannes
Maior *in 4. ſentent. quæſt. 8. & 9.* Lam-
bertin de iure patronatus, *verbo ho-*
*norificum, quæſt. 15.* Couarruuias *in*
*regula peccatum, 2. quæſt. §. 6. num. 4. de*
*regul. iur. lib. 6.* multos citant. Didacus
Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 3. ordinam. §. præ-*
*terea.* Barboſa in Paſtorali *tit. 2. gloſſ. 2.*
*num. 29. vſque ad 33.* cum Alexand.
Raudenſi *deciſ. 34. in pr. n. 179.*

Et ad hoc perquirere tenetur à
14 ſuo Confeſſario, & ab aliis Religio-
ſis, & piis ac eruditis viris, quis ſit
dignior. Emanuel Rodriguez *tom. 4.*
*de ſus obras, cap. 67. de los Obiſpos. n. 26.*
Nam ſi in quibuſlibet Eccleſiæ gra-
dibus prouidenter, ſcientérque cu-
randum eſt, vt in domo Domini
15 nihil ſit inordinatum, nihil præpo-
ſterum, quanto magis elaborandum
eſt, vt in electione eius, qui ſupra
omnes gradus conſtituitur, nó erre-
tur: nam totius familiæ Domini
ſtatus & ordo nutauit, ſi quod re-
quiritur in corpore, non inuenia-
tur in capite *c. miramur, 61. diſt. Con-*
*cilium Trident. ſeſſ. 24. de refor. cap. 1.*
Didacus Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin.*
Hugolinus *de offic. & poteſt. Epiſcop.*
*part. 1. c. 1. §. 1. num. 1. & 8.*

Illegitimus licèt Religioſus ſit in 16
Epiſcopum non eligitur. *c. innotuit. c.*
*cum Vintonienſis, & ibi Abbas de elect.*
*l. 22. tit. 5. part. 1. l. 4. tit. 15. part. 4. & ibi*
Greg. Lopez. Bertach. *de Epiſcop. l. 2.*
*de cauſa materiali Epiſcopi num. 81.*
Vgolinus *vbi prox. num. 5.* Franciſcus
Leo *in theſaur. part. 1. cap. 3. num. 8.*
Iacobus à Graſſis *in deciſ. lib. 3. cap. 2.*
*num. 12. facit etiam textus in cap. 1. de*
*filiis Presbyteror.*

Quod accipiendum eſt, niſi Papa 17
diſpenſauerit, qui ferè numquam
ad Cardinalatum hominem ex ille-
gitimo coïtu natum promoueri
vult, quamuis ſit legitimatus per
matrimonium ſubſequẽs. Franciſcus
Leo *in theſ. part. 3. cap. 9. num. 13. &*
14. vbi ponit ſpecialem conſtitutio-
nem Sixti V. hoc continentem, ex-
peditam anno Domini de 1586.

Sed licèt in Dominis Cardinali- 18
bus hoc procedat, cum Epiſcopis
aliter res ſe habet, nam legitimatus
per ſubſequens matrimonium ſine
Papali diſpenſatione confirmatur.
*Gloſſ. in c. innotuit.* 26. & ibi Panorm.
*num. 17. de elect. & in c. cum in cunctis,*
*num. 3. eodem titul.* Iaſon *in l. generali-*
*ter, §. cum autem, c. de inſt. & ſubſt. n. 8.*
Suarez *de cenſuris diſput. 50. ſect. 5.*
*num. 10.* Menoch. *conſ. 799. num. 12.*
Couarruuias *de ſponſ. part. 2. cap. 8.*
*§. 2. num. 24.* Baptiſt. Ledierems *conſ.*
*24. num. 19. incipit ſi rectè diligenter.*
Petrus à Biaxio *in director. elect. cap. 1.*
*num. 6. part. 2.* Franciſcus Leo *in theſ.*
*part. 1. cap. 9. num. 14.* Iacobus à Graſ-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſis & Vgolin. *vbi ſuprà.* Emanuel Rodrigez *tom.4. de ſus obras cap. 67. num.6.*Barboſa *in paſtoral part. 2. all. 1.num.32.*

19 Legitimatus ad vnam dignitatem, non cenſetur ad Epiſcopalem. *c.nulla, c.dilectum, de conceſſ.prabend. l.4.tit.15 part. 4. & ibi Lupus.Rebuff. in prax.benef.lib.2.de diſpenſatione ætatis, verbo poſt Pontificales, num. 4. Paulus Montanus de tutore, cap. 26. num.33.Barboſa vbi ſuprà n.17.*

20 Sicuti legitimatus ad Epiſcopalem, non eſt ad Archiepiſcopalem. Rebuffus,Lupus,Paulus Montanus.

21 Neque cenſetur legitimatus ad Epiſcopalem,qui eſt à Principe non recognoſcente Superiorẽ legitimatus.*c.per venerabilem qui filij ſint legitimi, & ibi ſcribentes cap. 1. 10. diſt. cum gloſſ.l.4.tit. 15. part.4. ibi Lupus, Emanuel Sa, verbo filius, num. 11. Sanchez de matrimonio lib. 8. diſp. 7. num.11.*

22 Et licèt in cæteris dignitatibus legitimum annum attingere ſufficiat, in Epiſcopali preciſè requiritur quòd trigeſimum annum habeat perfectum, non inchoatum,qui eligitur. *c. cum in cunctis, §. inferiora de electione. Cum gloſſ. & Abbate num.6. gloſſ.in c. licèt eodem titulo, lib. 6. authorit.de ſanctiſſimis Epiſcopis collat.9. §.clericos, l.22.tit.5 part.1. Abbas in c. cum dilecti, num.9.de electione.Felinus in c. cum vigeſimum,num.8. de offic.& part.iudicis dele. Bertach. in tract. de Epiſcop.lib. 2. de cauſa material. Epiſcopi, num.54. Mantica de coniecturis vltimar.voluntat.lib.3. tit. 15. num. 3. Rebuffus in prax.benefic.in rubr. requiſita ad collationem bonam, num. 37. Menoch.de arbitrar.lib.2.centur.5.caſu 427.num. 24. Emanuel Sa verbo Epiſcop.num.6. Armilla verbo diſpenſatio, num.21.Franciſcus Leo in theſ.& Vgolinus ſuprà. Petrus Gregor. ſyntagmat, lib.17.cap.6.num.13.part.2.* Rixius *in praxi deciſ.318.in additione ad notabilia de ſacram Ordinis. Ioannes Gutierrez canonicar.lib.1.cap.26.num.39.*

Et debet eſſe ſingulari ſcientia 23
præditus,& Licentiatus ſeu Doctor in Theologia, aut iure canonico, aut approbatus publico alicuius Academiæ teſtimonio *c. cum in cunctis de elect. auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. l.24.tit.5.part.1.Concil. Trident. de reformat.ſeſſ.24.cap.2. Bertachin, Franciſcus Leo & Vgolin. ſuprà, Sà verbo Epiſcopus,num.7. Menochius de arbitrar.lib.2.centur. 5. caſu 425. num. 35. Candelabr. aur. de ſacrament. Ordinis tit.15.§.de ætate,num.30.*

At verò ſi Religioſus eſt electus, 24
admittitur cum ſchedula approbationis ſui Superioris: neque aliud requiritur.*Concil. Trid.d.c.2. de reformat.ſeſſ.22.*

Sed ex noua conſtitutione Clementis VIII. 24
cautum eſt,electos in Epiſcopos Italiæ coram Romano Pótifice & ſacro Cardinalium cœtu aliorúmque Prælatorum. In Hiſpania verò & Gallia coram Romani Pontificis Legatis ibi exiſtentibus, & deficientibus Legatis coram ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Nuntiis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, de ſpeciali Papæ mandato ibi aſſiſtentibus aliis Prælatis, vt negocij grauitas poſcit, ſe examini ſubjaceant, qui approbati, & non alias ad Eccleſiæ regimen admittantur. *Concilium Trident. de reform.ſeſſ. 24. cap. 1. Vgol. part.1. cap.1.§.2.num.2. Franciſc.Leo in theſ. part.1.cap.3.num.11.* vbi ponit quomodo proceſſus promouendorum ad Epiſcopatus ſubſcribatur, & qualiter ſchedula conſiſtorialis expediatur. *Barboſa in paſtoral. part. 2. alleg.1.num.25.*

Et quamuis in Italia coram Romano

mano

mano Pontifice ſeu Cardinalibus hoc examen rigidè & ſtrictè fiat, in Hiſpania verò minimè: quia non eſt admiſſum, neque receptum Clementis VIII. decretum, & ſic de conſuetudine non ſeruatur, neque examinatur qui præſentandus eſt. Nam cùm ſemper à conſiliariis illi proponantur ad Epiſcopatus, qui doctrina & ſapientia potentes ſunt, ac vita & moribus inſignes: nihil aliud viſum eſt eſſe neceſſarium.

25 Et longa verborum ſerie omiſſa, illam reſoluo quæſtionem à multis tactam: Vtrum Theologus Iuriſconſulto debeat præferri in electione ad Epiſcopatum? Et reſpondendum eſt, quòd Theologus præfertur vbi pullulant hæreſes, ſeu prædicatio eſt neceſſaria: ſed ſi non pullulant, ſed tantùm cauſæ ciuiles & criminales, tunc Iuriſconſultus anteponitur. Panorm. *in cap. 1. de conſ. & affinitate. num. 9.* Azor *inſt. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 10.* Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap. 13. §. 2. in comm. lit. E.* Cenedo *in collect. ad decretal. collect. 51. num. 5.* Didacus Velaſquez *in defenſione ſtatuti Toletani titulo de Epiſcopis Iuriſperitis, num. 1. vſque ad 12.* Felinus *in c. cauſam de iudiciis n. 40.* Azeuedo *in l. 4. tit. 1. lib. 1. recopil. num. 4.* Simancas *de cathol. inſtitut. cap. 25. de Epiſcop. n. 23. cum ſequenti.* Selua *de beneficiis part. 3. quæſt. 7. n. 20.* Bouadilla *in politica lib. 1. cap. 7. n. 14.* Barboſa *ſuprà num. 30.*

26 Epiſcopatus prius ei debet conferri qui magis laborauit in Eccleſia, non illi, qui reditibus Eccleſiaſticis abundat. *c. Epiſcopus, 17. diſt. c. Epiſcoporum, 74. diſtinct. c. final. 75. diſtinct. cap. 1. de maior. & obedient.* & ibi Panormitan. Bertachin. *de Epiſcop. 1. part. libri quarti, de vita Epiſcopi, num. 15.*

Exteris in hoc regno Caſtellæ, & Legionis, portæ dignitatum Epiſcopalium, ſeu canonicatus non patent. *l. 18. 19. & 20. tit. 3. lib. 1. ordinam.* & ibi Didacus Perez, vbi dicit, quòd diſpoſitio harum legum etiam ad regnicolas regni Aragon & Nauarræ extenditur: vt habetur in curiis de Segouia, *anno de 1532. petitione 42.* & ſe vidiſſe in praxi in canonicatu Zamorenſi. *l. 17.* Pinciæ *anno 1537. & l. 41.* Pinciæ *anno 1543.* Couarruuias *practicar. quæſt. cap. 35. num. 4. & 5. fol. 254.* 27

Quid ad Epiſcopalem ſedem eſt euocandus debet eſſe in ſacro ordine conſtitutus, & hoc antea per ſex menſium ſpacium. *c. multis, 9. de ætate & qualitate.* Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ. 22. cap. 2. & de reform. ſeſſ. 24. cap. 1.* Panormitan. *in c. cum in cunctis. §. inferiora. num. 11. de electione.* Card. Toletus *de inſtruct. de Sacerd. lib. 5. cap. 3.* Franciſcus Leo *in theſaur. cap. 5. part. 1. num. 9.* Vgol. *de offic. & poteſt. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 1.* 28

Regularis factus Epiſcopus electionem de ſe factam approbare nequit, ſeu acceptare, cum velle ſeu nolle non habeat, niſi de ſui Prælati licentia, quam Prælatus concedere valet ſine Religioſorum conſenſu. *c. ſi religioſus. Gloſſ. in c. nullus c. ſi Abbatem, de elect. lib. 6.* Cardinalis in Clement. *in pleriſque. §. nullus, de electione.* Bertach. *vbi ſuprà num. 67.* Franciſcus de Ouando *in 3. ſentent. lib. 3. diſtinct. 37. propoſ. 12.* Emanuel Rodriguez *tom. 2. quæſt. regular. quæſt. 58. art. 1. fol. 288.* Ioannes de la Cruz Ordinis Prædicatorum *in directorio lib. 1. cap. 7. dub. 7.* 29

Superior qui iſtam licentiam concedere poteſt, erit Generalis, ſeu Prouincialis, ſi ſuperiorem in Religione non recognoſcit, vel alius ſuper hoc priuilegiatus. Rodriguez 30



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tom.* 4. *de ſus obras cap.*68.*de Obiſpos. num.*2.

31 Religioſi verò è ſanctiſſima Societate Ieſu ex particulari voto nequeunt Epiſcopatum acceptare, ſeu procurare,niſi Reuerendiſſimi Præ-
32 poſiti Generalis interuenerit licentia; & ipſe poterit etiam inuitos compellere ad Epiſcopatum acceptandum.Rodriguez ſuprà.

33 Regularis epiſcopari deſiderando non peccat, ſi rectum finem habeat, vt ſubditis prodeat, & Deo magis ſeruiat. Syluester. *in ſumm. verbo Epiſcop. num.* 4. Lambertinus *de iurepatronatus,lib.*2 *part.*1.*quæſt.*19. *art.* 7. *num.* 12. Latè Soto *de iuſtitia lib.*10. *quæſt.* 2. *art.* 1. Emanuel Rodriguez *in compendio verbo Epiſcop. & in tom.*2. *quæſtion. Regul. quæſt.* 58. *art.*2.Barboſa *in paſtoral.gloſſ.*1. *tit.*2. *num.*9.

*Latè Antonius Fernãdez in examine Theologiæ p.*4. *c.*7. §. 1. *num.*4.

34 Nam cum ordo Epiſcopalis perfectior ſit Monachatu,*c.licet,de regularibus,*& ibi Panorm.*num.* 8. Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. Toletus *in ſumm.lib.*5.*cap.* 3. Sanchez *in ſumm. lib.*4.*cap.*17.*num.*2. *& cap.*31. *num.*8. Paulus Borgaſius *de irregularitate, part.*6. *titul.de ſponſalibus,num.* 63. *&* 64. Rodriguez ſuprà, & Syluester, poterit licitè talem ſtatum deſiderare tamquam perfectiorem,in quo magis prodeſſe & mereri poterit. *c.ſi officia,* 49. *diſtinct.c. qui Epiſcopatum,* 18.*quæſt.*1.

35 Sed licèt hoc verum ſit, ſecurius erit ſi Regularis dignitates & Prælatias nullo modo appetat,ſeu procuret, faciat obſecro quod ſanctiſſimi Patres etiam diuino mandato vocati (vt Diuus Gregorius docet in paſtorali *part.*1. *cap.*7.)ita inuincibiliter & fortiter recuſabant,quàm diligenter hodie alij procurant: dicant ergo (etiam quando præſentantur illis inſciis) quod ille de quo per Eſaiam capite 3. *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, nolite conſtituere me Principem populi:* quaſi diceret; illum qui doctrinam & ſingularem ſcientiam non habet ad veſtras infirmitates curandas, & deprauatos mores ſanandos, nec ſufficientem ſapientiam ad conſeruandos vos in pace, & ſalute animæ, neque mihi ornamenta virtutum, quibus ſicuti veſtimento regali cooperiar: quare vultis conſtituere Principem veſtrum *Si quis autem* (inquit Beatus Paulus prima ad Timoth.3.)*domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit.*Neque ſolatium ſumant dicentes, viros probos ac diligentes eligam, & conſtituam eos vicarios & viſitatores, & ſic requieſcam à labore & cura. O bone Ieſu,quot ſunt qui hoc conſilio ſumpto à ſubditorum cura ſe exemptos putant: non audiunt illud quod dictum eſt Sauli Regi quando vnctus, tunc enim dixit Samuël: *Sede & comede,quia de induſtria ſeruatum eſt tibi.* Et quod ſeruabatur de induſtria, erat enim arietis armum, ad demonſtrandum (vt declarat ſãctus Anſelmus) quòd qui in Regem & Principem eligebatur, terga ponere debebat ad ſuſtinendum gubernationis onus non leue.Perlege verba Diui Bernardi in Sermon.de Aduentu, & videbis an ſufficiat principatum quod tibi traditur, tuæ perſonæ electa induſtria cõmittere Vicario aut Viſitatori,vt ſit ſuper humerum eius. Antonius de Aluarado omnino videndus *en ſu*
*arte de bien viuir,lib.*2.*cap.* 19. & Di- 36
uus Bonauentura *in regul. fratrum Minorum.part.*2.*cap.*2.*in part.*1.*capitul.*malè ſentit de religioſis appetentibus Epiſcopatum.Emanuel Rodriguez vbi ſuprà.

Qui verò indignus & inſufficiens 37
exiſtens

exiſtens Epiſcopatum appetit appetitu deliberato, peccat mortaliter, & etiam ille, qui ob reditus temporales aut honores, vt finem: nam ad deſiderandum Epiſcopatum à reditibus ſeu honore moueri non eſt mortale, dum non ſit vt finem. Toletus *lib. 5. cap. 3.* Sylueſter *verbo Epiſcop. num. 4.* Soto *de iuſtit. lib.* 10. *quæſt.* 2. *art.* 1. Lambertinus *de iure patrona. lib. 2 part. 1. quæſt. 19. art. 7. num. 12.*

38 Quidquid Regularis antequam ad Epiſcopatum promouetur acquiſiuit, vt habitus, libros, & alia, ad monaſterium pertinet ſub excommun. pœna ex Alexandri IV. & Clementis IV. conſtitutione. niſi Superior diſpenſet quòd eis vtatur vſque ad certum tempus. Emanuel Rodriguez *tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 58. art. 3 & 6. & tom. 3. quæſt. 69. art 4. & tom. 4. de ſus obras c. 63. num. 3. & in compendio, verbo Epiſcopus.* Molina *de iuſtitia & iur. tom. 1. quæſt: 141. in fin.* Ioann. de la Cruz *in director. lib. 1. cap. 7. dub. 7.* Barboſa *in paſtorali, cap. 4. tit. 1. num. 15.*

Sed de conſuetudine receptum eſt, quod per tempus vitæ Epiſcopi libris, ac etiam aliis rebus antea acquiſitis, vtantur de licentia Generalis ſui religionis, qui ferè ſemper eam concedit, & poſtea mortuo Epiſcopo ad religionem redeunt, facto computo ex inuentario tempore promotionis facto, & à promoto ſubſcripto.

39 Regularis factus Epiſcopus Religionis priuilegiis priuatur. Rodriguez *tom. 2. quæſt. 58 art. 4.*

40 Generalis Prouincialis ſeu alius Prælatus inferior ſi ad Epiſcopatum præſentatur & acceptat, ſtatim vacat prælatura, & eſt in practica. Rodriguez *cap. 67. tom. 4. de ſus obras. num. 33.*

Si Epiſcopus Regularis iam conſecratus Epiſcopatu dimiſſo ad religionem redeat, inhabilis erit ad officia religionis. Ioann. de la Cruz *in direct. lib. 1. cap. 4.* Barboſa *in paſtor. tit. 1. cap. 4. num. 18. & 45.* 41

Epiſcopus titularis ad Eccleſias Cathedrales promoueri poteſt, vt multoties fit, & retinebit ſimul titulum prioris Eccleſiæ & ſecundæ. Valencuela *conſ. 26. incipit cauſa quæ vertitur. num. 32.* 42

Papa iſtos Epiſcopos titulares ſine diœceſi creare poteſt, dummodò aſſignetur in terris infidelium. Berta *in repertor. verbo Epiſcop. liter. E*, Valencuela *ſuprà.* Aluarez Gerrero *in ſpeculo iur. Pontificij cap. 32. fol. mihi 77. alios citat.* Barboſa *tit. 1 cap. 6. n. 15.* 43

Iſti enim Epiſcopi titulares præcipuè creari cœperunt à Clemente V. ad Eccleſias Epiſcopales, quas Cardinales ſecum aſſiſtentes regendas habebant. Hieronymus Roman, *en ſu republica Chriſtian. lib. 3. cap. 1. col. 7.* 44

Caue à Petro Soto in lectionibus 45
de inſtitutione Sacerdotum *lect.* 2.
de ſingulorum ordinum officiis §.
illud etiam dicente, ſucceſſiſſe Epi-
ſcopos titulares loco Chorepiſco-
porum: nã falſum eſſe cõuincitur ex
eo, quòd Chorepiſcopos ex Eccle- 46
ſiæ inſtitutione conſtat, nihil aliud
fuiſſe quàm Presbyteros, quibus res
temporales credebantur, & cura
pauperum & eleemoſynarum, & alia
miniſteria, veluti ordines minores
conferre, (inter quos tunc ſubdia-
conatus connumerabatur. *c. erube-
ſcant, 32. diſtinct. c. miramur, de ſeruis
non ordinandis*) & tandem eorum
contumacia creſcente, gerebant ſe
pro Epiſcopis ſuóque officio non
contenti audebant maiores ordines
conferre, & Epiſcopos conſecrare,
& ideò à Pontifice Damaſo in Ma- 47



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tritano oppido nato ad totius Eccleſiæ vtilitatem, meritò eorum officium damnatum eſt. *c. Chorepiſcopi,* 68. *diſtinct.* Illeſcas *in hiſtor. Pontif. lib.* 2. *cap.* 6. in vita Damaſci primi, ibi: *hubo en la primitiua Iglesia vna manera de Sacerdotes, que ſiruian en las aldeas como acompagnados de los Obiſpos, y por eſto ſellamauan Chorepiſcopos, porque Chore engriego quiere decir aldea y en aquella façon parecio coſa neceſſaria que los hubieſſe, porquez vno de los principales cuidados de los Obiſpos era proueer à los poures, de lo neceſſario y repartir entre ellos los biennes de la Iglesia, remediando los enfermos y neceſſidos, y era meneſter qui en los aiudate: porque vno ſolo nobaſſaua eſtos Chorepiſcopos, aunque de ſuio noteniam mas orden ni dignidad que los otros Sacerdotes commençaron à en ſoberuscerte*, Et ibi: *y por publico decreto y determinacion de la Iglesia ſemando que no hubieſſe mas eſtos Chorepiſcopos, à tento que Chriſto Nueſtro Segnor ſolamente tubo Apoſtoles que ſon los Obiſpos, y dicipulos, que repreſentan los Sacerdotes.* Villegas in vita Diui Damaſci, *fol. mihi* 405. Barboſa *in Paſtoral. cap.* 6. *num.* 22. *tit.* 1.

*Ioannes Morenus Bletenſis de Patriarcharum & Primatum origine, exercitatione 11. in fine.*

Sed ſi Epiſcopos titulares loco Chorepiſcoporum ſucceſſiſſe cum Petro Soto diceremus, ſequebatur fatendum illos non eſſe Epiſcopos, & inutiliter, & contra Eccleſiæ ſtatuta ordinem Epiſcopalem exercere, neque illorum exercitium cum iſtorum conuenit: Ergo falſum eſt dicere quòd loco eorum ſucceſſerunt; quia illi inſtituti fuerunt vt in diſtributione eleemoſynæ & aliis miniſteriis inferioribus Epiſcopos adiuuarent, & ideò non conſtituebantur niſi in villis, neque diſſimili habitu vtebantur quàm alij Sacerdotes, neque aliquam conſecrationem recipiebant ſeu ordinem præter Sacerdotalem. Epiſcopi verò titulares non conſtituuntur in villis, neque alia de cauſa niſi vt Epiſcopos impeditos ſeu abſentes adiuuent, tam in Ordinum collatione, quàm in Sacramentorum adminiſtratione, ac in omnibus ad ius Epiſcopale attinentibus: & ad hoc conſecrantur ſicuti cæteri Epiſcopi, & eodem veſtimento ac ornatu vtuntur; tractantur etiam eâdem veneratione & cultu, & ſic valdè ab illis differunt: ſunt veri Epiſcopi, & hodie non ſine magna cauſa & ratione creantur, vt alios, qui vel morbo, vel negotiis, vel ætate confecti ſunt adiuuent, & Eccleſiis ab infidelibus recuperatis Epiſcopi 48
ſint. Quos ſi inſpiraret Deus, vt Eccleſias quarum Epiſcopi appellantur adirent, Euangelium prædicaturi, id ex officio (vt inquit Gryſaldus *in deciſ. fidei Cath. verbo Epiſcopus, obiectio.* 10.) ardenti animo ac ſancto zelo facerent, tamquam veri Apoſtolorum ſucceſſores, & imitatores egregij.

Abſit enim inſipientia aliquorum iſtos Epiſcopos contemnentium, illis verò quibus res familiaris ſatis eſt & ampla, tribuentium honores. 49
Ancharranus *in Clement. in plerisque de electione, num.* 5. exiſtimant namque diuitiarum potentiam, ingentes reditus, magnam nummorum poſſeſſionem, & rerum familiarium copiam, Epiſcopum honorabiliorem efficere. Non faciunt (inquit Seneca) meliorem equum aurea frena, neque hominem præſtantiorem fortunæ ornamenta. Empturus equum phaleras & cætera ornamenta tollit, nudúmque conſiderat: idem enim facere debet qui Epiſcopi præſtantiam diiudicare cupit; non ergo potentes & opulenti Epiſcopi vobis honore digni videantur,

titulares

titulares autem contemptibiles.
50 Audite Diu. Bernard. *de conſid. Epiſt.* 28. illis verbis: Honorabilis, inquit, non cultu veſtium, non faſtu equorum, non amplis ædificiis, ſed moribus ornatis ſtudiis, & ſpiritualibus ac bonis operibus. Et B. Hieronym. ad Euagrium Epiſcop. *Epiſtola* 85. *tom.* 2. *c. legimus*, 93. *diſt.* ibi: Vbicumque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Euſebij, ſiue Conſtantinopolis, ſiue Reghi, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis, eiuſdem meriti, eiuſdem eſt & ſacerdotij: potentia diuitiarum & paupertatis ſublimiorem vel inferiorem Epiſcopum non facit, cæterùm omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Itaque non in Epiſcoporum mundanis diuitiis & reditibus, ſed in magnitate dignitatis ad eos honorandos conſpicere debemus. Valencuela *conſ.* 82. *incipit in fauorem Præſidum, num.* 81.

51 Non poteſt quis votum emittere de non acceptando Epiſcopatum etiam de mandato Papæ, quia irritatur: valebit tamen de non procurando. Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras. cap.* 67. *de Obiſpos, num.* 9. & poſt longam diſputationem Barboſa *in paſtoral. part.* 3. *alleg* 53. *num.* 33.

Ratio eſt, quia votum nihil operatur, quia eo non obſtante tenetur obedire Pontifici, & poterit ab eo compelli. Abb. *in c. fin. de poſtulat. Prælator. & in c. innotuit. de elect. num.* 13. *& in c. vltim. de confirmat. vtili vel inutil. num.* 12. Bouadilla *in Politica, lib.* 1. *c.* 15. *n.* 42.

52 Electio ſeu præſẽtatio per Papam aut Regem facta, qui antequam literas conceſſiſſet ſpirauit, valet, & per ſucceſſorem in Pontificatu expediri debent literæ de prædeceſſoris voluntate mentionem facientes, & debet denominari prouiſio à prædeceſſore, non à ſucceſſore. Baldus *in l. humilem, c. de legibus.* Bertachin de Epiſcopis, libro de cauſa materiali ſeu formali Epiſcopi, *num.* 53. Antonius Gomez *in leg.* 41. *tauri. num.* 2.

Infra menſem debet electus electionem de ſe factam approbare, hoc eſt, acceptare, & intra tres menſes confirmationem petere, ne vitietur ipſo iure eius electio. *c. quam ſit.* & ibi Geminian. *de elect. lib.* 6. *c. cupientes, eodem titul. & lib.* Cardin. Tuſchus. *lit. E, verb. Epiſcop concl.* 91. *num.* 1. Sylueſter *verbo confirmatio, num.* 5. Nicolaus de Millis *in repertor. verbo Epiſcopus.* Iacob. à Graff. *in deciſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 35. Barboſa *in paſtoral. c.* 4. *tit.* 1. *n.* 1. 53

Quæ confirmatio licèt olim in partibus Hiſpaniæ per Archiepiſcopum Toletanum fiebat, *c. cum longè,* 63. *diſt.* Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum aut. cap.* 7. §. 6 *fol.* 77. Mariana *en la hiſtoria general de Eſpagna lib.* 6. *c.* 17. hiſce verbis, *La ſegunda coſa fue der al Arcobiſpo de Toledo authoridad para criar y elegir obiſpos en todo el Reino, quando el Rey a cuio cargo, por antiqua coſtumbre eſto pertenecia ſe hallate mui leios y que quando eſtubieſſe preſente ſin enbargo confirmaſſe, loſque por el Rey fueſſen nonbrados, que fue vna prerogatiua, y priuilegio de gran inportancia, y como abrir las canjas y hechar los cimientos de la primacia, que eſta Igleſia tiene ſobre las demas Igleſias de* 55 *Eſpagna.* Quæ, vt pateat antiquiſſima huius Eccleſiæ primatia, libenter tranſcripſi. 54 *Ioannes Morenus de Patriarcharum origine, exercitat.* 32. *fol.* 276.

Hodie per ſolum Papam *c. nihil,* 44. *de elect* Panormit. *in c. & ſi vnanimiter de poſtulatione prælat. num.* 10. *& in ca.* 1. *de tranſlat. Epiſcop.* Franciſc. Leo *in theſ. part.* 1. *ca.* 3. *num.* 5. Per quam confirmationem prælatura perficitur, *c. tranſmiſſam de electione.* Tuſchus *liter. E, concl.* 237. *num.* 3. 56



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bertach.*part*.4.*de effectu confirm.n*.21. Franciſcus Leo *vbi ſuprà n*.21.

58 Et donec eam habeat adminiſtrare nequit, *c. cum in cunctis* §.*cum verò.c.noſti.c. qualiter. c. nihil, de elect.c. cum iam dudum,de præbendis.*Panorm. *in c.cum dilectus de conſuetud.num.*17. *& in c.qualiter,de elect.num.*2.Armill. *verbo confirmatio, num.*1.Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *centuria*, 5. *caſu* 403. *num.* 2. aliàs *caſu* 43. Didacus Perez *in l.*2.*tit.*2.*lib.*1.*ordin.*

59 Sed confirmatione obtenta, & Epiſcopatus poſſeſſione,vt dicit Rodriguez *tom.*4.*cap.*67.*num* 35. adminiſtrare poterit, & exercere quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinem ſeu conſecrationem requirunt Epiſcopalem. *c. noſti, c. tranſmiſſam, de elect.* Panorm. *in c.* 1. *de tranſlat. Epiſcop.num.*9. Felinus *in c. meminimus de accuſationibus,num.*1.Tuſchus *liter.E, concluſ.*133. *num.*9.Geminianus *in c. is cui, num.* 4. *de elect. lib.*6. *Cardinal. in clement. quamuis de foro competenti, num.* 15. Petrus Abiaxio *in director. elect.cap.*12.*num.*4.*part.*1. *& ca.* 12. *num.* 23. Marius *de cenſuris tom.*1. *lib.*5.*diſput.*12. *cap.* 3. Sylueſter *verbo Epiſcop. num.* 9. Vgolinus *de offic.part.*1.*cap.* 1. § 3. *num.* 2. Leo *in theſ.part.* 2. *cap.*1. *num.*3. Sanchez *de matrimon.lib.*4.*cap.*38.*num.*7.Sa *verbo Epiſcop.num.*37.

60 Et licet confirmatus non conſecratus,quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, vt conſecrare calices, aras, & ſimilia, ac ordinationes facere mini-
61 mè poſſit, alio Epiſcopo demandare licebit. *c. final. de conſecrat. Eccleſ. vel altar.* Gloſſ. *in Clement.* 1. *de priuil.*Abb. *in c. ſuffraganeis, num.* 2. *de electione : & in c.* 1. *de tranſlat. Epiſcopi, num.*9. Millis *in repertor. verbo Epiſcop.*Camillius de Caratha *conſil.* 87.*num.*69.Vgolinus& Sa *ſuprà.*

62 Idem facere poterit Patriarcha ſeu Archiepiſcopus electus, confirmatus, conſecratus, & non palliatus, quia ante pallij ſuſceptionem impeditur exercere quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, & ſic alteri Epiſcopo demandare permittitur. *c.quod ſicut*, §.*ſuper eo.* & ibi Gloſſ. & Abb.*num.* 4. *de elect. & in c.* 1. *de translat. Epiſcop. num.*9 Petrus Greg. *ſyntagmat. iuris part.* 2.*lib.* 15. *cap.*11. *num.*6 Sanchez *in ſumm. lib.*4.*cap.*38. *num.*9.Perez *in l.*2.*tit.*6. *lib.*1. *ordinament.* Marius *de conſ. tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.*12. *cap.* 3. Rodeanus *de Simonia tom.*2.*c.*17.*n.*8.*p.*1.

Neque ante pallij ſuſceptionem Synodum congregare, aut Crucem vulgo *Gion* ante ſe facere portare poterit : tenent ſuprà citati. *C. quod ſicut*, §. *ſuper eo, de elect.* Additionator Abbatis *in can.* 1. *de translat. Epiſcop.* 63

Neque Clericos degradare, licèt beneficiis priuare queat. *c. tranſmiſſam, de elect.*& ibi Abb. *num.*4. *& in c.* 1. *de translat. Epiſcopi num.*9. Bertachi.*de Epiſcopis in* 4. *part. de effectu confirmat. num.*24.Nicolaus de Millis *in repertor. verbo Vicarius Epiſcopi.* Sarmiento *ſelectarum lib.* 1. *cap.* 14. *num.*9.Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras cap.*67 .*num.*18. Barboſa *in paſtor.p.*3. *alleg.*110.*num.*24. 63

Et licèt de iure antiquo ad Clericorum degradationem multi requirebantur Epiſcopi, hodie verò de conſuetudine fit conuocatis Prælatis, & ſex Abbatibus, ius mytræ & baculi habentibus, ſi inueniri in diœceſi poterint, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis; vt latè Sarmiento vbi ſuprà Sayrus *de cenſuris lib.*5.*cap.* 20. *num.* 18.Suarez *eodem tract.diſp.*30. *ſect.* 1. *num.*19.Valerius Reginaldus *in prax. for.pœnit. lib.*32 *tract.*2.*num.*52. Franciſcus Leo *in theſauro part.* 1. *cap.* 4. *num.*47. 64

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.* 47. *cum ſequent.* & Barboſa vbi ſuprà.

65 Electus confirmatus donec conſecretur non dicitur Epiſcopus. *c. nulla ratio*, 62. *diſtinct. c. inter corporalia, de translatione Epiſcopi.* & ibi Abbas *num. 7. & in c. quanto, de offic. ordinar. num. 4. c. niſi ſpecialis, de auth. & vſu pallij.* & ibi Panormit. *num. 7. & in c. tunc literis, de teſtibus num. 2. & in c. 1. de translat. Epiſcop. num. 4. & in c. eam, tr. de reſcriptis, num.* 2. & ibi Felinus *num.* 2. idem Felinus *in c. inter monaſterium, de ſententia & re iudicat. num. 1. & in c. meminimus, de accuſationibus*, & ibi Abbas *num.* 1. Ioannes Andreas *in c. de multa, de prabendis, num* 18. Geminianus *in c. 1. §. officialis, num. 2. de offic ordinarij lib.* 6. Cardinal. in Clement. *dignum de celebratione Miſſarum.* Geminianus *in proœmio Clement. num.* 11. Tuſchus *litera E, concluſ. 233. num. 1. & litera A, concluſ.* 8. Cardin. Toletus *de inſtit. Sacerdot. lib. 1. cap. 25. num.* 6. Ioannes Cephalus *tom. 1. conſil. 2. n. 2. num. 18. lib.* 1. Marius Alter *de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap.* 3. Graffis *in deciſ. lib. 3. cap. 2. num.* 35. Millis *verb. Epiſcopus.* Selua *de benefic. part. 1. q. 2. num.* 31. Petrus à Biaxio *in director. cap. 44. num. 1. part.* 3. Petrus Gregor. *ſyntagmat. part. 2. lib. 15. cap. 12. n. 16. & 13. & 14.* Lancellotus *in templo lib. 2. cap. 5. num.* 6. Perez *in l. 2. tit. 6. lib. 1. ord. col.* 14. Diaz *de luco regular.* & Falent. *regula* 234. Camillus de Carath. *conſil. 87. num.* 69. Emanuel Rodriguez *tom. 1. quaſt. regul. quaſt. 18. art. 2. & quaſt. 8. art. 2. col. 1. & tom. 4. cap. 67. num.* 31. Vgolinus *de offic. p. 1. cap. 1. §. 3. num.* 2.

66 Patriarcha, ſeu Archiepiſcopus conſecratus & confirmatus antequam pallium accipiat non dicitur Patriarcha. *c. niſi ſpecialis*, & ibi Abb. *de auth. & vſu pallij num. 7. & in c. 1. de translat. Epiſcop. num.* 9. Liber Pontificalis *de conſecrat. electi in Epiſcopum in fine.* Sanchez *de matrimonio lib. 4. cap. 38. lim.* 4. Marius vbi ſuprà.

67 Et ibi dicit quòd eum offendentes excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt, licet pallium non habeat.

68 Si verò conſecratus non eſt, licèt poſſeſſionem adeptus ſit, eum percutientes neque incurrunt excommunicationem bullæ Cœnæ, neque eadem pœna plectuntur qua ſi interfeciſſent Epiſcopum. Toletus, Marius, Rodriguez, Didacus, Perez, Cephalus, & Petrus Abiaxio ſuprà, Caietanus *verbo excommunicat.* Armill. *verb. excomm. excomm.* 3. Candelabrum Aur. *in explanat. bullæ Cœnæ, caſu 11. num.* 86. Nauarr. *in manuali cap. 27. num.* 67. Barboſa *in paſtor. tit. 1. cap. 4. num.* 10. Baldus *in l. ſi nondum c. de furtis.* Felinus *in c. meminimus, de accuſat. & in c. eam, tr. de reſcriptis.*

69 Ciuitas interficiens electum non conſecratum, non incidit in pœnam interficientis Epiſcopum. Baldus ſuprà, Additionator Abbatis *in c. 1. de translat. Epiſcop.*

70 Electus confirmatus, neque conſecratus, neque Ordine initiatus, ſi vult reſilere & ad nuptias tranſire poterit. Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſp. 28. num.* 13.

71 Sed ibi non dicit an cum licentia Papæ, vel ſine ea. Sed ego exiſtimo non poſſe ſine Papæ licentia: per textum *in c. inter corporalia, de translat. Epiſcop.* vbi Innocent. III. dicit, quòd ſicut conſecratus non poteſt cedere aut transferri ſine authoritate Pontificis, ita neque electus confirmatus: quia difficultas diſſoluendi vinculum ſurgit à ſubſtantia vinculi matrimonialis, quod vinculum datur per ſolam confirmationem, licèt non interuenerit con-

ſecratio; vt patet *in verſ.ſicut autem, & ibi gloſſ. c. licet,final.* ibi,ratum in confirmatione, & ibi gloſſ. *verbo licet in tantum.* ibi, in confirmatione fit ratum, ita quod amplius per ſe renuntiare non poteſt: *de tranſlat Epiſcop.c.ſi electio, & ibi gloſſ.verbo renuntiare de elect.lib.6.* Abb. *in c. inter corporalia num.* 8. & ibi Baldus *num.* 1. idem Baldus *in c.licet, eodem titulo:ille, num.*1.*&* 2.*& iſte, num.*11. *& facie doctrina.* Emanuel Rodriguez *in tom.4.de ſus obras cap.67.de los Obiſpos num.* 29. dicentis, Epiſcopum confirmatum non conſecratum non poſſe renuntiare Epiſcopatum ſine Papæ licentia: quia per confirmationem iam matrimonium ſpirituale cum ſua Eccleſia eſt contractum, & ſic ſi vult ad nuptias tranſire, tenetur petere Papæ licentiam ad renuntiandum.*c.cum venerabilis de conſuetudine,*quia iam ligatus eſt vinculo matrimonij ſpiritualis.

72 Per promotionem ad Epiſcopatum matrimonium ratum non conſummatum non diſſoluitur. *argum. text.in c. ex parte el 1. de conuerſione coniugator.* Ioann. Andreas *in c.vnico, de voto. lib.6.num.* 2. Couarruuias *in tom.2.variar.cap.7.§.4.num.9.* Gutierrez multos referens *canonicar. lib.* 1. *cap.17.num.* 30. Matienço *in rubrica ad lib. 5.recopilationis, tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.40.*

Contrarium tenet poſt Hoſtienſem Paulus Borgaſius *de irregularitate part.6.in fine num.79. vſque ad finem, titulo de ſponſalibus & matrimoniis.*

73 Electus confirmatus,non conſecratus,neque in ordine ſacro conſtitutus,ratione ſtatus non tenetur ad caſtitatem. Sanchez *de matrimonio lib.7.diſp.27 num.* 7. Soto *de iuſtitia lib.10.q.4.art.1.col.3.*

74 Continentia non eſt de iure diuino, ſed poſitiuo Epiſcopatui annexa. Sanchez & Soto *vbi proxim.* Barboſa *in paſtor.tit.2.gloſſ.4.n.4.*

Confirmatus non conſecratus, 75
neque ordinatus, ſi fornicationem committat, non videtur prædicta fornicatio ſimplicis fornicationis malitiam excedere, neque circumſtantiam neceſſariò fatendam contineri. Riccius *in praxi in additione ad deciſionem* 576.Sanchez. *vbi prox. num.*33.

Beneficia electi in Epiſcopum ad 76
hoc vt vacarent de iure antiquo, requirebatur promotio, confirmatio, conſecratio, & poſſeſſio, *c. cum in cunctis*, §. cura verò. *de elect.* & ibi Abbas *num.*1.*&* 2.& Baldus *num.*13. & cæteri ſcribentes. Oldraldus *conſ.* 14.*incipit cum quæritur,num.*2. Quintilian.Mandoſius *in regul.26. cancell. cap.4.num.4.* Pariſius *lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.*76. Romanus *conſ.* 335. *col.* 1. Hoſeda *de incompatibilitate part.* 1. *cap.4.num.13.*

Hodie verò beneficia etiam ſim- 76
plicia ſeu penſiones non vacant niſi à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis, confirmatione præcedente, (nam non debet quis perdere beneficium niſi plenè fuerit ſecundum aſſequutus.*c. dudum de elect.*) Panormitan. *in c. de multa. de præbendis num.* 16. quod iſte ſit ſtylus curiæ Rotæ ac Hiſpaniæ, vbi ſic practicatur, teſtatur Gratianus *diſcept forens. cap.* 296. *tom.2.num.5.* Nauarr.*conſil.*14. *de electon.* Quintilianus Mandoſius *in regula 26.cancell.quæſt.*1.*num.*5. Vgolinus *de off.& poteſt.*1.*part.c.* 1. *num.*2. §.2.Emanuel Sa *verbo Epiſcopus n.*8. Azor *inſtit.moral.tom.2.lib.7. cap.*16. *quæſt.*12.

Idem dicendum eſt quando Epi- 77
ſcopus transfertur è ſua Eccleſia ad aliam, nam non vacant prioris Eccleſiæ reditus & fructus, donec appre

apprehenderit poſſeſſionem ſecundi Epiſcopatus: quod diſpenſatiuè fit, quia indecorum videretur ſi amborum Epiſcopatuum reditu priuaretur. Hoſeda *de incompatibilitate beneficior. part. 1. cap. 3. num. 11. vſque ad 13.* Parladorius *in text. qui centuria, differentia 120. num. 12. & 13,* vbi allegat. textum *in c. de multa. de præbend.* cum gloſſ. & Abbat. *in c. final. de poſtulatione Præl. num. 13.* & Innocent. & Ioann. Andream *in d. c. de multa.* Azor vbi ſuprà latè. Abb. *conſil. 101. num. 3. & 4.* omnino videndus.

78 Sed licèt de ſtylo curiæ ſit, quòd ſtatim quo quis confirmatur in Epiſcop. immediatè conferantur illius beneficia tamquam vacantia, ſeu Epiſcopatum, non expectata conſecratione: ſed ſtylus eſt quòd licèt conferantur, verè tamen & realiter ſeu effectualiter vacare non cenſeantur, donec poſſeſſionem obtineat. Pariſius *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 78.* alios referens. Hoſeda *de incompatibilitat. benefic. part. 1. cap. 4. num. 15.* Quintilianus Mandoſ. *in regul. 26. n. 5. c. 4. q. 1.*

79 Beneficia quæ electus habet non poſſunt renuntiari in fauorem tertij, quia ipſo iure vacant. Hoſeda & Pariſius cum aliis.

80 In Hiſpania verò ex antiquiſſima conſuetudine & vſu introductum eſt, quòd promotus renuntiet beneficia quæ ante promotionem obtinebat, in fauorem perſonæ à noſtro Potentiſſimo, Catholiciſſimo ac inuictiſſimo Philippo Rege (quē Deus optimus maximus ad totius Chriſtianitatis bonum feliciliter ſeruet) aſſignatæ, quæ ſemper eſt meritiſſima. Hieronymus Venero à Leyua in libro dicto Examen Epiſcoporum, *lib. 4. ca. 4. de elect. & poteſt. Epiſcopi, n. 15. fol. 230.*

81 Ille autem qui electus eſt Epiſcopus titularis non prohibetur ante conſecrationem beneficia quæ ante obtinebat renuntiare in fauorem tertij, quia non ſunt reſeruata. Pariſius *de reſig. lib. 3. quæſt. 1. num. 89.*

Neque prohibetur retinere beneficia quæ antea obtinebat, quia cùm Epiſcopatus poſſeſſionem adipiſci nequeat, neque ex illo reditus vnde viuere poſſit percipiat. *c. ſi Epiſcopus. c. ſi quis Epiſcopus, cum duobus ſequentib. 92. diſt.* Riccius *in prax. in addit. ad deciſ. 576.* Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardin. §. ſi verò, num. 10.* Pariſius vbi ſuprà *num. 10. & 89.* Nauarr. *d. conſ. 14. de elect. num. 3.* Vgolin. ſuprà *1. part. cap. 1. §. 2. num. 2.* Barboſa *in paſtorali, part. 3. alleg. 57. num. 74.* 82

Beneficia Epiſcopi qui non recipitur à populo, neque percipere poteſt fructus, non vacant. *c. ſi tibi conceſſo.* & ibi Gloſſ. *verbo vacare, de præbend. lib. 6.* Nauarr. & Vgolin. 83

Solus Papa diſpenſat cum Epiſcopo vt beneficia antea obtenta cum Epiſcopatu retineat. Pariſius *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 84.* Rebuffus *in prax. lib. 2. regula de diſpenſat. de non reſidendo, num. 59. & 77.* Nauarr. & Vgolinus ſuprà. 84

Et dicit Barboſa *in paſtorali part. 3. alleg. 57. num. 76.* alium citans quòd beneficia cum Epiſcopatu diſpenſatiuè obtenta, ſemper erunt reſeruata Pontifici: adeò quòd quando Epiſcopus decedat, prouiſio beneficiorum non Epiſcopo, cui aliàs competeret, ſi ſimplex Clericus obtineret, ſed Pontifici tantùm: propter regulam *Quod ſemel reſeruatum.* 85

Epiſcopus diſpenſatus ad beneficia cum Epiſcopatu retinenda, ſi ad aliam Eccleſiam transfertur, ipſo iure beneficia vacant: niſi iterum Papa diſpenſet. Rebuffus *in prax. d.* 86

*lib. 2. regul. de diſpenſ. ratione ætatis, verbo defectu,num.6.* Gratianus *diſceptat.cap.296.num.78.in fine.*

87 Hinc venit declaranda quæſtio à pauciſſimis tacta: An quando Epiſcopus ad aliam Eccleſiam transfertur,vel Cardinalatû decoratur,ceſſet iuriſdictio in primo Epiſcopatu.

In Cardinalatu verò reſoluendum eſt cum Stephano Gratiano *diſcept.forenſ. tom.2. cap.296. num.57.*
88 *& 59.* non ceſſare iuriſdictionem & adminiſtrationem in Epiſcopatu donec acceperit pileum rubeum, nam licèt acceptauerit gratiam donec effectiuè & verè pileum ſuſcipiat,gratia in pendenti eſt, & multoties reuocatur.

In tranſlatione aliter res ſe habet, nam non dicitur vacare Eccleſiam à tempore ſcientiæ ſuæ præſentationis à noſtro Rege Catholico facta: quia ea acceptata, interim dum confirmationis notitiam habet, adminiſtrare poteſt, & omnia exercere ſicut antea, vt cum Nicolao Garcia tenet Barboſa *in paſtor. part.3.alleg.57.num.92.*

Sed adueniente confirmatione, vel teſtimonio authentico, ex quo conſtet in Romana curia tranſacta tunc à tempore ſcientiæ confirmationis, ceſſat iuriſdictio & adminiſtratio, quamuis non ſit adepta poſſeſſio ſecundi Epiſcopatus; vt Hiſpano ſermone poſuit Rodriguez *tom.3.de ſus obras cap.56.*hiſce verbis: *Los otro dias en los quales ſe hade hacer la election del dho Vicario, corren tanbien deſde eldia que el cabildo ſaue que ſu Obiſpo eſta mudado por Obiſpo de otra dieceſi, eſtando y a por el ſummo Pontifice, deſobligado de la primera Igleſia.* idem tenet Barboſa poſt hæc ſcripta. Viſus *in paſtor. part. 3. alleg. 54. num. 164.* & poſtea Rodriguez, *porque en eſte caſo propia mente vaca la Igleſia aunque noaia tomado la poſſeſſion del ſegundo Obiſpado y entonçes ceſſa ſu adminiſtration.* Et quod ſic declarauit ſacra congregatio Cardinalium, teſtatur ipſe alios referens & Hoſtienſem *in ſumm. de translat. Epiſcopi,num.6.* Abb.*conſ.101. num.2.* Gratianus *diſceptat. forens. diſceptat. 296.num.14.& 15.*

Et licèt aliqui ex allegatis Doctoribus doceant vacare à tempore acceptationis, aduertendum eſt loqui de Prælatis per Papam prouiſis, qui ſtatim cùm eliguntur tunc & 89
confirmantur: nam talis electio confirmationis vim obtinet. Abbas *in c.noſti.& in c. cùm verò de electione, & in c.eam,tr.de reſcriptis, num. 2.* & ibi Felinus *num.3.* Laudenſis *de principibus, quæſt. 285.* Petrus Abiaxio *in director.elect.c.44.num.5.p 3.*Nauarrus *in commentar. de iubileo ſingul. 31. num.3.*Selua *de benefic.1.part. quæſt.2. num.3.*Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi c.1. §.2. num. 3.* Leo *in theſaur. part. 3. cap.1.num.4.*

Apud noſtrates verò tunc dicitur 90
propriè tranſlatus, quando confirmationis notitiam certam & indubitatam habet, non antea. vt patet ex dictis.

Et ſi fortè aliquis dixerit, aſſertionem noſtram errorem continere, ex eo quòd beneficia electi non vacant niſi adepta poſſeſſione Epiſcopatus. Reſpondeo, id diſpenſatiuè 91
fieri, ne electus mendicet, & vt habeat vnde ſe alat, quod iuſtiſſimum eſt, & iure conſonum: ſed quòd adminiſtret vbi nullam iuriſdictionem habet, contra iuris præcepta eſt, & in præiudicium Capituli, cui in tali vacanti adminiſtratio competit, & etiam Vicarium deputare.*Concilium Trident.ſeſſ.24.de reform.cap.16.*& minus intereſt quod ſit in ſuſpenſo donec alterius Epiſcopatus

ſcopatus

ſcopatus poſſeſſionem apprehendat, quàm quòd in meſſem non ſuam falcem mittat: nam iam prioris Eccleſiæ Epiſcopus non eſt, ſed
92 perſona priuata, cùm ab inſtanti ſuæ confirmationis deſineret eſſe quod antea erat, & quoad primam Eccleſiam cenſetur mortuus, quo ab illa hora. Comprobatur nam ad hoc, vt tranſlatio fiat, requiritur ante omnia quòd Papa abſoluat
93 tranſlatum à vinculo prioris Eccleſiæ, aliter enim tranſlatio non fit, niſi prius ſoluatur à vinculo matrimonij ſpiritualis, quo aſtrictus erat quoad primam Eccleſiam. *c. inter corporalia, de translat. Epiſcopi.* ibi, ad ſecundam priori vinculo perdurante, non potuit canonicè conſecrari. *c. bonæ memoriæ. el ſecundo de poſtulat. Prælator.* ibi, à vinculo quo tenebatur Colocenenſis Eccleſiæ abſoluentes, ad metropolim Stringonenſem transferimus. Et eſt de ſtylo Romanæ curiæ ab antiquo ſeruato. Et talis vinculi ſolutio, interueniente tranſlati conſenſu, (vt ſemper fit) dicitur voluntaria reſignatio. *c. ſicut alterius, 7. quæſt.* 1. & quantum ad ſe priore priuatur Eccleſia, & dicitur mortuus ab illa hora, qua transfertur, quantum ad primam Eccleſiam. *c. in apibus. §. ecce in quibus caſibus,* & ibi Gloſſ. *verbo defuncto. 7. quæſt.* 1. *l. actione. §. publicat.* & ibi Gloſſ. *verbo pro mortuo. ff. pro Socio.* Stephanus Gratianus *diſcept.* 296. *num.* 16. illis verbis: adeò vt hæc tranſlatio facta de eiuſdem Epiſcopi conſenſu, dicatur in effectu quædam renuntiatio: & ſic nihil mirum ſi ex tunc iuriſdictio & adminiſtratio ceſſet, cum conſtiterit de prioris vinculi ſolutione, & de tranſlationis confirmatione, qua facta, tranſlatio perfecta remanet. Egregiè Panormitan. omnino videndus *conſil.* 101. *numero tertio & quarto.*

Et ad rixas ac contentiones vitandas, prudentes Præſules quando 94
de confirmatione tranſlationis notitiam habent, à priori diœceſi ſe abſentant, & in patria ſua, vel alterius Epiſcopi amici, literas confirmationis expectant ad poſſeſſionem adipiſcendam. Et poſtquam hæc literis mandaui, à peritiſſimis viris in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis fui certioratus, expeditum iam eſſe breue Pontificium, in quo Epiſcopis prohibetur adminiſtrare, vel aliqua exercere, poſtquam ſuæ tranſlationis notitiam certam habuerint.

## SVMMARIVM.

*In die Conſecrationis olim qualis mos ſeruatus.* num. 1.

*Conſecrari intra quod tempus electus debeat.* num. 2.

*Vtrum præcisè requiratur quòd Sacerdos ſit, qui in Epiſcopum conſecratur.* num. 3.

*An ſit de ſubſtantia conſecrationis quòd conſecrandus Miſſam celebret.* num. 4.

*Epiſcoporum vnctio vnde trahat originem* num. 5.

*An ſit Sacramentum de per ſe.* num. 6.

*An imprimat characterem.* num. 7.

*Vtrum ſit Ordo.* num. 8.

*Epiſcopi conſecratio quo die fieri debeat.* num. 9.

*Sacerdos factus die Sabbati, vtrum die Dominico ſequenti conſecrari poſſit.* num. 10.

*Conſecratio Epiſcopi quot requirat Epiſcopos.* num. 11.

*An*

*An ex diſpenſatione Pontificia fieri poßit, quòd electus ab vno tantùm Epiſcopo conſecretur.* n. 12.
*An Papa concedere valeat, quòd tres ſeu quinque Epiſcopi ſimul conſecrentur.* num. 13.
*Vtrum Epiſcopus poßit electum cõſecrare, & facere quòd alius Epiſcopus Miſſam cantet.* num. 14.
*Epiſcopus conſecrandus vtrum in die ſuæ conſecrationis Acol, tum ordinare queat.* num. 15.
*Et an Papa poßit in ſuæ coronationis.* num. 16.
*Conſecratus antequam trigeſimum annum adimpleat, an ſuſpenſionem incurrat.* num. 17.
*In conſecratione vtrum aliquod votum emittant Epiſcopi.* num. 18.
*Epiſcopi tenentur viſitare Apoſtolorum limina.* num. 19.
*An per ſe, vel per nuncium.* num. 20.
*Epiſcopi Indarum an ipſi per ſe viſitare teneantur limina Apoſtolorum.* num. 21.

# DE CONSECRATIONE.

## CAPVT QVARTVM.

1 PRiscis enim temporibus mos obſeruatiſſimus fuit, quòd Epiſcopi in die ſuæ conſecrationis grandi equitarent applauſu, magnis & excelſis comitantibus viris, & multis proſequentibus ciuibus, illud Apocalyp. capite 19. repræſentans: ibi, *& exercitus qui ſunt in cælo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.* Exercitus enim qui ſunt in cælo, de quibus ibi, ſunt Epiſcopi, qui quotidie pro cæleſtibus Deum ſequuntur, & in omnibus virtutis operibus imitantur, & currunt in odorem vnguentorum ſuorum. Dicuntur enim eſſe in cælo, quia ſola cæleſtia quærunt: & iuxta illud Apoſtoli, *conuerſatio noſtra in cælis eſt.* Selua *de benefic part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 166.

2 Conſecratio Epiſcopi infra tres menſes fieri debet, ſub pœna amittendi fructus ipſo iure: & intra alios tres, ſub pœna amittendi Epiſcopatum; niſi diſpenſationem ſuper hoc obtineat, numerandi enim ſunt à die notitiæ cõfirmationis. *c. quoniam* 75. *diſt. c. quoniam,* 100. *diſt. c cum in cunctis, de elect.* Gloſſ. *in c. ne pro defectu, eodem titulo.* Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.* 7. *cap.* 5. *& de reform. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. Panormit. *in c. cum in cunctis,* §. *cum verò, de elect.* & *in c. inter corporalia, de translat. Epiſcopi.* Tuſchus *litera C, concluſ.* 743. *n.* 3. Toletus *in ſumm. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. Petrus Abiaxio *in directorio cap.* 48. *part.* 3. *num.* 1. Syluester & Sa *verbo conſecratio.* ille *num.* 4. iſte *num.* 8. Emanuel Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras cap.* 67. *num.* 32. Nauarr. *in manuali cap.* 25. *num.* 118. Egidius Coninck *de Sacramentis, diſp.* 20. *de Sacramento Ordinis, dubit.* 9. *num.* 81. Zerola *in prax. verbo conſecratio, p.* 1. Barboſa *in paſtorali cap.* 5. *num.* 1. *tit.* 1. &

& part. 2. allegat. 1. num. 39.

3 Qui conſecrandus eſt, Sacerdos debet eſſe. c. illud, c. quicumque, 77. diſt. Gloſſ. in c. ex literis. Verbo miniſterio, de exceſſibus Prælator. Gloſſ. in c. tua literæ de clerico per ſaltum promoto. Verbo, miniſtrare. Abb. in c. cum in cunctis. §. cum verò, num. 5. de election. Soto in 4. ſentent. tom. 2. diſ. 24. q. 2. art. 3. col. 2. Diuus Thomas in 4. ſent. diſtinct. 24. Petrus Soto in lectionib. de inſt. Sacerd. lect. 4. de Sacram. Coninck de ſacram. Ordin. diſp. 10. dub. 6. n. 4. & 49. Sa & Sylueſter verbo, ordo ille, num. 14. iſte ſumm. 2. num. 2. Bonacina de ſacram. diſp. 8 quæſt. vnica, punct. 1. num. 4. Vgolinus de offic. Epiſcopi 1. part. cap. 2. num. 1. Paulus Borgaſius de irregul. part. 6. tit. de clerico per ſaltum promoto, num. 2. Azor inſtit. moralium part. 2. lib. 3. cap. 30. quæſt. 9. Didacus de Arroyo de ſacramentis, c. de Epiſcopatu, num. 6. Rodriguez tom. 4. cap. 67. num. 21. Mieres de maioricatu, part. 1. quæſt. 2. num. 156.

4 Sed quòd conſecrari quis poſſit licèt Sacerdos non ſit, eo quòd de iure poſitiuo eſt, quòd conſecrandus in Sacerdotali ordine conſtitutus ſit: & etiam quia non eſt de ſubſtantia conſecrationis, vt conſecrandus Miſſam celebret. Gloſſ. in c. ordinationes el primero, 75. diſt. Gloſſ. in c. quod ſicut verbo diuidatur de elect. & ibi Panormit. num. 12. Bertach. de Epiſcopis, part. 3. ſumma. quando fiat conſecratio, num. 6. Lancellotus in templo, lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 4. & lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 6. Barboſa in paſtorali, part. 2. alleg. 1. num. 38. Couarruuias lib. 1. variar. cap. 10. num. 16. vbi dicit, quòd non Sacerdos conſecratus exercebit omnia ſicuti alius Epiſcopus, licèt ordinem Sacerdotalem, quem ipſe non habet, conferre non poterit.

5 Sanctiſſima Epiſcoporum vnctio à Veteri teſtamento ſumpſit originem, vt ex c. 21. Leuitici accipitur: ibi Pontifex, id eſt, Sacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper caput eius fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio conſecratæ ſunt. Selua de beneficiis, part. 1. quæſt. 5. num. 164.

6 Et eſt de per ſe & ſeiunctim Sacramentum. Egidius Coninck de ſacrament. diſp. 20. dubit. 6. num. 43. & 44. Nauarr. in manual. cap. 22. num. 18. Cardinal. Bellarm. de ſacrament. lib. 1. cap. 5.

Contrarium dicit Soto in 4 ſentent. diſt. 24. quæſt. 2. art. 3. col. 4. tom. 2. Sylueſter verbo ordo, num. 1. Candelabrum aur. tit. 15. de ſacram. ordin. num. 13.

7 Et imprimit characterem. Lancellot. in templo, lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 6. Rodriguez tom. 4 cap. 67 num. 21.

Alij verò contrarium tenent, nempe non imprimere characterem nouum, ſed quòd character Sacerdotalis, dum Sacerdos in Epiſcopum conſecratur, amplietur, & extendatur ad alia munera exercenda, quæ antea non poterat. Soto Viualdus in Candelabro aureo, & Couarruuias vbi ſuprà: Coninck, diſt. diſp. 20. dubitat. 2. num. 9. & dub. 6. num. 49. Gryſaldus in deciſionib. verbo Epiſcopus, obiection. 4.

8 Epiſcopatus eſt ordo. c. cleros & ibi Gloſſ. 21. diſt. c. omnium, 32. diſt. c. diaconos, 93. diſt. Gloſſ. in proœmio ſexti decretalium n. 70. Panorm. in c. tranſmiſſum, de elect. num 3. in pr. auth. Epiſcopalis ordo, c. de Epiſcopis & clericis. Concil. Trident. de ſacram. Ordinis, cap. 4 ſeſſ. 23. Abbas in c. 1. de ordinatis ab Epiſcopo qui renunt. Epiſcop. num. 3. & ibi Hoſtienſ. Felinus in c. quod ſicut pro certo, de ſimonia, num. 2. Toletus lib. 5. cap 3. in pr. Siculus de præſtant. Cardin. quæſt. 1. baſilica, num. 48. Lopez



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in l.1.tit.5.part.1.Soto in 4.vbi ſuprà. Petrus Soto in lectionib.de inſt.Sacerdot. lect. 2. de offic. omnium Ordinum. Candelbr. aur. & Egidius ſuprà. Sa verbo ordo, num. 7. Armilla num. 11. & Angelus num. 1. Garcia de nobilitate. gloſſ. 48. §. 3. num. 8. Caſañeus in catal. part. 4. conſ. 25. Decianus in tractatu criminali, tom. 1. lib. 5. cap. 79. num. 11. Vgolinus de off. Epiſcop. part. 1. cap. 1. in pr. Nauarr. in manual cap. 22. num. 18. Lancellott. in templo, lib. 2. cap. 1. §. num. 10. Rodriguez quæſtion. regul. tom. 1. quæſt. 8. art. 2. & quæſt. 18. art. 2. & in tom. 4. cap. 67. num. 21. Barboſa in paſtorali part. 2. alleg. 1. num. 18. & alleg. 2. num. 16. Hieronymus Roman. en ſu Republica Chriſtiana lib. 3. c. de la dignidad de los Obiſpos.

Alij verò contrarium tenent, & ſic pro conciliatione diſtinguendum: aut loquimur circa venerabiliſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, & non eſt ordo, quia circa id non habet Epiſcopus maiorem poteſtatem quàm ſimplex Sacerdos. Si verò circa myſticum corpus Eccleſiæ loquamur, vt quoad collationem Ordinum, & ſimilia, eſt Ordo: quia habet maiorem iuriſdictionem. Paulus Gryſaldus in deciſ. fidei cathol. verbo Epiſcopus, obiect. 2. Azor inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. quæſt. 3.

9 Conſecratio Epiſcopi fieri debet die Dominico, quod ab Eccleſia inſtitutum eſt in dignitatis Epiſcopalis reuerentiam. c. qui in aliquo, 51. diſt. c. ordinationes, c. quorum patribus, c. quod die. 75. diſt. l. 13. tit. 10. part. 1. Panormitanus in c. quod ſicut, §. ſuper eo, de elect. num. 13. Coninck dict. diſp. 20. dub. 6. num. 40. & 49. Liber Pontificalis titulo de conſecrat. electi in Epiſcopum. Petrus Gregor. ſyntagmat. lib. 17. cap. 14. part. 2. num. 10. Gregorius Lopez in l. 28. tit. 5. part. 1. Durandus in rational. diuin. officior. c. de Epiſcopo. lib. 2. Vgolin. Syluester, Barboſa, Armilla, & Sa, ſuprà.

10 Electus confirmatus, qui die Sabbati Sacerdos factus eſt, die Dominico ſequenti conſecrari poterit, quia ibi non ſunt interſtitia, neque requiritur interuallum temporis. Gloſſ. in c. quod à Patribus, 75. diſt. Andreas Gambarus de off. & poteſt. legati, lib. 2. num. 265. Vgolinus de off. Epiſcop. c. 2. p. 1. num. 4. Syluester verbo ordo, 2. num. 6. Angelus eodem verbo 6. num. 2.

11 In Epiſcopi conſecratione tres Epiſcopi aſſiſtere debent præcisè, Apoſtolorum exemplo. c. Epiſcopi. c. ordinationes, cum ſequentibus, 66. diſt. c. ſi fortè, 65. diſt. c. Archiepiſcopus, c. porrò. 66. diſt. c. frater. 68. diſt. c. Choropiſcopi. eadem diſt. c. ſi Archiepiſcopus, c. ne Epiſcopi de tempor. ordinat. Panormitan. in c. vnic. de ſacra vnct. num. 1. Gregorius Lopez in d. l. 28. tit. 5. p. 1. Syluester verbo conſecrat. in pr. Vgolin. de off. Epiſc. part. 1. cap 2. num. 5. Arroyo c. de Epiſcopatu, num. 4. Tatareius in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 1. col. 3. Stunica de vera religione lib. 3. cap. 28. Petrus Gregorius ſyntagmatum lib. 17. c. 14. num. 7. Lancellot. in templo, lib. 2. c. 5. § 2. de conſecrat.

12 Solus Papa diſpenſat, vt electus ab vno ſolo Epiſcopo poſſit conſecrari. Egidius Coninck diſp. 20. num. 92. Syluester & Arroyo ſuprà. Armilla verbo conſecratio. num. 1. Liber Pontifical. de conſecrat. Epiſcopi. Gregor. Lopez in l. 28. verbo otros dos Obiſpados tit. 5. p. 1.

13 Duo, vel tres, & quinque Epiſcopi ſimul conſecrari poterunt, ſine diſpenſatione. c. cum ſit. §. de conſecrat. Eccleſiæ vel altaris. & ibi Panormitan. num. 1. & omnes Scribent. Liber Pontifical. vbi ſuprà fol. 96.

Epiſcopus quando alium conſecrat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erat, non poteſt ipſe conſecrare electum, & facere quòd alius Epiſcopus Miſſam cantet: nam erit contra Eccleſiæ ſtatuta. Gloſſ. *in c. quod ſicut.* & ibi Gloſſ. *verbo diuidatur, de elect.*

15 Epiſcopus dum conſecratur, Acolytum ordinare nequit, quia eius conſecratio inter Miſſarum
16 ſolemnia fit. At verò in Papa aliter eſt, nam cum fiat antequam in Miſſa hymnus Angelicus cantetur, non videtur diuini officij vnitatem diuidere. *c. quod ſicut. §. ſuper eo, de electiom.* & ibi Panormitan. *num.* 4. Petrus Gregor. *ſyntagm. lib.* 17. *cap.* 14. *num.* 10. *part.* 2. Lupus *in l.* 5. *tit.* 5 *p.* 1. Gambar. *de off. legati, lib.* 2. *num.* 268. Durand. *in rat. cap.* 2. *de Epiſcopo, num.* 2.

17 Electus confirmatus ſi antequam trigeſimum annum adimpleuerit, non incurrit ſuſpenſionem. Rodriguez *tom.* 4 *cap* 56 *num.* 4. aliàs *cap.* 67. *num.* 4.

18 In hac conſecratione Epiſcopi nullum votum emittunt, neque ſe ad aliquid obligant, niſi ad ea, quæ tenentur ratione ſacerdotij: iurant tamen fidelitatem Papali ſedi, & ſe honoraturos Legatos de latere, & Eccleſiam ſuam indemnem habere. *c. ego.* 4. *de iureiurando.* & ibi Doctores. Extrauagans *iniunctæ. §. ſimiliter, de elect.* Ioannes Trullus *in regula Canonicorum regularium, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. & 5. Tuſchus *liter. E, concluſ.* 302. aliàs 31. Caſaneus *in catal. p.* 4. *conſid.* 25. Vgolinus *part.* 1. *cap.* 2. §. 1. *in pr.* Soto *de iuſtit. lib.* 10. *quæſt.* 4. *art.* 1. *col.* 3.

19 Et huius iuramenti ratione tam Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, quàm Epiſcopi tenentur viſitare Apoſtolorum limina, & Pontifici de ſuæ diœceſis ſtatu, & paſtorali officio rationem reddere. Et quia per ſe non poſſunt, per nuntium certum ad id ſpeciale mandatum habentem, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, vel per Dioceſanum Sacerdotē id facere poſſunt: 2
alias ab ingreſſu Eccleſiæ, ac ab adminiſtratione tam ſpiritualiū quàm temporalium, & à fructus ſuarum Eccleſiarum perceptione, omni priuilegio non obſtante, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, donec abſolutionem Papalem mereantur obtinere, *c. ego.* & ibi ſcribent. Sayrus *de cenſuris, lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 33. Bonacina *eodem tractat. diſp.* 3. *quæſt.* 6. *punct.* 5. *num.* 23. Marius *eodem tractat. tom.* 2. *diſp.* 16. *titulo de ſuſpenſione, cap.* 3. *verſ. nono.* Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinal. in fine.* Vgol. *ſuprà cap.* 3. *num.* 8. Leo *in theſauro, part.* 3. *cap.* 8. *num.* 56. Sanchez *in ſumm. lib.* 4. *c.* 15. *num.* 12. Liber Pontifical. *de conſecrat. electi, in fine.* Barboſa *in paſtor. part.* 3. *allegat.* 111. *num. final.* Rodeanus *de ſimonia, c.* 18. *num.* 12.

Patriarchæ, Primates, & Epiſcopi ex Italicis inſulis, veluti Siculij, Sardi, Corſij, & alij adiacentium, tertio anno Apoſtolorum limina viſitare tenentur.

Germaniæ verò Hiſpaniæ, Galliæ, Belgæ, Bohemiæ, Vngariæ, Poloniæ, & cæteri qui in Europa ſunt, citra mare Germanicum & Balticum, ac omnium inſularum maris mediterranei, quarto anno.

Qui verò noui orbis dicuntur, quinto anno.

Aſiæ, & qui extra Aſiam, & in quibuſlibet mundi partibus, decimo anno à conſecrationis tempore, vel pallij traditione numerando. Liber Pontificalis, & Franciſcus Leo *vbi ſuprà.* Hieronymus Venero à Leyua *in examin. Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 16.

Epiſcopi Indarum etiamſi iuraſ- 21

ſent ſingulis bienniis Apoſtolorum limina viſitare, ipſi per ſe, nihilominus non tenentur niſi per nuntios, aut procuratores ſingulis quinquenniis; ex decreto Pij IV. Rodriguez *tom. 2. quæſtion. regular. quæſt. 99. art. 3.*

*SVMMARIVM.*

*Epiſcopus cùm primò ad ſuam Eccleſiam accedit, honorificè ſuſcipitur.* num. 1.

*Si equitat ſub baldaquino, haſtas pallij an Syndici ciuitatis, aut nobiles deferre debeant.* n. 2.

*A mulierum conuerſatione cauendum.* num 3.

*Mulieris cor ſagena.* num. 4.

*Ludere ſeu ſpectaculis hiſtrionum intereſſe non licet Epiſcopo.* num. 5.

*Famulis Epiſcopi an ſit permiſſum ibi adeſſe.* num. 6.

*Adoleſcentibus maximè damnoſum ibi adeſſe, vbi virtutis monumenta non adſunt, ſed vitiorum fomentum.* num. 7.

*Ab antiquis quid ſeruatum circa adoleſcentium educationem* n. 7.

*Imperator Traianus piè de adoleſcentium eruditione curauit.* n. 8.

*Domeſtici Epiſcopi à ludis abſtineant.* num. 9.

*Ludus prohibitus iure diuino.* num. 10.

*Et iure naturali.* num. 11.

*Aleatores furibus & latronibus ſimiles.* num. 12.

*Et iure canonico.* num. 13.

*Et iure ciuili.* num. 14.

*Et iure Regio.* num. 15.

*Aleatores idololatræ dicuntur.* num. 16.

*Epiſcopus accuratè agat pro euellendo hoc vitio.* num. 17.

*Scacorum ludus quando inuentus.* num. 18.

*Piſcare an liceat Epiſcopo.* num. 19.

*Et an intrare balnea.* num. 20.

*Venatio ſiluoſa vtrum hodie prohibita* num. 21.

*Subditus cum Epiſcopo ſuo ludens, qui excommunicationem promulgauit contra ludentes, an in eam incidat.* num. 21.

*Vagari per diœceſim, ſeu exire domum veſtitu mutato, aut è curia Papæ diſcedere, ſine eius licentia prohibitum Epiſcopis.* num. 22.

*Dum Epiſcopus manducat, quid ſeruandum.* num. 23.

*Ad conuiuia Epiſcopus non accedat.* num. 24.

*Iob quare non ibat ad filiorum conuiuia.* num. 25.

*Ex conuiuiis plerumque libido & impietas oriuntur* num. 26.

*Famulus Iob quare nuntiauit filios mortuos dum veſcebantur in domo fratris.* num. 27.

*Vti pluribus ferculis an permiſſum ſit Epiſcopo.* num. 28.

*Cardinales congregati ad eligendum Papam, ob quid non vtuntur plus quàm vno ferculo.* n. 29.

*Clariſſimis & illuſtribus perſonis multis ferculis vti permiſſum.* num. 30.

*Epiſcopi non coguntur vti cibis pauperum.*

perum. num. 31.
Epiſcopus nobilis non debet viuere ſecundùm ſuam nobilitatem, ſed iuxta Epiſcopatus poßibilitatem. num. 32.
Circa hoc loci conſuetudo attendenda. num. 33.
Epiſcopi vtrum amplam familiam habere poßint. num. 34.
Epiſcoporum familia olim copioſa. num. 35.
Famulorum copia dominorum authoritatem adauget. num. 36.
Cardinalis Baronij locus refertus. num. 37.
Securius conſcientiæ Epiſcopi erit, potiùs in menſa famulis & oſtentatione declinare ad auſteritatem, quàm cum ſæcularibus conformari. num. 38.
Epiſcoporum famuli quales eſſe debeant num. 39.
Vtrum debeant vti meliori ornatu, quàm aliorum dominorum famuli num. 40.
Alimenta ſecundùm dignitatem aliti debent præſtari. num. 41.
Abbas meliori ornatu & cuculla vti debet, quàm Monachus: & Monachus quàm conuerſus. num. 42.
Senecæ dictum ponitur. num. 43.
Doctores meliori veſtimento vti debent, quàm ſcholaſtici. n. 44.
Concilij Trident. locus in cap. 2. de reform. ſeſſ. 2. exponitur. num. 45.
Epiſcopi indumentum quale. n. 46.
Papa & Epiſcopi eodem veſtimento vtebantur antiquitus. num. 47.
Cardinales olim quo veſtitu ſe induebant. num. 48.
Quo tempore S. R. E. Cardinales cœperunt vti indumento rubro, & galero eiuſdem coloris. n. 49.
Illeſcæ verba explicantur. n. 50.
Rochetum portare an liceat Epiſcopo. num. 51.
An in domo ſua eo vti debeat. num. 52.
Epiſcopus non eſt dominus Sacerdotum, ſed collega. num. 53.
Male facit Epiſcopus qui permittit Sacerdotes genuflexos loqui. num. 54.
Sacerdotes non dicuntur Vaſalli Epiſcoporum, ſed Aſſeſſores & Conſiliarij. num. 55.
Ioſeph de Siguença ex illuſtriſſima Diui Hieronymi religione, laudatur. num. 56.
Epiſcopus vtrum portare debeat mozettam. num. 57.
Mantelete ad quid in vſu receptum. num. 58.
Cardinales cum non portant in abſentia Papæ, vel in conclaui ſede Papali vacante. num. 59.
Veſtimentum Epiſcopi an nigrum, ſeu violacei coloris eſſe debeat. num. 60.
Quatuor Patriarchæ principales quo colore in indumentis vti poſſunt. num. 61.
Epiſcopus in equo ornato phaleris violacei coloris vehi poteſt. n. 62.
Et vti indumentis purpura & cendato ad inſtar Regum & Cardinalium. num. 63.

Et portare cappam more Prælatorum curiæ Romanæ. num. 64.
Galerum Epiſcopi quale. num. 65.
Poteſt vti annuo gemmato in quarto digito, & quare. num. 67.
Extra diœceſim quo habitu vti permiſſum. num. 68.
Quid in præſentia magnatum. num. 69.
Epiſcoporum habitus vnde trahat originem. num. 69.
Epiſcopi vtrum dici poßint hodie Canonici regulares. num. 70.
Canonici regulares vnde dicti. num. 71.
Epiſcoporum veſtis peregrinorum ſimilis. num. 71.
Quare Epiſcopi ſicuti peregrini induantur. num. 72.
Epiſcopus regularis quo habitu vti debeat. num. 73.
An excomm. incurrat ſi aſſumat rochetum, & habitum monachalem dimittat. num. 74.
Regularis factus Epiſcopus à quibus eximatur. num. 75.
Epiſcopus regularis ex triplici cauſa tenetur obedire Papæ. n. 76.
Cardinalis regularis an obſeruare teneatur id quod Epiſcopus regularis. num. 77.
Cardinalis regularis quando poſsit vti veſte rubea. num. 78.
Regularis factus Papa an poſsit dimittere habitum monachalem, & aſſumere Pontificalem. n. 79.
Regularis Epiſcopus ex noua conſtitutione quo habitu vti debeat. num. 80.
Epiſcopus regularis an ieiunia & pœnalitates ſuæ regulæ obſeruare teneatur. num. 81.
Abſtinere à carne in die Natiuitatis Domini, ſi venerit in ſexta feria, an teneatur Epiſcopus regularis. num. 82.
Conſtitutio apud Patres Dominicanos, per excellentiam dicti, Prædicatores, qualis. num. 83.
Epiſcopus regularis quando, ſi renuntiat, velit nolit, teneatur ad religionem redire. n. 84.
Epiſcopus regularis ſi relinquat Epiſcopatum, an teneatur ad religionem redire. n. 84 & 85.
Prælatus religionis an recipere præcisè teneatur Epiſcopum regularem, qui renuntiauit. n. 86.
Barboſæ opinio non admittitur. n. 87.
Papa regularis qui renuntiauit, an teneatur ad religionem redire. n 88.
Epiſcopus regularis quando ſua culpa Epiſcopatu priuatur, aut renuntiare cogitur, priuatur etiam exemptione redeundi ad monaſterium, n. 89.
Regularis factus Epiſcopus titularis, an eximatur à ſuæ regulæ conſtitutionibus tamquam ſi Diœceſim haberet. n. 90.
Regularis Epiſcopus an præcisè habere ſocium teneatur. num. 91.
Regularis Epiſcopus, an proprium habere poſsit. n 92.
An abſoluatur à voto paupertatis, cùm factus ſit Epiſcopus. n. 93.
Epiſcopus ſecularis proprium habere poteſt, & habere dominium, tam

in rebus iure hæreditario acquiſitis, quàm ex Epiſcopatu, vel alio quouis modo. num. 94.

Epiſcopus regularis an ſit Dominus redituum Epiſcopatus. num. 95.

An teneatur Epiſcopus regularis ad reſtitutionem ſuperuacaneè conſumptorum. num. 96.

Adminiſtrator Dei non ita coarctandus ſicut adminiſtrator hominis, quia Deus nobiliſſimus eſt. num. 97.

Regularis Epiſcopus factus cùm confirmatur, tunc cenſetur diſpenſatus in omnibus irregularitatibus cum Epiſcopatu incompatibilibus. num. 98.

Si Epiſcopi regulares tenerentur ad reſtitutionem infructuosè conſumptorum, totus mundus ſcrupulis inuolueretur. num. 99.

Quæ inter pauperes teneatur diuidere tam ſæcularis quàm regularis Epiſcopus, n. 100.

Dominici Soti verba referuntur. n. 101.

Epiſcopus tā regularis quàm ſæcularis ſeruorum numerum, & menſæ oſtentationem reſtringēs nihil noui facit, cùm ad id teneatur non ex iuſtitiæ vinculo, ſed ob bonum exemplum, ac ob perfectionem ſui ſtatus. n. 102.

Molinæ Carthuſiani, & Magiſtri Bannez verba & ſententiæ ponuntur. n. 103.

Epiſcopus non ſolùm ſubſtantiam, ſed etiam vitam pro ſalute ſubditorū impēdere tenetur. n. 104.

Quas eleemoſynas debeat facere tempore neceſſitatis, & quas tēpore famis, ſeu peſtis. n. 105.

Tenetur inquirere pauperes, qui in Epiſcopatu ſunt, quia non ſufficit quod occurrentibus ſubueniat. num. 106.

Quare Dominus Petro, & in eo Epiſcopis, ac Pōtificibus dixerit, paſce oues meas. num. 107.

Epiſcopalis menſa ad quid dotata. num. 108.

Epiſcopalis dignitas melius extollitur cum erogatione eleemoſynarum, quàm cum multitudine famulorum. num. 109.

Exhortantur Epiſcopi ad pauperibus ſubueniendum. num. 110.

Deſinat cōgregare diuitias, qui ſcit eas in morte relinquēdas. n. 111.

Auaritia etiam impiis fidei catholicæ inimicis diſplicet. num. 112.

Salcan Archiepiſcop. de Stringonia ex auaritia reprehenditur. n. 113.

Epiſcopi cōgregāt diuitias, immemores quòd in morte confiſcātur, & à ſeruis ac conſanguineis rapiuntur, relicto corpore Epiſcopi in terra, etiam ſine lumine. num. 114.

Epiſcopi theſaurizent iuxta Saluatoris noſtri conſilium. n. 115.

Chryſoſtomi verba referuntur. num. 116.

Regularis Epiſcopus in diuinis celebrandis ritum ſuæ Eccleſiæ ſeruare debet. n. 117.

Famulus Epiſcopi ſeu Cardinalis an cum eo idem officium recitare teneantur. num. 118.

Epiſcop. in ſua Diœceſi poteſt cōfeſſorem eligere, & in aliena dūmo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*do approbatus ſit* num 119.

*Epiſcopi confeſſor an ab ipſo* Epiſco*po ſeu à Papa poteſtatem recipiat.* num.120.

Epiſ*copus titularis , & Epiſcopus ſuſpenſus an gaudeat illo priuilegio , & an confirmatus non conſecrat.vel degradatus.* n.121.

*Si* Epiſ*copus vult abſolui virtute iubilei , in quo cauetur quod eligatur Confeſſor approbatus : approbatum debet eligere,aut eum approbare antequam eum eligat* num.122.

Epiſ*copi Confeſſor poteſt eum abſoluere ab omni irregularitate occulta ſuſpenſione , ſeu alia culpa,etiam reſeruata Papæ , ſi talis* Epiſ*copus facultatem habet alios abſoluendi ab ipſis.* num. 123.

*An poſſit* Epiſ*copus ſecum diſpenſare in his , in quibus diſpenſat cum ſubditis.*num.124.

*Non incidit in caſus reſeruatos à ſe ipſo,neque ligatur ſuis conſtitutionibus.*num.125.

*An habeat vltra proprium Angelum Cuſtodem alium,ratione dignitatis.*num.126.

*Vtrum Canonici in ſeruitio* Epiſ*copi occupati reputentur tamquam præſentes,& an habeat locum in Canonico doctorali.* num.127.

*An Capellanum beneficium curatum habentem retinere poſſit.* num.128.

*Hodie inſpecta vbertate fructus* Epiſ*copatus,non niſi neceſſitate vrgente licebit Epiſcopo Canonicos occupare.*num.129.

*Vtrum votum emittere* Epiſ*copus poſſit in præiudicium* Eccleſ*iæ.* num.130.

*Qui votum emiſit aſſumendi habitum regularem,ſi creatur Epiſcopus an relinquere* Epiſ*copatum teneatur , & adimplere votum.* num.131.

*Status* Epiſ*copalis perfectior regulari.*num.132.

*Auguſtini Barboſæ opinio improbatur aliquibus argumentis.* n.133.

# DE HABITV CANDIDO EPISCOPORVM, POMPA, ET CONVERSATIONE.

## CAPVT QVINTVM.

POSTQVAM de Epiſcoporum origine,electione,ac conſecratione tractauimus,qualiter in Diœceſi ſe gerere debeat ſequitur explanandum.

1

Cùm enim prima vice ad ſuam Eccleſiam cathedralem Epiſcopus accedit,clerus & communitas ciuitatis debent obuiàm ire , & honorificè eum ſuſcipere.Berthachin. *in tract.de Epiſcop.* 1.*part.quarti libri , in rubrica de vita Epiſcopi.* Curia Philippica *verbo cabildo* , *n.*4.Camillius

Borellus

Borellus *in ſumm. deciſ. tit.* 6. *num.* 8. Petrus Suberti *de cultu vineæ domini part.* 1. *capit.* 3. Michael. Timoth. *in pract. viſitandi*, *lib.* 1. *cap.* 5. Maynardus *deciſ. Tholoſa.* 5.

2 Et ſi conſuetudo adeſt, debet equitare ſub Valdaquino, & haſtas pallij defferre debent electi & Syndici ciuitatis, non nobiles, nam ita deciſum fuiſſe teſtatur Vicentius de Francis. *deciſ.* 253. *per totam.* habetur etiam in Pontificali & in cæremoniali Epiſcoporum, *lib.* 1. *cap.* 2. *col.* 5. *&* *libr.* 1. *cap.* 14. *de vſu vmbraculi.*

Primò enim quod facere debent Epiſcopi in ſua Diœceſi, eſt ſibi ca-
3 uere à mulierum conuerſatione, *quia colloquium illarum quaſi ignis exardeſcit.* Eccleſiaſt. 9. *Numquid* (habetur Prouer. c. 6.) *poteſt homo abſcondere ignem in ſino ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant; aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius*; ergo non poterit Epiſcopus ſine magno periculo & timore cum mulieribus conuerſari, quarum cor
4 ſagena, & quarum motus ignis deuorans. *Quis*, inquit Iſai. *cap.* 33. *poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Ego dico quod nec innocens manibus, nec mundo corde: nam ex iſtis erat Dauid, & incidit in lacum, ac deuoratus, eſt, Ioſeph relicto pallio fugit ne inflãmatus diſcedere poſtea non poſſit: & Iob ne deuoraretur pepegit fœdus cum oculis ſuis, ne quidem cogitarent de Virgine, Iob. 31. Faciat & id Epiſcopus ne in foueam cadat. Excipitur tamen Mater, ſoror, vel amicta. Angelus *in auth. quomodo oportet Epiſcopos*, *colat.* 1 Bertach. *vbi ſuprà.* Lancellott. *in templo, lib.* 2. *c.* 5. § 3. *num.* 11. latè Barboſa *in paſtorali tit.* 2. *gloſſ.* 8. *num. final.*

Non decet Epiſcopũ ludere, ſeu 5
intereſſe ludis ac ſpectaculis hiſtrionũ. *cap. Epiſcopus*, 35. *diſt. cap. clerici, de vita & honeſtat. clericor. auth de ſanctiſſ. Epiſcop.* & ibi Bart. *numer.* 1. Concil. Triden. *de reform. ſeſſ.* 22, *can.* 1. Lancellot. & Berta. *ſupra.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi part.* 1. *cap.* 13. §. 22. *&* 23.

Neque permittere debet familia- 6
ribus ſuis hiſtrionum ſpectaculis intereſſe: nam ibi, vt Diu. Clemens Alexandrinus docet, *tit.* 3. Bed. *cap.* 11. quid turpe factum non oſtenditur? quod autem impudens verbum non proferunt, qui riſum mouent, ſcurræ & hiſtriones? & tunc quo animo adoleſcentes eſſe cenſes, vel quam priuatam diſciplinam rumoribus hiſce putas obſiſtere, teſte Plato. 6. de republica. Et ideò dicebat Seneca Epiſtol. 7. Nihil tam dam- 7
noſum eſſe bonis moribus, præcipuè adoleſcentium, quàm in aliquo ſpectaculo deſidere: tunc etenim per voluptatem vitia ſubrepunt. Et ratio illa eſt aſſignata à Lactantio Firmiano *lib.* 1. *de diuin. inſt. c.* 20. quia comicæ fabulæ de ſtupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricum: & quo magis ſunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis ſententiarum elegantia perſuadent, & faciliùs inhærent audientium memoriæ verſus numeroſi, & ornati.

Ab his enim antiquitas adoleſ- 7
centes ita ſegregabat quaſi à vitiorum ſcholis. Curabat namque filios ſuæ ætatis, ac ſuæ reipublicæ ciues maximè virtuoſos eſſe, & ad hoc à principio ita eos dirigebat in laboribus & pœnalitatibus, vt ſic aſſuefacti virtutem ſequerentur, non delicias. Labores namque virtutis indicia ſunt, inquit Diuus Cyprianus epiſtol. 2. ſententia apud anti-

quos Spartanos Lycurgi legibus inſtitutos recepta: illos enim quos virtuoſos eſſe cupiebant, laboribus maximis ab infantia firmabant, fouebántque aqua frigidiſſima, (vt refert Plutarchus in antiquis Lacedæmoniorum inſtitutis, & in vita Lycurgi,) nudóſque in patientia laboris enutrire, nihilque ſomni cauſa ſternere permiſſum erat: neque non cibi potionîſque modo præfinito, cum æqualibus in ſobrio conuictu, in eodémque ſodalitio & ſocietate ſtudiorum educare, humili cultu, duráque & horrida diſciplina, ſeueriſſimis moribus aſſuefacere, ne qua vitia mentem adhuc rudem inficerent, neve moribus imcompoſitis euaderent, illis magnæ curæ fuit.

Et non minori ſtudio Germani adoleſcentes ſuos educabant, vt teſtatur Cornelius Tacitus in libro de moribus Germanorũ, & Alexander ab Alexandro dierum genalium *lib.* 2. *cap.* 25. & ibi Tiraquellus: ita ab adoleſcentia calores & frigora pati aſſueti ſunt, vt vilibus tecti amiculis hyeme pariter ac æſtate eodem cultu incederent; & quando ſatis virium aſſequuti videbantur, vt militiæ per ætatem patientes forent, non in munditiis ne langueret animus, ſed in laborioſis exercitationibus, currendo, algendo, æſtuando, famem ſitímque tolerando, arduas & difficiles vias peragrando exercebantur. Idem obſeruatum à Cretenſibus, teſte Strabone *lib.* 10. & Cicerone *lib.* 2. *Tuſculanarum quæſtionum.*

Apud Lacedæmonios mos fuit ſolemnis, inquiunt Stabro *vbi prox.* & *lib.* 6. 8. & 12. & Titus Liuius 4. *decada. lib.* 4. vt agreſtes quos Heliotas vocant, nos verò ſeruos, quàm maximè poterant vino ingurgitabant, & ad potum & crapulam inuitabant, illóſque vino madidos & diſtentos in cœtum adoleſcentium & iuuenum introducebant, vt iuxta Anacharſis & Platonis conſilium temulantiæ turpitudinem intuentes, quaſi pertæſi ignauiam, à vino & luxu promptius abſtinerent, & tam tetri aſpectus tamquam dedecoris non ſolùm pigeret, ſed puderet. Inter Indorum nonnullas gentes adoleſcentibus, etiamſi magnæ eſſent fortunæ, & amplioribus opibus forent, pro ſeruis vtebantur: & eam ſortem experti, vitia fugerent, & virtutem ſequerentur. Strabo *lib.* 15. Conſuetudo à Cretenſibus vſurpata, & Laconibus, qui ingenuos filios ſeruilia exhibere cogebant, quod commune fuiſſe cum Phrygibus aſſerunt, qui filios proprios vẽdere in eximio ætatis flore, & ſeruilem in modum educabant: vt adoleſcentia dominata, & voluntate propria oppreſſa vitia fugerent, & ad ingenuas animi virtutes acquirendas migrarent. Hac de cauſa & vt imperium Romanum adoleſcentibus virtuoſis abundaret, Imperator Traianus pueros quinque mille, ex omni imperio ſelectæ indolis ſegregari iuſſit, & ita ali, & erudiri à præceptoribus curauit, vt in ea facultate, eo in genere vitæ inſtituerentur, in quod magis natura procliues eſſent: vt referunt Plinius *in panagerico*, & Alphonſus Ciacon *in apologia pro defenſione, quòd Diuus Gregorius animam Traiani Auguſti à tartareis cruciatibus liberauit, fol. mihi* 4. Quod etiam in Concilio Tridentino à ſanctis Patribus cautum legitur: nam ad hoc proſpexiſſe videtur, quod conſtitutum conſtat. *in can.* 18. *de reformat. ſeſſ.* 23. vbi latè agitur de modo dirigendi adoleſcentes per ſemitas Iuſtitiæ, & ſanctitatis; nam cum adoleſcentium ætas niſi rectè inſtituatur

tur

tur prona ſit ad malum, & ad mundi
voluptates ſequendas, & niſi à tene-
ris annis ad pietatem & religionem
informetur, antequam vitiorum ha-
bitus totos homines poſſideat,
numquam perfectè, ac ſine maximo
ac ſingulari propemodum Dei om-
nipotentis auxilio, in diſciplina
Eccleſiaſtica perſeueret.

9 Ideò enim Epiſcopi non permit-
tant familiaribus ſuis quòd ludant:
exemplum ſit illis quod ſcribitur
in vita Diui Hieronymi, de Rufo
Cyrilli Epiſcopi de Hieruſalem ne-
pote, qui ob nimiam lætitiam quam
ludendo accipiebat, damnatus fuit;
vt refert Chriſtophorus Moreno *in
lib. dicto Iornadas para el cielo, prima
parte, cap. 39. §. 1.* Ludere namque
in Epiſcopali domo nullo modo
conuenit, neque domeſticos ac fa-
miliares Epiſcoporum decet: primò,
10 quia ludere prohibitum eſt iure di-
uino, quamuis ſit ludus cartarum
pictarum, ſeu taxillorum. Exodi
*cap. 37.* ibi, *ſedit populus manduca-
re & bibere, & ſurrexerunt ludere.*
vbi Chryſoſtom. dicit, cauſa pecca-
ti gula, ipſum peccatum ludus: ideò
dicebat Hierem. *cap. 15. Non ſedi in
conſilio ludentium.* & Tobias *cap. 13.
Numquam cum ludentibus miſcui me.*
Cùm igitur ludere multoties ſit
peccatum, iure diuino prohibitum
eſt; & ſic egregiè inquit Chryſoſt. in
Geneſ. non dat Deus ludere, ſed
diabolus.

11 Et iure naturali: Ariſtot. 4. *Ethicor.*
12 *c. 1. in fine.* ibi dicit, Aleatores furi-
bus & latronibus eſſe ſimiles, &
vtriuſque illiberales, quia ab ami-
cis lucrantur, quibus dare oportet,
nihilque pernicioſius morum inte-
gritati. Idem dicunt Seneca & Cæ-
lius Rodigius *lib. 8. Noct. Attic. 7.*
S. Ambroſius *lib. 1. off.* his verbis: Væ
vobis qui luditis, quia flebitis, &
Tullius *lib. 1. off.* ait, non ita generati
ſumus, vt ad ludum & iocum nati
eſſe videamur.

Et iure Canonico *c. clerici, de vita* 13
*& honeſtate clericor.* vbi Abb. & Im-
mola. Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.
22. cap. 2.*

Iure etiam ciuili, vbi multa con- 14
tra eos introducta ſunt, præſumun-
tur vti malè ſubſtantia ſua. Bald. *in
auth. quod locum, C. de collationib.*
Textus *in §. vltimo in prooemio, ff.
veteris.* & ibi Gloſſ. appellantur
hoſtes Reipublicæ. Godefredus *in
l. 1. ff. de Aleatoribus.* & reputantur
pro latronibus, *l. 6. tit. 14. p. 6.* & ibi
Gregorius Lopez verbo *ſean ladro-
nes.* Didacus Perez *in l. 9. tit. 3. lib. 4.
ordinam.*

Et iure Regio: *l. 8 tit. 16. p. 3. l. 1. l. 2.* 15
*ibi mandamos y ordenamos que ningu-
no de los nueſtros Reynos ſean oſa-
dos de iugar dados ni naypes, l. 3. l. 4.
tit. 7. lib. 8. recopilat.* Philipp. Diaz
*in lib. dicto conſiderat. ſpiritual. con-
ſideratione de Incarnatione Domini,
num. 2. fol. mihi, 229. ibi, vn genero
de idolatras ſon los iugadores, pues* 16
*gaſtan muchas oras adorando aquellas
imagenes de los naypes.* Iodocus multa
adhuc refert *in prax. criminali c. 126.
num. 20.* vbi petit ab Epiſcopis vt 17
è ſua diœceſi hoc peſſimum & con-
tagioſum euellant vitium. Plura
congeſſit Azeuedo *in l. 2. tit. 7. lib. 8.
recopilationis n. 31.*

Excipitur tamen ludus ſcacorum 18
qui fuit inuentus per Palomedem
in exercitu Græcorũ cõtra Troiam
ad otiandum milites, & ludus (qui
vulgò dicitur *de las damas*) nam cum
ſolo ingenio ducantur ad otioſita-
tem comprimendam, nullo prohi-
bentur iure. *argumento l. ſolent, 2. ff. de
aleatoribus.* Gloſſ. *in auth. de ſanctiſſi-
mis Epiſcopis, §. interdict.* & ibi Bart.
*num. 3.* Bertachin. *in d. lib. 4. num. 6.*

Vgolinus *de off. & poteſt. cap.* §. 25. Azeuedo *in rubrica ad l.1.tit.7. lib.8. recopilat.* Lancellottus *in templo, lib.2. c.5.§.3.n.17.*

19 Et recreationis cauſa poterit Epiſcopus piſcare dum non ſit in diebus feſtiuis. Sylueſter *verbo piſcatio.* Menochius de arbitrariis, *lib. 2. centur. 5. caſu* 413.*n.*20.

20 Et ſi expedit ſuæ ſaluti, poterit de nocte intrare balnea lauandi cauſa, honeſtate ſeruata. Paulus Borgaſius *de irregularit. part. 6. titulo, vnde habuit ortum excommunicat. n.5. fol.*319.

21 Et licet ab anno de 1170. venatio ſyluoſa ſit prohibita Epiſcopis, *c.*1. 34. *diſtinct.* ſi cauſa recreationis ea vtitur, vt ſuam ſalutem defendat, non ſibi prohibetur. Panormitan. *in can.* 1. *de clerico vexatore.* Sylueſter *verbo venatio.* Menochius *de arbitrar. lib.1. centur. 5. caſu* 413. *num.*13.

21 Si verò ſub excommunicationis pœna prohibeat ne ludatur in ſua Diœceſi, ſi aliqui ex ſubditis cum ipſo Epiſcopo ludant, non incurrunt excommunicationem; quia Epiſcopus conſtitutionibus ſuis non ligatur, & ſubditi quia ſtatim cùm cœperunt ludere, cenſentur diſpenſati ab ipſo Epiſcopo ludente. Rodeanus de ſimonia *tom. 2. part.1. cap.24. num.3.* Ancharran. *in c.canonum ſtatuta. num.* 183. *de conſtitutionibus.* Riccius *in praxi reſol.*162. Panor. *in c.in ordinando, num. 9. de ſimonia.* Marius *de cenſ. tom.1. diſp.10. de cauſa excom. lib.3.c.5. lit.E,* Barboſa multos referens *p.3. alleg.93. num.*27.

22 Non debet Epiſcopus vagari per diœceſim veſtitu mutato, neque in curia Papæ, vel ab ea diſcedere ſine licentia Pontificis, ſeu exire domum ſine proprio habitu. Extrauagans. *vt prælator.* 2. *& extrauag. & ſi deceat,* 3. *de maior. & obed.* Felin. *in c. conſoluit* 24. *de off. & poteſt. indic. delegati, num.* 21. Lancellott. *in templo, lib.1. cap.5.§.3. num.1. &* 5. Vgolinus *de off. & poteſt. part.1. cap.2 §.2. num.4.* Iacobus à Graffis *in deciſionib. aur. lib.3.c.23.* Bertach. *de Epiſcop. part.1. lib. quarti num.2.*

Prohibeátque fieri ludus & cantilenas in ſua menſa: ad quod euitandum debet in principio menſæ fieri benedictio, & in fine gratiarum actio, & mãducare hora tertia rum, & ſeruare ſobrietatem, moderationémque ciborum; & quia in eo loco oriri otioſi ſermones ſolent, vtatur lectionibus ſacræ Scripturæ, *c. pro reuerentia,* 44. *diſt. c. non liceat, eadem diſt.* Lancellott. *in templo, lib. 2. cap. 4. §. 3. de ſolicit. & off. Epiſcopi, num.*16. Vgolinus *part. 1. cap.3. num.* 5. Barboſa *in paſtor. tit. 2. gloſſ.5. num.*14. Videnda ſunt omnino verba ſancti Euſebij Papæ circa Epiſcopi menſam, relata à Gonzalo de Illeſcas *in hiſtor. Pontificali lib. 1. cap.*34. 23

Neque permittat ſe inuitari ad conuiuia, ob ſuæ dignitatis grauitatem ſeruandam vt faciebat Patiẽs Iob, qui non in conuiuiis filiorum aſſiſtebat, neque etiam ad orandum pro eis deſiſtebat: & ſic dicitur *c. 1. lect. 1. cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſancti-* 24
*ficabat illos.* Sed quare Iob non ibat 25
ipſe ad eos ſanctificandos, & vt pro eis holocauſtum offerret. Reſpondit Diuus Thom. Ibi notandum autem eſt, quòd licèt Iob filiis indulgeret vt conuiuia agerent, tamen ipſe ſuam grauitatem conſeruans eorum conuiuiis ſe non immiſcebat, vnde dicitur quòd mittebat ad eos, non quòd ipſe ad eos iret: quia in conui- 26
uiis homines impuritatem contrahunt modis prædictis, ſed etiam

grauio

grauioribus peccatis immerguntur aliquando, vſque ad Dei contemptum, & propter laſciuiam ratione abſorpta, & à reuerentia diuina abſtracta, ſicut in Exodo dicitur: *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*: id eſt, fornicari, & idolis immolare; & ideò Iob non ibat ad eos ſanctificandos, ne & ipſe cum eis macularetur: quia venter mero æſtuans, citò ſpumat in libidinem: vbi libido, ibi dominatur & furor. *c.*

Sępiſſimè enim ibi magna peccata contrahuntur: ſint mihi teſtes Amon filius Dauid, Loth, Balthaſar Rex, Aſſuerus, ac alij innumerabiles.

27 Hîc interrogo, quare famulus ille Iob nuntians filiorum mortem, dixit hæc: *Filiis tuis & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* Dicere namque poterat mortuos eſſe, & tacere duo: primò quòd veſcebantur, & bibebant: ſecundò quòd erant in domo fratris primogeniti. Diuus Thomas *in c. 3. Iob*, primam cauſam ponit hiſce verbis. Ideò dixit, filij tui & filiæ bibebant vinum in domo fratris ſui, vt ex hoc eius mens triſtior foret: quia Iob poterat dubitare eos in ſtatu alicuius peccati fuiſſe morte præuentos, nam propterea ipſe eos ſanctificabat, & holocauſta per ſingulos offerebat, quòd timebat, ne in conuiuiis aliquod peccatum incurriſſent. Non tacuit, quòd in domo primogeniti: nam ex quo illi qui virtutem docturi erant, ſunt primi qui ſcandala fouent, merentur quod à domo ſua incipiat flagellum, ad declarandum fratribus primogenitis, quòd ſi in ſcandalis primi ſunt, erunt etiam primi in punitione. O fratres primogeniti! vtinam vos non nati, ſi ad ruinam veſtram & fratrum in mundum exiſtis: vt Redemptor noſter docet illis verbis: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venerit, melius fuiſſet ei ſi natus non fuiſſet.*

Prædicatis namque, & vultis quod frater minimus virtuosè, ac benè ordinatè viuat, vos verò in concubinatu antiquo permanentes, neque Miſſam celebratis, concionem verbi Dei non auditis, neque horas canonicas recitatis: Parentes etiam in infirmitatibus relinquitis, & tandem exclamatis ſerpentina prudentia veſtras iniquitates colorantes. Teſtis eſt mihi Deus, qui iudicaturus eſt mundum, me valdè contriſtaturum, ſi aut pœnitentiam veſtram non ſperaſſem, aut exemplarem punitionem: vt quod vobis in flagellum à Deo datur, aliis ſit exemplum. Ad Epiſcopos tamen redeo, & dico, ne vt inde incipiat flagellum, vbi cœpit ſcandalum, timeãt accedere ad conuiuia, ob peccata euitanda, & ob puritatem animi & grauitatem ſuæ dignitatis conſeruandam.

Sed quia diximus debere Epiſcopum ſeruare ſobrietatem, & moderationem ciborum, aduertere exiſtimaui non ſtrictè intelligendum, quòd nõ poſſint quotidie vti tribus aut quatuor ferculis diuerſis: in feſtiuitatibus autem & diebus ſolemnibus ſex aut ſeptem. Probatur ex textu *in c. vbi periculum, de elect. lib. 6. §. in cõclaui.* ibi enim tã Epiſcopis, quàm Cardinalibus Diaconis habere vnũ tantùm ferculum non diuerſum permittitur: tunc enim fit vt abſtinentia ſtimulati, exire de conclaui quàm citò commodè poſſint, Papam eligi procurent, & non diuerſum, ne fraus vel dolus cõmittatur: cõmitti enim 27 28 29

facillimè poterat ſi communicaſ-
ſet vnus alteri ferculum ſuum,
& ideò in illo caſu non eis plu-
ribus vti ferculis diuerſis con-
ceditur. Ergo in quotidiana menſa
aliis & diuerſis vti, ſi Epiſcopatus
reditus ſufficientes ſunt, non prohi-
betur; & quæ de Cardinalibus di-
cimus, de Epiſcopis intelligendum
30 eſt: quia inter eos, vt notum eſt,
multi ſunt Epiſcopi. Et ſic dicere
poſſumus licere Epiſcopis vti (mo-
deratione ſeruata) pluribus fercu-
lis, ſicut clariſſimis & illuſtribus li-
cet perſonis. *l.* 1. §. *mulier. l. habitatio*
4. *in fine*, *ff. de ventre in poſſeſſionem*
*mittendo.* Selua *de beneficiis*, *part.* 7.
*num.* 1. *in fine.* Ancharranus *in Cle-*
*mentina ad noſtrum*, *num.* 11. *de cenſi-*
*bus.* vbi dicit, quòd Epiſcopi non
31 debent cogi veſci cibis paucis & vi-
libus, & pauperum, vt religioſi: ſed
in hoc caſu præcipuè quantitas re-
dituum, & Epiſcopi qualitas debet
conſiderari, vt dicit Selua *de benefi-*
*ciis*, *part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 176. quia
Concilium Tridentinum non tollit,
quin Epiſcopus habito reſpectu ad
prædicta viuat. Argument. textus
*in cap. illud* 10. *quæſt.* 3. Menochius
de arbitrariis, *lib.* 6. *caſu* 520. *num.* 13.
*&* 14. Lancellottus *in templo lib.* 2.
*cap.* 5. §. 3. *num.* 19. Vgolinus *de offic.*
*Epiſcopi. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 5.
32 Et etiam ſi nobilis ſit ſuæ domus
oſtentationem & expenſas non de-
bet facere ſecundum ſuam nobili-
tatem, ſed iuxta Epiſcopatus redi-
tus, ſi non habuerit, aliunde id fa-
ciat. Argument. text. *in cap. quoniam*
*de vita & honeſtate clericorum.* Vita-
lis Cambanus *in clauſul. & conclu-*
*ſione vtriuſque iuris*, *num.* 13. *fol.* 13.
33 & etiam attendenda eſt loci con-
ſuetudo circa ea, ne dignitas Eccle-
ſiaſtica vileſcat, *tex. in can. Epiſcopi,*
*cum ſequentibus*, 80. *diſt.* Barboſa *in*
*paſtorali tit.* 2. *gloſſ.* 7. *num.* 9.

Quæ ſeruanda & attendenda eſt 34
etiam circa familiam, nam ſi con-
ſuetudo loci & quantitas reditus id
permittant, plures famulos & do-
meſticos habere poterit: probatur 35
ex eo quia antiquitus magnam fa-
miliam Epiſcopos habuiſſe conſtat,
teſte Fileſaco. *de ſacra Epiſcoporum*
*author. cap.* 16. allegans textum *in*
*cap.* 15. Concilij Ticonenſis ſub Lu-
douico II. celebrato, vbi hæc: Epi-
ſcopi huiuſmodi ſint diſpenſa in vi-
ſitatione contenti: panes centum,
friſtingas quatuor, vini ſextaria
quinquaginta, pullos ſeptem, oua
quinquaginta, agnum vnum, a-
uenam ad caballos modios ſex, fæni
corbes tres, mel, oleum, cerã, quod
ſufficit. Ac ne in immenſum excreſ-
ceret in Concil. Toletan. 7. cap. 4.
quantum ad viſitationem modus
fuit præſcriptus: *vt in can. cum Apo-*
*ſtolus*, *de cenſibus*: & *in can. cum ad*
*quorumdam*, *de exceſſibus Prælatorum*:
& ad comprobationem facit illud 36
Caſſiodor. *lib.* 4. *variar. epiſtol.* 3. vbi
dicit, ad ornatum palatij Epiſcopi
pertinere aptas dignitatibus perſo-
nas eligere, quia de claritate ſer-
uientium creſcit fama dominorum.
Barboſa *in paſtorali tit.* 2. *gloſſ.* 16. *num.*
9. Illeſcas *in hiſtoria pontificali lib.* 2.
*cap.* 1. vbi latè agit, quomodo Epi-
ſcopis ab antiquo permiſſum, habe-
re magnam familiam, amplas poſ-
ſeſſiones, & ſumptuoſa palatia. Selua
*de beneficiis quæſt.* 5. *part.* 1. *num.* 179.
*in fine.* Lancellottus *in templo*, *lib.* 2.
*cap.* 5. §. 3. *num.* 19. ne ſuæ dignitates
vileſcerent, & in reprehenſionem 37
inciderent; & quod ex moderato
famulorum numero reprehenſione
digni fuiſſent, patet ex Cardinali
Baronio, apud Spondanum anno
domini 603. Gregorij Magni 14.
*num.* 2. vbi hæc inter alia multa,
quæ

quæ hoc anno in adminiſtratione
vniuerſalis Eccleſiæ idem Pontifex
peregiſſe reperitur. Paſcaſium Nea-
politanum Epiſcopum acriter re-
darguendum curauit, quòd ita quo-
tidie deſpectus cum vno aut duo-
bus clericis diceretur ad mare deſcẽ-
dere, vt & apud ſuos in fabula eſ-
ſet, & extraneis ſic vilis ac deſpi-
cabilis appareret, vt nihil habere
Epiſcopalis vel ingenij, vel reue-
rentiæ videretur. Ex quibus intelli-
gas, non recens eſſe, vt Epiſcopi
pluribus ſtipati famulis incedant,
ſed quàm maximè antiquitus cuſto-
ditum à Deo, vt Pontificia cenſere-
tur reprehenſione dignus, qui id
minus obſeruaret. Hactenus Baro-
nius.

Nihilominus tamen in ea reſideo
opinione, quæ fuit Ioannis Gerſon
*in 2.part. ſuor. operum.* & Fratr. Bar-
tholomæi à Martarib.ac etiam Bar-
boſæ *in paſtorali tit. 2. gloſſ. 7.num.9.*
38 quòd ſecurius erit Epiſcopis decli-
nare ad auſteritatem vitæ,in menſa,
veſtibus,ac numero famulorum, &
reliquis pertinentibus ad ſtatum
ſuum, quàm cum hominibus ſæcu-
laribus in talibus conformari: vi-
uentes autem faſtuosè potiùs ſunt
ambitionis,cupiditatis, & vanitatis
exemplum, dum ſuos ſubditos ad
ſimilia compellunt ſuo exemplo,
quàm venerationis & reuerentiæ
fautores.

39 Debet etiam familiares ſuos in-
ſtruere atque erudire, ne ſint riſoſi,
vinoſi, cupidi, elati, blaſphemi,&
voluptatum amatores, vt vitia fu-
giant, & bonos amplectantur mo-
res. Concil. Trident. *de refor.ſeſſ. 2.
cap.1.* Suarez de pax. *in praxi tom. 2.
part.4.cap.vnico.num.1.* Lancellottus
*in templo,libr.2.cap.5.§.3.num.6.*Vgo-
linus *de offic. Epiſcopi,part. 1.capit.3.
num. 5.* Barboſa *titul. 2.gloſſ.16.n.10.* 40

Vtrum familiares Epiſcoporum
vti poſſint meliori ornatu & indu-
mentis pretioſioribus quàm alio-
rum dominorum famuli, quæritur?
Reſpondendum enim eſt, quod ſic:
Argument. textu. *in l. ſed ſi quid, la
primera. §. 1. verſ. ſi nam librarium.* 41
ibi: ſufficienter alere & veſtire ſe
debet ſecundum ordinẽ, & dignita-
tem, *ff. de vſufruct.* Ioannes de Deo
*libr.1.cauillationum,cap.2.num.2.*Pe-
regrinus *conſ.81. num.15.tom 3.conſil.*
Nicolaus Boherius *de auth. magni.
conſil. num. 29.* Angianus *controuer-
ſiar.lib.3. controu.20.n.2.& 3.*Meno-
chius *de arbitrariis lib.2.centur.2.ca-
ſu159.num.5.* Didacus Perez. *in l. 1.
tit.1.lib.4.ordinam.verſ. per veſtes au-
tem:* Bart. *in auth. de non eligendo ſe-
cundo nubentes §. illud quoque,num. 3.
collat. 1.* multos citat Surdus *de ali-
mentis, tit. 4. quæſt. 18. num.1.* & per
iſtum textum, inquit Baldus, quòd
melius debet ire indutus Abbas 42
quàm Monachus, & Monachus
quàm conuerſus, & Magiſter in
Theologia quàm alij fratres. Selua
*de beneficiis, quæſt. 7. part. 3. num. 2.*
Didacus Perez. *vbi proximè:* & re- 43
fert illud Senecæ,quando vxori Ne-
ronis, Indue te delicatè chariſſima,
non propter te ſed propter hono-
rem imperij,ſic etiam dicendum eſt
Epiſcoporum famulis, non propter
ſe,ſed propter honorem Epiſcopalis
dignitatis. Facit textus *in l. habita-
tio.ff.de ventre in poſſeſſionem mittendo.*
Ex quo colligitur quòd nobilium
famuli melioris ſunt conditionis,
quàm famuli plebeiorum. *ca. ſi à
ſede,31. de præbendis & dignitatib. lib.
6.l.in albo, 2. ff. de albo ſcribendo.* Ni-
colaus Boherius *vbi ſup.num.17.* Re-
buffus *in prax. regula de reſcriptis ad
beneficia vacantia, num. 29. & 30.* &
ita

ita pulchrè inquit, *gloſſa in c. vt Apoſtolica, de priuilegiis lib. 6. verbo digni-*
44 *tatum.* Quòd Doctores diuerſo & pretioſo ornatu vti debent, vt melius Doctoratus dignitas demonſtretur, & vt ab aliis ſecernantur ſcholaſticis: ita enim Dominorum Epiſcoporum famuli, vt ab aliis Dominorum famulis differant, debent & poſſunt vti meliori & pretioſiori ornatu.

45 Neque hæc vllo modo aduerſus ea, quæ in Concilio Tridentino *de reformat. ſeſſ. 2 cap. 2.* habentur, repugnant: inquit enim ſacrum Concilium, Epiſcoporum famulos tam in veſtitu quàm in cultu debere honeſtatem demonſtrare, ſicut Miniſtrorum Dei miniſtros decet: ſed ibi non vetat, vt ſe ſericis indumentis induant, tantùm quidem commendat quòd ſint honeſti; ergo noſtræ aſſertioni non aduerſatur Concilium.

46 Sed quid de Dominis ac Dominis meis Epiſcopis? Reſpondeo debere vti veſtibus fulgidis, & honeſtis. *c. omnis iactantia, 21. q. 4. c. clerici de vita & honeſtate clericorum, l. 39. tit. 5. p. 1. ibi ca deben traer ſus pannos cerrados, e non cortos ni traigan manga coſediça, nin capato a cuerda.* & ibi, *ni traigan capas con mangas, ni otro ſi non deben traer bronchas, nin cintas cõſcbillas doradas e otro, ſi deben traer coronas grandes e los cabellos tan cortos, que les pareſcan las orejas.* & ibi Gregorius Lopez & Bertach. *lib. 4. num. 13.*

47 Antiquitus tamen Papa & Epiſcopi eodem veſtimento vtebantur, colore, & modo. Ioannes Trullus *in regula Canonicorum regular. lib. 1. cap. 13. num. 2.*

48 Cardinales verò eadem veſtimenta geſtabant quàm cæteri clerici; ſed Innocentius I V. Celeſtini I V. ſucceſſor propè annum Domini de
1246. aut de 1250. quòd poſſint vti 49
galero, & pileo rubeo conceſſit; poſtea verò Paulus II. qui Pio II. ſucceſſit, quod ſerico eſſet indulſit. Menochius *de arbitrariis lib. 2. centur. 2. caſu 185. num. 42.* Petrus Gregorius *ſyntagmat. part. 2. lib. 15. cap. 4. num. 11.* Hieronymus Roman. *en ſu republica lib. 3. cap. 1.* idem Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 4. caſu 392. num. 8.* Platina *in vita Innocentij IV.* Lancellott. *in templo, lib. 2. cap. 2. de inſtit. Cardinalium, in pr fol. 141.* Alphonſus de Villegas *in vita Diui Hieronymi fol. mihi 331.* Ioſeph de Siguença *in vita Diui Hieronymi fol. mihi 332.* Ioſeph de Siguença *in vita Diui Hieronymi diſcurſu 6.* Sacia *de Iudiciis, lib. 1. cap. 11. num. 86.* Ciacon *in tractatu quòd Diuus Hieronymus fuit Cardinalis, fol. 13. col. 2.* Camillius Borrellus *in Summa deciſionum titulo 5. de Cardinalib. num. 13. fol. 15.*

Cardinales autem regulares ante decretum Gregorij XIV. quod eſt in nouo bullario, ſub *num 2. tom. 2.* non poterant portare birretum rubrum, ſed nigrum. Felicius Contelorius *de præcedentia religionis Pradicatorum, q. 1. n. 44.*

Poſtea Paulus idem ſecundus anno de 1464. quòd poſſint veſtibus rubeis vti, & in equo phaleris rubeis ornato vehi conceſſit. Andreas Siculus *de preſtantia Cardinalium Baſilica 1. part. 1. num. 47.* Ioannes Garcia *de nobilitate gloſſ. 48. §. 3. n. 52.* Lancellotus, Hieronym. Roman. Siguença, Camillius Borellus, & Ciacon *vbi ſuprà.* Vincẽtius Filucius *de ſtatu clericorum, tract. 41. cap. 1. num. 40.*

Illeſcas verò *in vita Innocentij IV. lib. 5. cap. 35.* contrarium tenet, nempe 50
ab Innocentio IV. illis fuiſſe conceſſum vti veſtibus rubeis: eius verba

verba hæc ſunt; *Innocentio quarto
acrecento extrannamente la Mageſtad
y pompa de los Cardenales, dando les
priuilegio de que anduuieſſen a cauallo,
y que vſiſen el ſonbrero bonete y habito
de purpura.* Sed aut lapſum eſſe di-
cendum eſt, ſiquidem tot authores
contra ſe habet, aut quod mihi
magis veriſimile videtur, quod li-
cèt Innocentius I V. conceſſit,non
cœperunt vti veſtibus purpureis
vſque ad Pauli II.tempora.

51 Hodie verò debent ſemper Epi-
ſcopi vti rocheto, quod eſt indu-
mentum lineum & album. *c. clerici,
de vita & honeſtate clericorum.* & ibi
Abbas *num* 4.*l.*39.*tit.*5.*part.* 1. ibi, *e
aun tubo por bien la ſancta Madre
Igleſia, que no andubieſſen menos que
con camiſſa Romana ſobre los otros pãnos.*
& ibi Gregorius Lopez *cæremoniali
Epiſcopor. lib.*1.*cap.*1. Ioann.Trullus
*in regul.canonicor. regul. lib.* 1. *cap.*13.
Syluester verbo Epiſcopus, *num.*10.
Lancellott. *in templo, lib.* 2. *cap.* 5.
*num.*11.

52 In camera & in domo eo non
vtatur, vt ſe exiſtimet collegam
Sacerdotis eſſe. Abbas *in d.c.clericis.
de vita & honeſtate, num.* 4. Lancel-
lott.*ſuprà num.*16.

53 Et cum collega Sacerdotum ſit,
pudeat Epiſcopum,qui permittit(vt
54 multoties vidi) Sacerdotes genufle-
xos loqui, ſciat namque illos non
eſſe vaſſallos,ſed filios, & quòd non
debet permittere ſi ipſe ſedet, quòd
Presbyteri ſtent.Lancellottus *in tem-
55 plo,lib.*2.*cap.*5.§.3.*num.*8. Sunt enim
conſiliarij ſui & aſſeſſores, ita eos
vocat Diuus Ignatius in Epiſtola ad
Tralianos, & eximius Ioſeph de Si-
guentia prudentia & religione cla-
56 rus, magni Cardinalis Hieronymi
feliciſſimus filius, & tanti Patris
Chroniſtes egregius, loco citato.
Pineda *en ſu Monarchia tom.* 1. *lib.*1.
*cap.*2.§.2 *fol.*5. hiſce verbis,*el presby-
terado no es otra coſa que vn colegio ſa-
grado de conſiliarios y aſſeſores del
Obyſpo.*

Epiſcopus poteſt vti mozetta. 57
Vgolinus *de off. & poteſt. Epiſcopi p.*1.
*cap.*3.*num.* 6.Cæremonialis Epiſco-
porum *lib.*1.*cap.*1.*&* 2.

Indumentum enim quod com- 58
muniter Epiſcopi portant, vulgò
mantelete, in diœceſi propria non
eſſe permiſſum conſtat ex textu,*in c.
at ſi clerici,de vita & honeſtate clericor.*
vbi expreſsè cauetur quod ſuper in-
dumentis vtatur rocheto diſcooper-
to: vt ex illo textu hoc colligit
Abbas *num.* 4. Et apud neminem
inueni debere Epiſcopum intra
diœceſim portare mantelete. Man-
telete enim ideo introductum ad
rochetum cooperiendum extra diœ-
ceſim, vel in præſentia Legati à la-
tere: exemplum erit in Dominis
Cardinalibus,eum non portantibus 59
in abſentia Domini Papæ, & ideo
quando in conclaui congregantur,
ſede Papali vacante eo non vtuntur;
ſed rochetum diſcoopertum geſtāt:
quia tunc omnes ſunt pares: & ha-
bent ius collegij. Hieronymus Ro-
man.*en ſu republica Chriſtiana lib.* 1.
*cap.*2.*col.*5.§. *quando quieren.* & ideò
tam breue eſt mantelete, quòd non
extenditur niſi ad extremitatem ro-
cheti: licet iam apud noſtrates Epi-
ſcopos receptum ſit per abuſum,
quòd longum ſit, & quod extenda-
tur vſque ad pedes.

Et poteſt vti veſtimentis viola- 60
cei coloris, rubeis tranſuerſis. Cæ-
remonialis Epiſcopor. *lib.*1.*c.*1. *&* 2.
Ioannes Garcia *de nobilitate.gloſſ.*48.
§.3.*num.* 52. Lancellottus *in templo
lib.*1.*cap.*5.§.3.*num.*14. Hieronymus
de Leyua *in lib.dicto Examen Epiſco-
porum,lib.*4.*cap.*17.*num.*1.

Et poteſt etiam ſe induere pur-

pura, & cendato, quod eſt veſtimentum Regum, & Cardinalium. Lancellottus *vbi proxim.*

61 Quatuor Patriarchæ principales veſtimentis purpureis ad inſtar Papæ vti poſſunt, & equo albo phalerato fræno, & calcaribus deauratis, ad inſtar Legati de latere. Celius Zechus *de republica Eccleſiaſt. titulo de ſtatu illuſtr. legati, num. 4. verſ. vlterius.* Barboſa *in paſtoral. titulo 3. cap. 1. num. 32. fol.* 118. at verò Hieronymus Roman *en ſu Republica Chriſtiana cap. 5.* vbi multa refert de antiquitate Patriarchalis dignitatis, & ibi hoc priuilegium ad omnes Patriarchas extendit. Ioannes Garcia *de nobilitate gloſſ.* 48. §. 3. *num.* 52. Gambarus *de poteſtat. Legati de latere, lib. 2, titulo* 1. *de variis ordin. n.* 21.

62
63 Poteſt etiam Epiſcopus vehi in equo violaceis phaleris ornato. Cæremonialis Epiſcopor. *lib.* 1. *cap.* 2. *&* 4. *col.* 4.

64 Et portare eam cappam more Prælatorum curiæ Romanæ, qui ea vtuntur in capella Papæ. Lancellottus *ſupra d. c. 5. num.* 20.

65 Et galero nigro, laneoſerico viridi ſuffulto vti poteſt, cum cordulis, ac floccis ſericis, viridibúſque, quamuis Epiſcopus ſit regularis. Cæremonialis Epiſcopor. *lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. Hieronymus de Venero *Exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 17. num.* 1. & Barboſa *in paſtorali. part. 3. alleg. 6. num. 9.* vbi dicit, quod debet habere galerum duplicis formæ: vnum, quo in ſolemnibus equitationibus vtatur, alterum ſimpliciorem: vtrumque tamen ex lana & ſerico viridi exornatum.

67 Et poteſt portare annulum gemmatum in quarto digito à pollice manus ſiniſtræ. *c. clerici, de vita & honeſt. clericorum.* Gloſſ. *in c. Apoſtolic. de priuilegiis, lib.* 6. Ioannes Randei *de diſpenſationibus, in 2. membro tractatus propè finem.* Sylueſter *verbo indulgentia, num.* 10 *& verbo Epiſcopus, num.* 1. Petrus Gregorius *ſyntagmatum lib. 15. p. 2. cap. 12. num.* 39. Abbas *in c. licet, de tranſlat. Epiſcopi, num.* 5. Speculator *lib. 1. part. 1. titulo de diſpenſ. §. 5. num.* 23. Lancellott. *in templo, lib. 2. c. 5. n.* 14.

Et ideò in quarto digito à pollice manus ſiniſtræ: quia dicunt in ipſo digito venam eſſe, quæ à corde procedit *c. fœminæ 30. quæſt. 5.* Iſidorus *lib. 2. de off. cap.* 15. Aulus Gellius *Noctium Atticar. lib. 10. cap.* 10. Macrobius *lib. 7. Saturnal. cap.* 13. Polid. Virgilius *de inuent. rerum lib. 2. c.* 21. Plinius *lib.* 33. *cap.* 1. Bernardus Maſienço *in rubrica ad lib. 5. recopilationis. gloſſ. 1. num.* 4.

Extra diœceſim autem ſine licentia Ordinarij poterit Epiſcopus portare rochetum coopertum *con el mantelete*, mozettam, galerum cum cordulis, ac floccis viridibus & ſericis, annullum gemmatum, & cappam longam, & facere ſibi defferri à Capellano caudam: iſta enim non ſuperioritatem ſed grauitatem denotant; vt ex eis, & raro ac moderato greſſu grauitatem oſtendat mentis. Panormitan. *in c. antiqua, de priuileg. num. 10. & in c. 1. vt lite pendente, num.* 7. Ancharranus *in clementina, quamuis de foro competenti, n.* 2. Sylueſter *verbo Patriarcha. verſ. ex quo infertur.* Iacobus à Graſſis *in deciſ. lib. 3. cap. 2. num.* 10. Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. num.* 17. Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 467. num. fin. tom.* 3. Barboſa *in paſtorali, tit. 3. cap. 1. num.* 23. 68

Et hoc intellige, licèt ſit in præſentia cuiuſuis magni Principis ſæcularis; nam cùm eum præcedere debeat, vt inquit Abbas *in c. omnes, de maioritate & obedient. num.* 1. & 69

Cæremo

Cæremonialis Epiſcoporum *lib.* 1. *cap.* 4. nihil detrahere debet de his, quæ dignitatis ſuæ propria ſunt. Egregiè Conc. Trid. *de reform. ſeſſ.* 25. *cap.* 17.

69 Habitus enim Epiſcoporum, ab habitu Canonicorum regularium trahit originem: nam antiquitus Epiſcopi erant Canonicorum regularium Præſides, ſiue præfecti, & cum illis conuiuebant. *c. neceſſaria* 2. *quæſt.* 1. *c. in noua* 16. *quæſt.* 7. *c. in omnibus, de conſecrat. diſt.* 5. Ioannes Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum aut. cap.* 13. §. 7. *fol.* 151. Canonicorum habitus, rochetum & mozetta erat: & cùm eorum habitum tunc geſtarent Epiſcopi, per diuturnam conſuetudinem introductum fuit etiam deficientibus Canonicis regularibus eum non mutare, ſed cum illo vſque ad noſtra tempora permanere, in prioris regulæ memoriam. Ioannes Trullus *in regula Canonicor. regular. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. & 5.

70 Neque propter hoc exiſtimes eos & nunc eſſe Canonicos regulares: nam, vt diximus in ſua conſecratione, nullum votum emittunt, neque ſe ad aliquid obligant, niſi ad ea, quæ ratione ſacerdotij tenentur, & ad Papalem obedientiam, & fidelitatem, & ad ea, de quibus *in c. ego, de iureiurando.* Ioannes Trullus ſuprà: neque antiquitus quando cum clericis ſuis conuiuebant, aliqua vota vltra prædicta emittebant: neque aliud faciebant niſi præſidere, & regere clericos ſuæ Eccleſiæ ſeruitio dicatos, ordinatè & iuxta ſanctorum Patrum canones viuentes,

71 ex quo dicti ſunt Canonici, id eſt, Clerici ſecundùm ſacros canones, & Eccleſiaſticas regulas viuentes, à quibus Epiſcopi diſtinguebantur, ſicuti Magiſter à diſcipulo, & Præſes à Conſiliario; erant namque Epiſcopi eorum Præſides, ac Caput, ſub cuius poteſtate prædicti clerici Canonici viuentes degebant. Fileſacus *licet obſcurè. d. c.* 13. §. 7. *fol.* 151.

Sed ni fallor Epiſcorum habitus Peregrinorum ſimilis eſt, & mirabiliter noſtra Mater Eccleſia Spiritu diuino ducta, illis peregrinorum conceſſit veſtes, qui ad cæleſtem 72 nos ducunt patriam, & ſunt viatorum & peregrinorum duces: omnes enim in hac miſerabili vita aduenæ ac viatores ſumus, ſine loco, aut ciuitate permanente. Diuus Paulus *ad Heb.* 13. pertranſimus velociores curſore, quaſi naues poma portantes, & ſicut aquila volans ad eſcam, de vtero transferimur ad tumulum; quaſi flos egredimur, & conterimur, & fugimus ſicut vmbra, numquam in vno ſtatu permanentes.

Et ita Patriarchæ Abraham, Iſaac, & Iacob, qui in vita, & in omnibus noſtrorum exemplar fuerunt. Diuus Paulus 1. *Corinth.* 10. numquam Ciuitates permanentes habuerunt, habitationes enim eorum peregrinationes dicebantur: Geneſ. 12. & 16. Pineda *in ſua Monarchia Eccleſiaſtica, tom.* 1 *lib.* 2. *cap.* 13. §. 3. Ideò enim noſtra Mater Eccleſia illos, qui ante nos ſtant, vnde dicti Antiſtites, & nos ducunt ad cæleſtem patriam, Patriarcharum more ornauit, & peregrinorum veſtes induit: vt nos videntes illos, calcaribus (vt ita dicam) calceatis, & peregrinorum veſtes indutos, quaſi homines ſe viæ committentes, & nos aduenas eſſe intelligamur, & melius recordemur patriã noſtram cæleſtem Sion. Nam mozetta, rochetum, mantelete, baculus paſtoralis, & galerus magnus cum cordulis, quid aliud eſt, quàm pere-

H 2

grinorum ornatus, qui loco mo-
zettæ vtitur folliculo, & mantelete
ſeu rocheti, veſte longa. Sed in
Epiſcopo album eſt rochetum, ad
denotandum puritatem, & vitæ
claritatem in Epiſcopo requiſitam:
& loco bacilli, baculo paſtorali, &
galero magno cum cordulis, ſimile
peregrinorum: ſic etenim, ſanctiſ-
ſimi Epiſcopi, Patriarcharum &
peregrinorum more ſignauit vos
noſtra Mater Eccleſia, vt illorum
vitam & peregrinationes imitantes,
in hac vita non deſideretis aliquid
perpetuum, ſed ſicut ceruus ab æſtu
afflictus deſiderat vmbram, qua re-
frigeretur; & mercenarius præſto-
latur finem operis ſui, ita & vos ad
cæleſtem patriam pergentes, ſine
vlla in mundanis diuitiis ac deliciis
commoratione ad portum mortis
confugite, & tunc dabit vobis Do-
minus coronam iuſtitiæ rectus iu-
dex, & finalem pro bonis retribu-
tionem.

73 Quid autem dicendum ſit de
Epiſcopis regularibus; reſpondeo,
quòd non poſſunt vti rocheto, vt
Epiſcopi ſæculares, neque habitum
regularem dimittere. *c. clerici, de vita
& honeſtate clericor.* Gloſſ. *in c. in noua
16. quæſt.* .l. 39. *tit.* 5. *p.* 1. ibi, *fueras ende
ſi algunos hubieran ſido frailes ca eſtos
non deben deiar ſu habito. l.* 26. *tit.* 7.
*part.* 1. ibi, *pero debe traer ſu habito.*
Abb. *in d. c. clerici. num.* 5. Cæremo-
nial. Epiſcopor. *lib.* 1 *cap.* 1. & 3. Diuus
Thomas 2. 2. *quæſt.* 85. *art.* 8. *num.* 50.
Angelus & Syluester *verbo ordo,*
*num.* 9. & iſte, *num.* 10. idem Sylueſt.
*verbo religio,* 6. *num.* 10. Cardinal. *in
clementina* 1. *de ſtatu Monachor. n.* 9.
Petrus à Biaxio *in director c.* 6. *part.* 2.
*num.* 2. Toletus *in Summ. lib.* 5. *cap.* 4.
*num.* 20. Ioannes Trullus *in regul.
canonicor regular. lib.* 1. *cap.* 13. Stepha-
nus Gratianus *diſceptat foren. c.* 467.

*Antonius Fernandez in examine Theologia p.* 4. *c.* 7. *§.* 1. *n.* 3.

*tom.* 3. Ioannes de la Cruz *in director.
lib.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 7. Lambertinus *de
iurepatronatus part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 19.
*art.* 2. Vgolinus *de off. Epiſcopi, part.* 1.
*cap.* 3. *num.* 6. Sa *verbo Epiſcopus, n.* 11.
Surdus *de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 79.
*num.* 7. multos refert Sanchez *in
ſumm. de religione tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 6.

Et ſi habitu regulari dimiſſo 74
reaſſumat rochetum, excommuni-
cationem incurrere teſtantur. Car-
dinalis *in Clementina* 1. *de ſtatu Mo-
nachorum num.* 9. Iaſon *in l. ingreſſi, c.
de Sacroſanctis Eccleſiis, num.* 16.
Sylueſter *verbo religio,* 7. *quæſt.* 11.
Surdus *vbi proxim. num.* 9.

Contrarium defendunt, nempe
non incurrere excommunicationem
etiam ſi aſſumat rochetum: Ema-
nuel Rodriguez *in compendio, verbo
Epiſcopus,* & cum multis Sanchez
*vbi proximè num.* 23. Barboſa verò
*in paſtorali titulo* 1. *cap.* 4. *num.* 17. cum
Fuſco *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 11.
inquit, peccare grauiter licet ex-
communicationem non incurrat.

Ratio eſt: nam licèt Epiſcopus 75
regularis eximatur à monaſtica re-
gula à die confirmationis. Sanchez
*de religione tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 6 *num.* 32.
quantum ad obedientiam debitam
Prælatis, quæ commutatur in Pa-
pam, & ſic manet obligatus obedi- 76
re Pontifici vltra generalem ratio-
nem peculiari voto: itaque tripli-
citer manet obligatus: primò quia
fidelis, & ſub lege Dei. Secundò,
quia Religioſus. Tertiò, quia Epi-
ſcopus. Sanchez *vbi ſupra num.* 3.
Eximitur etiam quantum ad ſilen-
tium, ieiunia, vigilias, & cætera,
quæ Epiſcopali ſtatui repugnant.
Gloſſ. *in c. clerici, de vita & honeſtate.*
& ibi Scribentes *c. vnico,* 18. *quæſt.* 1.
Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 8.
Paulus Borgaſius *de irregular part.* 6.
*titulo de ſponſalib. & matr. num.* 63.

*Antonius Fernandez in examine Theologia p.* 4. *c.* 7. *§.* 1. *n.* 3.

Surdus

Surdus *de alimentis, tit. 8. priuil.* 79. *num.* 7. Rodriguez *tom.* 2. *quæſt.* 58. *art.* 3. At verò à voto continentiæ perpetuæ paupertatis, & habitus dilatione non abſoluitur. Diuus Thomas, Sanchez, Abbas, & Cardinalis. Azor *inſtitution. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *l.* 26. *tit.* 7. *part.* 1. *ibi pero debe traher ſu habito e guardar caſtidad, e non haber propio.* & ibi Lupus, Ioannes de la Cruz *in direct. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 7. Couarruuias *de teſtament. cap.* 1. *num.* 18. Toletus *in ſumm lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 20. Armilla *verbo Epiſcopus, num.* 22. & Sa *n.* 11. & Rodriguez Syluester *verbo religio,* 6. *num.* 10. Vgolinus *de off. & poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 6.

*Antonius Fernandez ſuprà.*

77 Idem dicendum eſt de Cardinali regulari: Vgolinus Abbas, & Ioann. Trullus *in regul. canonicor. regular.* 113. *num.* 1.

78 Cardinalis regularis ſi ad legatiam mittatur cum titulo Legati à latere, & mare tranſeat, poterit vti veſte rubea, palafræno albo, fræno deaurato, & cæteris inſigniis Legato ſæculari competentibus. Andreas Gambarus *de offic. legati, num.* 24. *fol.* 25. Pariſius *de reſignatione, lib* 7. *quæſt.* 13. *num.* 8.

79 Et Papa regularis poteſt habitum regularem dimittere, & aſſumere Pontificalem. Fuſcus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 50. Hieronymus Manfredus *de Cardinalib. num.* 252. Rodriguez *tom.* 2. *quæſtionum regular. quæſt.* 58. *art.* 7. & Vgolinus *ſuprà.*

80 Sed iam ex noua conſtitutione cautum eſt, quòd Epiſcopus regularis licèt titularis ſit, vtatur mozetta, & mantelete eiuſdem coloris ſui habitus, & pileo nigro, & galero viridi ſuffulto. Cæremonialis Clementis VIII. *lib.* 1. *cap.* 1. *part.* 3. Emanuel Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras. cap.* 68. *num.* 6. Vgolinus *de offic. & poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 6.

*Antonius Fernandez in examine Theologia p.* 4. *c.* 7. *§* 1. *n.* 4.

Vtrum Epiſcopus regularis, qui 81
ex conſtitutione ſuæ regulæ carnibus vti non poterat, vel aliquibus ieiuniis aſtrictus erat, ad ea ſeruanda teneatur: in hoc enim eſt duplex opinio: nam Gloſſ. *in c. de Monachis* 16. *quæſt.* 1. *& in Clementin.* 2. *de celebration. Miſſarum,* & Hugo *in c. carnem de conſecrat. diſtinct.* 5. Iacobus à Graſſis *in deciſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 18. tenent poſſe carnibus vti, & non teneri ſeruare ieiunia.

Contrarium affirmant Toletus *in Summ. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 20. Surdus *de alimentis tom.* 1. *tit.* 8. *priuileg.* 79. *num.* 9. Iaſon *in auth. ingreſſi. c. de Sacroſanctis Eccleſiis, num.* 16.

Archidiaconus autem *in d. c. de
Monachis* 16. *quæſt.* 1. ſic diſtinguit;
aut poteſt abſtinere à carnibus ſine
ſcandalo, & ſeruare ieiunia ſuæ re-
ligionis, & alias pœnalitates, ſine
impedimento & dedecore ſuæ di-
gnitatis, aut non poteſt: & nihilo-
minus licèt poſſit, & non ſeruet, 82
non peccat mortaliter: neque tene-
tur abſtinere à carne in die Natiui-
tatis ſi venerit in feria ſexta. Quam
diſtinctionem ſequuntur. Abbas *in
c. clerici de vita & honeſtate clerico-
rum, num.* 18. Armilla *verbo Epiſco-
pus, num.* 8. Vgolinus *de offic. & poteſt.
Epiſcopi part.* 1. *cap.* 3. *num.* 6 Couar-
ruuias *de teſtamentis, cap.* 1. *num.* 18.
Fuſcus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 51.
multos refert Sanchez *in Summ. de
religione lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 18. Barboſa
*in paſtorali, tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. Ro-
driguez *in tom.* 4. *cap.* 68. *num.* 7. vbi
dicit, quòd Epiſcopi regulares de-
bent eſſe cauti in his obſeruandis,
nam ex eo ſcandala oriri poterunt,
cùm viderint ſubditi regularem
Epiſcopum non viuere ſecundùm
ſuæ Religionis ſtatuta: & ita apud
Patres Dominicanos extat conſtitu- 83

tio, quòd Prouinciales & Priores Epiſcopos ſuæ religionis in ſua prouincia commorantes admoneant, vt ſe conforment in obſeruantiis regularibus, cum ſuo ſtatu non incompatibilibus; quod ſi recuſauerint, tollant regulares ſocios quos habent, & erit ſupplicium relinquere eos ſine ſociis. Hactenus Rodriguez.

84 Epiſcopus regularis ſi relinquat Epiſcopatum, quòd tenetur ad religionem redire. Ferdinandus del Caſtillo *in hiſtoria generali* Diui Dominici *lib.2.part.1.cap.20.col.4.fol.* 280. Barboſa *in paſtorali tit.1.cap.4. num.* 8. vbi dicit, quia ſic multi ſanctiſſimi Epiſcopi fecerunt: & quod ſi poſtquam vult exire, & in ſæculo commorari, poterit, & non erit apoſtata.

85 At verò quod non teneatur ad Religionem redire: Emanuel Sa
86 *verbo Epiſcopus, num.* 11. Neque Prælatus ſuæ religionis tenetur eum recipere, ſi vult redire, niſi de honeſtate. Rodriguez *tom.4.cap.* 68. *num.* 10. vbi expreſsè affirmat, non teneri ad Religionem redire, ſi munus Epiſcopale deponat. Multos citat Sanchez *de religione tom.3.lib.6. cap.6.num.*29. vbi dicit, idem tenen-
87 dum de Papa regulari renuntiante
88 Papatui. At verò Barboſæ opinio non eſt admittenda, neque alio modo intelligenda, niſi de honeſtate: nam ſi de neceſſitate præciſa teneretur ad Religionis clauſtra redire, ſi inde exiret, & in ſæculo commoraret, pro apoſtata haberetur. Sed ipſe dicit, poſſe exire ſine vlla pœna, vel apoſtaſiæ nota: ergo non præcisè, ſed tantùm de honeſtate ſi vult; non verò præcisè taliter, quod ſi non redeat, peccet. Quia licèt ſanctiſſimi viri id fecerunt ſancto zelo, ac pio deſiderio in ſolitudine commorandi: multi tamen etiam ſanctiſſimi noſtræ ætatis Epiſcopi contrarium faciunt, ſumma cum laude, ac ſine peccati ſeu ſcandali nota; igitur aſſertio noſtra vera.

At verò Auguſtini Barboſæ ſen- 89
tentia tunc admittenda, quando Epiſcopus regularis ſua culpa Epiſcopatu priuatur, aut ex hac cauſa cogitur renuntiare: nam cum tunc priuilegiis ratione Epiſcopalis dignitatis conceſſis priuetur, priuatur etiam illa exemptione non redeundi ad monaſterium. Sanchez *de Religione, vbi ſuprà, n.*30. *cum ſequenti.*

Regularis Epiſcopus titularis exi- 90
mitur ab omnibus, à quibus Epiſcopus diœceſim habens. Sanchez *ſuprà num.*27. licèt in multis meliùs ſe poterit conformare cum ſuæ Religionis ſtatutis, quàm Epiſcopi diœceſim habentes.

Epiſcopus regularis de honeſtate, 91
non de neceſſitate ſocium habere debet. Sanchez *in Summ. de relig. ſuprà, num.*20. neque tenetur eum eligere ipſe Epiſcopus, ſed Religionis Superior, & eum admonere quando conueniens fuerit. Rodriguez *tom.4.cap.*68. *num.*10. licèt de conſuetudine non ſeruetur: nam Regularis Epiſcopus eligit, & Superior confirmat, ob reuerentiam Epiſcopali dignitati debitam.

Epiſcopus regularis non poteſt 62
habere proprium. Gloſſ. *in c. tua. verbo ſeorſum,* 12. *quæſt.*1.*l.*6.*tit.*7.*p.*1. ibi, *pero debe guardar caſtidad, e non haber propio:* & ibi Gregor. Lopez. Surdus *de alimentis, tit.*8.*priuil.*79.*n.*8. Baldus contrarium tenet, *in c. clerici, de vita & honeſtate clericorum, n.*7.

*Antonius Fernandez in examine Theologia p.4.c.7.§.1.n.3.*

Pro concordantia dicendum eſt, 93
teneri Epiſcopum regularem ad paupertatem, à qua, vt diximus, non abſoluitur: ex qua radice naſcitur,

tur, vt nequeat habere proprium,
94 neque ſit verè redituum Epiſcopatus Dominus, ſicut Epiſcopus ſæcularis, (cui proprium poſſidere non ſolùm permittitur iure hæreditario, vel alio quouis iure ciuili: ſed habere dominium, etiam in rebus ex reditibus Epiſcopatus acquiſitis. Soto *de iuſtitia lib.* 10. *quæſt.* 4. *art.*1. *col.*3. & latè Sarmiento & Nauarrus infrà referendi.)
95 Sed nihilominus tamen Dominus efficitur quò ad illorum diſtributionem & diſpoſitionem, cum oporteat pro ſuo & familiæ victu & veſtitu & in licitam ſuæ dignitatis oſtentationem aliqua expendere, in cuius diſtributione non peccauit, ſicut antea cum regularis erat, ſed longè aliter. Barboſa *in paſtorali, tit.*1.*cap.*4.*num.*
96 12.neque tenebitur ad reſtitutionem ſuperuacaneè conſumptorum. Sanchez *de religione cap.*6. *num.*7. & 13.*lib* 6. *tom.*3.
97 Nam Epiſcopus qui eſt adminiſtrator Dei, non ita coarctandus ſicut adminiſtrator hominis: quia Deus nobiliſſimus eſt, & eſt moris nobilium donare. *Argumento text. in l. quæris ff. de natalibus reſtituend.* Guillelmus Rodeanus *de rebus Eccleſiæ non alienandis, tom.* 1.
98 *quæſt.*52.*num.*22.& 23. Nam ex quo Pontifex eum eligit, cum ipſo diſpenſat in omnibus obſeruantiis regularibus, cum Epiſcopatu incompatibilibus: at verò incompatibile eſt quòd ſi Epiſcopus reditus habeat, & de eis diſponere nequeat, & in rebus neceſſariis & licitis diſtribuere, ſeu in tempus neceſſitatis ad multa quæ ſe offerunt ſeruare, & retinere: quæ tam cautè & ſtrictè nullo modo fieri poſſunt, quod aliqua non expendantur in-
99 fructuoſè, ad quarum reſtitutionem ſi tenerentur, totus mundus ſcrupulis inuolueretur; ex quo ſequitur, Epiſcopos regulares in reditibus habere dominium & legitimam adminiſtrationem, licèt cum aliqua limitatione, & non tam propriè & liberè ſicut Epiſcopi ſæculares.

Tam ſæculares autem, quàm re- 100
gulares, deducto quod honeſtè conſumitur in ſui ſuſtentationem,& in moderatam & honeſtam familiæ ſuæ oſtentationem, tenentur (non ex iuſtitia adeò, vt ſi non fecerint, ad reſtitutionem obligentur) ſed ex arctiſſimo charitatis,&miſericordię vinculo, reſiduum non in conſanguineos ditando, & conſanguineas amplè dotando, ſeu maioratus inſtituendo conſumere. Vt Concil. Tridentin. hortatur *in c.*1.*de reform. ſeſſ.* 25.ſed inter pauperes Chriſti diuidere: Soto *de iuſtitia lib.* 10. *quæſt.*4. *art.*4.hiſce verbis: Non debent Epiſcopi ob id ſecuriùs pacare conſciẽtias, ſi in eleemoſynis erogandis remiſſiones ſint, quod vinculo iuſtitiæ ad reſtitutionem non teneantur: nam cùm etiam præceptum miſericordiæ, de quo præfati ſumus,ſub mortalis criminis reatu obliget, inde ſatis debent exterreri, vt fidem Deo ſuo illæſam ſeruent, prætarquam quòd quamuis lex eos iuſtitiæ ad reſtitutionem non obliget, debent profectò eorum Confeſſarij eis, quos pauperum negligentes nouerint, tam in vita, quàm in mortis articulo, per modum ſacramentalis ſatisfactionis, largiſſimas eleemoſynas imponere, vt eodem propemodum res incidat, ac ſi tenerentur ad reſtitutionem.

Neque mihi illa ſolutio placet 101
dicentium, poſſe Epiſcopos inter conſanguineos, ſeu in vſus prophanos diſtribuere quod eis ſupereſt, moderatè ſuſtentata familia: nam ad hoc domus, & menſæ oſtentationem, & ſeruorum numerum reſtringunt,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtringunt, vt ſibi appropient, vt expendant in quoſcumque vſus, quod conſumendum erat, ſi maiorem familiam, menſam, & ſeruientium numerum haberent. Nam reſpondeo, quòd etiamſi Epiſcopi paruiſſimo victu, & ſeruorum numero contenti ſint, nihil noui faciunt, cùm ad id teneantur ob perfectionem ſui ſtatus, ex charitate & ad bonum exemplum: audiant obſecro ſanctor. Patr. fœcundiſſima eloquia, in Concilio 4. Carthag. & in Trident. *de reform. ſeſſ. 25. cap. 1.* & *in c. clericus, 12. quæſt. 1.* & Diu. Hieronymũ *in Epiſtola 2. ad Nepotianum*. Diu. Auguſtin *in lib. de contemptu ſæculi, tom. 9.* Diu. Bernard. *in Epiſtola ad Fulconem* Ioannem Gerſon *in 2. part. ſuorum Operum.* & Conſtitut. S. Euſeb j Pontificis Maximi, & Gonzal. de Illeſcas *in hiſtoria pontificali lib. 1. cap. 34. in vita Diui Euſebij.* Lancellott. *in templo, lib. 2. cap. 4. §. 3.* Bartholom. de Medina *in Sum. c. 16. §. 1.* Barboſam *in paſtor. tit. 2. gloſſ. 7. n. 9.* Sotũ de iuſtitia, *lib. 10. quæſt 4. col. 2.* ibi, primùm enim viuere debent multóque cum minori pompa, quàm diuites huius mundi: neque enim conuiuiorum ſplendor, & lautities illis eſt licita, neque alius domeſticus apparatus; nam (vt ait Hieronymus) de altari illis viuere fas eſt, non luxuriari.

102 Ex his Doctorum eloquiis difficillimè deducitur, quantum debeant Epiſcopi in ſuæ familiæ, ac ſuorum ſuſtentationem expendere, & quantum inter pauperes diuidere. At verò ad maiorem huius quæſtionis claritatem & deciſionem, duorum Doctorum piiſſima ac eruditiſſima verba referam. Primus ſit P. Molina
103 Carthuſianus *in lib. dicto Inſtruction de Sacerdotes*, vbi ex propoſito hanc quæſtionem tractans *in c. 16.* hæc adiit. *Coligeſe tanbien que noſe puede taſar à los Obiſpos cantidad ſennalada que dende limoſna, de tal manera que de lo reſtante puedan hacer libremente loque quiſieren, y gaſtallo a ſu albedrio, ſino que la regla cierta, e que para ſi y ſus vſos particulares, hande tomar lo neceſſario honeſta, y moderadamente, como conuiene à gente que profeſſa perfection y lo demas hande deſtribuir ſielmente en limoſnas, y obras pias.* Latè Molina Theologus *de iuſtit. & iure, tom. 1. tract. 2. diſp. 144.* Bannes 2. 2. *quæſt. 23. art. 6. dub. vltim.* illis verbis: Ex dictis omnibus ſequitur, quòd non poſſumus Epiſcopis partem aliquam taxare, quam ſi in eleemoſynas expenderent, non teneantur vltrà de reliquo eleemoſynam facere: & ratio eſt, quoniam, vt diximus, officium paſtoris non debet ita limitari, quoniam perfectio ſui ſtatus poſtulat, vt ſi opus fuerit, teneantur omnem ſubſtantiam, ad- 104
huc & vitam propriam pro ſalute animarum impendere. Verumtamen quia huiuſmodi caſus rari ſunt, & in communibus neceſſitatibus oportet Epiſcopos vt Patres pauperum & viduarum ſuperintendere, exiſtimo neminem illorum eſſe in ſtatu ſalutis, niſi notabiles eleemoſynas faciant pro facultate ſubſtantiæ, habenda eſt enim ratio magnitudinis ſtipendij, & vbertatis fructuum, (Molina Theologus *vbi ſuprà.*) quibus Epiſcopi plus, minúſve diuites exiſtunt. Ego ſanè nullum Epiſcopum Hiſpaniæ abſoluerem, niſi ſaltem quartam partem redituum in eleemoſynis expenderent: & hoc intelligo in communibus neceſſitatibus, nam in grauioribus, quales eſſe ſolent tempore famis, aut 105
peſtis, aut plurimarum ægritudinum, ad amplius tenentur, iuxta proportionem neceſſitatis paupe-

rum,

rum, qui ſint oues propriæ, ita vt
aliquando teneantur ex propria ſup-
pellectile ( Bartholom. de Medina
*vbi ſuprà*) eleemoſynas facere. Sequi-
106 tur ſecundò, quod Epiſcopus tene-
tur inquirere pauperes in ſuo Epi-
ſcopatu, ad faciendum, vel procu-
randum fieri illis eleemoſynas: &
non ſatisfacit ſi occurrentibus pau-
peribus ſit miſericors, hoc enim
reliqui de domo tenentur facere,
coram Deo dico. Ego non intelligo
quomodo Epiſcopi ſint Patres pau-
perum & quomodo ſint in ſtatu ſa-
lutis, niſi prædictam curam habeāt,
vt ſi poſſint ſubuenire, ſubueniant,
vel ſaltem condoleant: & cum ſibi
non ſuppeterent facultates, exhor-
tarentur diuites ad miſericordiam,
exemplóque ſuo ac diligentia effi-
cerent fortaſſis maiores eleemoſy-
nas quàm ex propriis diuitiis. Ha-
ctenus Bannez. Quod ſignificare
107 prætendit Dominus dum Petro di-
xit, *paſce oues meas*, & in eo cæteris
Apoſtolis ac Epiſcopis: ſed quare
non dixit, Rege & guberna oues
meas? quia Epiſcoporum electio
non fit, vt maieſtuosè ſubditos gu-
bernent & regant, ſed charitatiuè
ſuis reditibus, & propria ſubſtantia
alant, paſcant, atque ſuſtentent. Ad
id enim à piis Principibus Epiſco-
108 palis menſa dotata fuit ampliſſimè,
vt melius poſſent erga ſubditos
charitatem & miſericordiam exer-
109 cere, & fortaſſis hac via in maiori
honore haberentur, & magis ab
omnibus, etiam magnatibus ſuſci-
perentur, quàm propter multam
ſuppellectilem, plurimam eleganter
veſtitam familiam, multámque va-
ſarum ex auro & argento copiam,
& menſæ, ſplendorem equorum
atque equitum, curruum, & lecti-
carum.
110 Facite ergo Epiſcopi magnas elee-
moſynas, nam Sapientiæ 6. dicitur:
quod *ſuper his duriſſimum iudicium*
*his qui præſunt, & non contu bemini* 111
*in acquirendis & theſaurizandis mun-*
*danis diuitiis, cùm in morte omnia re-*
*linquere teneatis, & tunc quæ vtilitas*
*dum deſcenderitis in corruptionem.* Et
ſic Diuus Ambroſius ſuper Lucam
inquit; Fruſtrà enim congregat
opes, qui ſe eis neſcit vſurum, ne-
que enim noſtra ſunt, quæ non
poſſumus auferre nobiſcum: ſola
virtus comes eſt defunctorum, ſola
nos ſequitur miſericordia, quæ ta-
bernacula defunctis acquirit æter-
na. Valde enim à ſanctiſſimis Patri-
bus reprehenditur Epiſcopus qui
theſaurizat; ſed quid à ſanctis Patri-
bus, etiam ab infidelibus & Chriſti 112
fidei inimicis, teſte Paulo Iouio
*lib. 28. cap. 1. fol. 78. tom. 2. de ſu hiſtoria:*
Vbi referens victoriam ab impio
Soliman contra Ludouicum Vnga-
riæ Regem obtentam, hæc adiit:
*y como le lleuaſen ſeis cabeças de las*
*principales perſonas, que murieron en*
*aquella batalla, y le di ieſen el nonbre*
*de cada vno abomino Soloman princi-*
*palmēte de Vdisbau Salcan potentiſſimo* 113
*Arcobiſpo de Stringonia llamandolo*
*auariento, porque teniendo à theſorado*
*grand cantidad de dinero, no habia*
*querido aiudar à ſu Rey, que apretado*
*de grandes difficultades deſta gerra le-*
*pidio dineros en preſtados.* Impia pro-
fectò crudelitas? videre ad quid
congregatis diuitias? vt in morte
relinquatis, vt diſſipentur, & à fa- 114
miliaribus & conſanguineis rapian-
tur: corpus enim Epiſcopi in terra
(etiam multoties ſine lumine) pro-
iectum deſinunt, neque ſociant aut
aſſiſtunt, & pro anima vtinam vnum
ſacrificium offerant.

Theſaurizare igitur iuxta Salua- 115
toris noſtri conſilium, Matth. 6. di-
centis: *Nolite theſaurizare vobis the-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur: theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, vbi non ærugo, non tinea demolitur, vbi fures non effodiunt, nec furantur.* (Quid ergo eſt theſaurizare in cælo, niſi inter pauperes diuidere, id enim nemo eſt qui
116 ignoret.) Vnde Diuus Chryſoſt. ſuper Matth. 6. pulchrè. Quid ergo melius eſt, an in terra reponere, vbi incertus eſt conſeruationis euentus: an in cælo, vbi eſt certa cuſtodia? Quæ autem ſtultitia eſt, illic relinquere, vnde exiturus es? illic non præmittere, quò iturus es, illic ergo tuam ſubſtantiam colloca, vbi patriam habes perpetuam. Commoda hîc pauperibus, vt iucundus poſtea ſis: miſerere, vt ſermones tui in iudicio diſponantur, & in æternum non commouearis: diſperge, & da pauperibus, quia hilarem datorem diligit Deus, & iuſtitia tua manebit in ſæculum ſæculi, & collocabit te Dominus cum Principibus, cum principibus populi ſui.

117 Epiſcopus regularis, ſeu ſæcularis in diuinis celebrandis, & in horis recitandis ritum, ac ſuæ religionis morem non tenetur ſeruare, ſed Eccleſiæ cui præeſt. *c. illa* 12. *diſt. gloſſ. in c. vnico* 18 *quæſt.* 1. Gloſſ. *in clem. dignum de celebration. Miſſarum.* Panormitan. *in Cleric. de vita & honeſtate clericor.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Sanchez *de religione, tom* 3. *cap.* 6. *lib.* 6. *num.* 25. cum Azor & Turrecremata. Barboſa *in paſtorali tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. Eman. Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras cap.* 68. *num.* 9.

118 Famulus Epiſcopi ſeu Cardinalis poteſt cum eo idem officium recitare, & cum eo ſe conformare. Gloſſ. *in Clement. dignum de celebratione Miſſarum.* Sanchez, Vgolinus, Rodriguez *ſuprà.* Additionator ad ſpeculum iuris *lib.* 1. *part.* 1. *titulo de diſp.* §. 5. *num.* 23. *liter.* C. Emanuel Sa *verbo horæ, num.* 7. Mandoſius *de ſignat. titulo licentiæ, col.* 6. *in pr.*

Poterit etiam in ſua diœceſi Confeſſorem eligere, & in aliena dum approbatus ſit: vt ſacra Cardinalium congregatio declarauit, *c. ne pro dilatione, de pœnitent. & remiſſionibus:* & Abb. ibi. Concil. Trident. *de reform ſeſſ.* 25. *cap.* 15. Syluester *verbo confeſſor. num.* 8. Armilla *verbo abſolutio, num.* 15. Ægid. Coninck *de ſacram diſp.* 8. *dub.* 8. *num.* 2. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num.* 31. Nauarrus *conſil.* 12. *de priuil. num.* 1. Zerola *in prax. verbo Epiſcopus p.* 2. *num.* 14. Speculator *titulo de diſpenſ. lib.* 1. *part.* 1. §. 5. *num.* 23. Emanuel Rodriguez *tom.* 4 *de ſus obras cap.* 67. *de Obiſpos, num* 19. vbi dicit, quòd Epi- 120
ſcopi Confeſſor non recipit poteſtatem ab ipſo Epiſcopo, ſed à Papa, qui eſt proprius Epiſcoporum Parochus; & quòd gaudet iſto priui- 121
legio Epiſcopus titularis & ſuſpenſus, non verò confirmatus non conſecratus, & degradatus.

Si vult Epiſcopus abſolui virtute 122
iubilei, vbi cauetur quod elegitur Confeſſor approbatus, Confeſſorem approbatum debet eligere, ſeu antequam eum eligat, (ſi eſt in propria diœceſi, vel in aliena ſi eſt ſubditus) approbare, ad hoc vt iubileum conſequatur. Nauarr. *conſil.* 12. *de priuileg. num.* 1. Zerola *verbo Epiſcopus p.* 1. *n.* 14.

Si in caſus reſeruatos Pontifici 123
incidat, ſi ipſe abſoluendi alios ab illis poteſtatem habet, delegare poteſt ſuo Confeſſario vt eum abſoluat, & ſecum diſpenſet in omnibus, de quibus *in c.* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. & in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, vt ſacra congre

congregatio declarauit, *ſuper cap. 6.* Marolus *de irregularitate, lib. 2. cap. 2. num. 12. verſ. eſt autem. & lib. 5. cap. 51. num. 7.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſp. 3. num. 2.* & in Summ. *lib. 4. cap. 37. num. 39. & 42.* Toletus *in ſumm. lib. 1. cap. 85. num. 5.* Henriquez *in ſumm. lib. 14. de irregular. cap 18. §. 3.* Suarez *tom. 5. diſp. 41. ſect. 2.* Riccius *in prax. deciſ. 518. in 1. edit. & reſolut. 445. num. 2. in 2. edit.* Rodriguez *tom. 3. de ſus obras cap. 5. num. 7* Barboſa *in paſtor. part. 2. alleg. 39. num. 15.*

124 Quando ciuitas ex ipſius Epiſcopi diſpenſatione cibis vetitis vtitur, poterit & ipſe ſecum diſpenſare. Sanchez *in Summ. lib. 4. cap. 37. n. 41. vſque ad 46.* Suarez *de legibus lib. 6. cap. 12. num. 11. fol. mihi. 684.*

125 Neque incidit in caſus reſeruatos à ſe ipſo, quia ſecum iuridictionem exercere non poteſt: *l. penultima, ff. de arburariis.* vnde prouenit quòd ſe excommunicare non valeat. *c. cum inferiora, 21. diſt. c. à nobis, de ſentent. excomm* Soto *in 4. ſententiar. diſt. 22. quæſt. 2. art. 2. col. 1.* Armilla *verbo Epiſcopus, num. 29.* Vgolinus *de offic. & poteſt. part. 2. cap. 39 § 6. num. 1.*

Neque ligatur ſuis conſtitutionibus. Baldus *in auth. quibuſcumque, c. de Sacroſanctis Eccleſiis, num. 5.* Geminianus *in c. licet canon num. 8. de elect.* Curtius *iunior. lib. 3. conſil. 138. num. 2.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi p. 2. cap. 47. §. 1. n. 3.* Seraphinus de Seraphinis *de priuilegiis, priuileg. 146. num. 2 fol. 720.*

126 Et quia Epiſcopus eſt perſona publica, vltra proprium Angelum cuſtodem habet alium ratione dignitatis: quia peculiari eget auxilio, & talis eſt Archangelus. Franciſcus de Ouando *in 3. ſententiarum lib. 2. diſt. 11. propoſ. 5.*

Nota.

127 Poteſt Epiſcopus ſecum duos Canonicos habere pro ſeruitio, non pro voluptate: & etiam ſi extra diœceſim ſint, tamquam præſentes reputantur, licet diſtributiones quotidianas non percipiant, niſi præbendæ in eis conſiſterent. Et hoc habet locum etiam in Canonico Doctorali ſeu Magiſtrali, vt Sacra congregatio cenſuit. Latè Gonzales *in reg. 8. cancellariæ gloſſ. 6. num. 257.* Puteus *deciſ. 294. lib. 3. incipit in vna placentina.* Hieronymus Venero *in lib. dicto Exam. Epiſcopor. lib. 4. c. 40. num. 2.* Ioannes Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 1. num. 149.* Valerius Reginaldus *in prax. fori pœnit. lib. 3. tract. 3. num. 54. verſ. 4.* Azor *inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæſt. 3 verſ. 6.* Barboſa *in paſtorali part. 3. alleg. 56. n. 13. c. de cætero. c. ad audientiam de clericis non reſidentibus*: & Panormitan. *ibi, l. 19. tit. 26. part. 1.* & ibi Gregorius Lopez, Nauarr. *conſ. 2. de clericis non reſidentib. num. 1.* & in Manuali *c. 25. num. 120.* Ioannes Randei *de diſpenſationibus 2. part. in principio.* Rebuffus *in prax. regula de diſpenſ. de non reſidendo lib. 2. num. 36. & 39.* Selua *de beneficiis part. 4. quæſt. 6. num. 12.* Iacob. Putei *deciſ. 394. lib. 3.* Leo *in theſauro part. 3. cap. 2. num. 28.* Boherius *in deciſ. part. 1. quæſt. 17. num. 12.* Tuſchus *liter. E, concluſ. 152. num. 2.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſp. 17. num. 6.* Riccius *in prax. deciſ. 364* Petrus Gregorius *ſyntagmat. part. 2. cap. 2. lib. 17. num. 14.* Speculator *tit. de diſp. lib. 1. p. 1. §. 5. n. 23.*

At verò non poterit retinere in 128
ſuo ſeruitio familiarem vel Capellanum beneficium curatum habentem, licèt Vicarij generalis viſitatoris ſeu Secretarij officium gerat, niſi per duorum menſium ſpacium: vt declarauit Sacra congregat. Card. *ſuper c. 2. de reformat. ſeſſ. 6.* Gonzales *in regula 8. cancellariæ, gloſſ. 6. per totam, num. 258.* Garcia *de beneficiis*

*part.*3. *cap.* 2. *num.* 42. *in* 2. *declarat.*
Poſeuirius *de offic.Curati.c.*1. *num.*12.
Emanuel Sa *verbo reſidentia* , *num.*1.
Nauarrus *conſilio* 15. *de clericis non*
*reſidentib.* Ricci. *deciſ.* 502. *num.* 1.
Barboſa *allegat.*53.*num.*85. *part.*3. *&*
*in remiſſionibus ad c.*1.*de reformat.ſeſſ.*
23.*n.*3.*vſque ad* 5.

129 Hodie verò inſpecta fructuum
vbertate, & Epiſcopatuum rediti-
bus, & multitudine peritorum, non
ſecurè faciet Epiſcopus, ſi Canoni-
cos in ſuo ſeruitio occupauerit.
Steph. Gratianus *diſceptat forenſ.*
*c.* 166.*num.* 20. Barboſa *in paſtorali*
*d.all.*53.*part.*3.*num.*143.

130 Non poteſt Epiſcopus votum,
per quod vinculum inter ipſum &
Eccleſiam diſſoluatur, ſeu peregri-
nationis, per quod diu ab Eccleſia
abeſſe debeat, emittere, ſine licen-
tia Papæ.*c.niſi cum pridem*, *de renun-*
*tiatione.c. magna de voto.c. ſicut.*27.*de*
*iureiurando,l.*3.*tit.*8.*part.*1. Secus in
voto abſtinentiæ, eleemoſynæ, &
in omni voto per quod bonum præ-
beat exemplum. Abb. *in c.ſcripturæ,*
*num.* 9. *de voto.* Hoſtienſis *in Summ.*
*tit.de voto.§. quis vouere.* Menochius
*de arbitrariis lib.*2. *centur.*5.*caſu* 423.
*num.* 1. Leo *in theſ. part.* 2. *cap.* 11.
*num.*9. Soto *de iuſtit. quæſt.* 2. *lib.* 10.
*art.* 4. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus,*
*num.*40.Barboſa *vbi proxim.n.*22.

*Antonius Fernandez de Moure in examine Theologiæ p.*4.*c.*7. *§.*1. *n.*11. *vbi dicit, quod non tenetur intrare Religionem.*

131 Et ſi fortè antequam ad Epiſco-
patum euocaretur Religionis votum
emiſit, intrare Religionem tenetur,
& de licentia Papæ deſerere Epiſco-
patum.*c.per tuas.* 10.*de voto.* & Abb.
*ibi*, *& in c. ſcripturæ,num. final.ſuprà.*
Syluester *verbo votum,* 3.*num.*2.San-
chez *in Summ.lib.*4.*cap.*31. *num.*7.*&*
8.*& cap.*17.*num.*5.*&* 6. Armilla *verbo*
*Epiſcopus,num.*10. Toletus *in Summ.*
*lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 21. Barboſa *ſuprà,*
*num.*26.

Sed ſalua tantorum virorum pa-
ce, contrarium tenendum eſt per
textum *in d.c.per tuas, de voto.* Nam
cum Pontifex, ibi loquatur in caſu
particulari, & in voto ſolemni in
manibus, Garopolitano Prælato
facto, cui iam erat ius quæſitum,
neque ab eo peteretur relaxatio ſeu
diſpenſatio, ſed tantùm conſilium,
& nihilominùs reſpondet conſulens
vt relicta Gebenenſi Eccleſia, ſi vult
ſuam ſanare conſcientiam habitum
ſuſcipiat Monachalem. Ex quo aper-
tè colligitur iſtius text. aſſertionem
conſultoriam eſſe, non verò impe-
ratoriam. Henriquez *in Summ.lib.*10.
*de ſacram. Ordinis*, *cap.*32.*num.final.*
*in comm.liter. I.* & ita cauſa euitandi
ſcandalum Pontificis conſilio ſe-
quuto Eccleſiam Gebenenſem de-
ſeruit, & ad Garopolitanum cœno-
bium ſe tranſtulit. At verò cum nos
de voto ſimplici loquamur, ſine
præiudicio tertij facto, optimè de-
fendere poſſumus non teneri ad
Religionem tranſire, & Epiſcopa-
tum deſerere; cum id nihil aliud
eſſet quàm retrò aſpicere: quia 132
Epiſcopatus ſtatus perfectior eſt
Monachatu. Diuus Thomas 2. 2.
*quæſt.*184.*art.*7. & inutile videretur
de ſtatu perfectiori ad inferiorem
tranſire. Et quia Barboſa vbi pro- 133
ximè aliquibus argumentis hanc
concluſionem contradicere nititur,
reſpondeo ad primum, vbi dicit,
quòd ſi Religioſus abſoluitur à vo-
to, & à regula, id fit authoritate
Pontificis: iſte verò de quo loqui-
mur, authoritate propria.

Ad quod dico, quòd hæc aſſum-
ptio ad Epiſcopatum indiſtinctè fit,
neque ideò facilitatur quia eſt ſæ-
cularis; ſeu differtur quia eſt reli-
gioſus: ſed cùm Romanus Pontifex
tanta facilitate Monachum electum
confirmet quàm ſæcularem, & tunc
Regularis abſoluitur à votis, & cæ-
teris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teris dignitati Epiſcopali oppoſitis, ſic cùm electum aliquo voto adſtrictum confirmat, à tali voto tacitè abſoluit, (vt facit cum Regulari electo) & ab illis, quæ ſui muneris executionem impediunt. Ex quo ſequitur, quòd non authoritate propria, ſed Pontificia ad Epiſcopatum tranſeat.

Secundò ſuis verbis conuincitur: ibi repugnat enim quòd Epiſcopus fiat Religioſus, quia oportet illum priùs fieri nouitium, & in operibus humilitatis verſari, quæ dignitatem Epiſcopalem dedecent. At nos idem fatemur, & ob id dicimus non teneri, & dedecere Epiſcopalem dignitatem retrò aſpicere: niſi Romanus Pontifex aut Romana Eccleſia aliud decreuerit, cuius correctioni me humiliter, & libenter ſubmitto. Interim verò aſſerendum eſt, non debere religionem intrare Epiſcopatu relicto; & huius opinionis eſt Emanuel Sa *in aphoriſm. verbo Epiſcopus, num. 2.* Antonius Fernandez de Moure *in examine Theologiæ, part. 4. cap. 7. §. 1. num.* 11. licet non fundatæ.

## *SVMMARIVM.*

*Epiſcopalis dignitas non niſi in magnis populis conſtituenda.* num. 1.

*Vbi Epiſcopalis ſedes conſtituitur, ciuitatis nomine & priuilegiis decoratur.* num. 2.

*Ciuitas propriè non dicitur, quæ non habet Epiſcopum.* num. 3.

*Debet reſidere Epiſcopus in loco vbi eſt Eccleſia cathedralis.* num. 4.

*Vtrum peccet non reſidens in loco vbi eſt Eccleſia cathedralis.* num. 5.

*Reſidere tenetur ſicut Maritus cum vxore.* num. 6.

*Reſidentia Epiſcoporum vtrum ſit de iure diuino.* num. 7 & 8.

*Epiſcopatuum diuiſio à quo iure ſit, & quo tempore facta.* num. 9.

*In principio naſcentis Eccleſiæ Petrus & Apoſtoli ſimul gubernabant. Et erant pares tam in conſecratione, quàm in iuriſdictione.* num. 10.

*In quas pœnas incidat Epiſcopus dum abeſt.* num. 11.

*Excipe quando ad modicum tempus.* num. 12.

*Vel quando ad longum pro vtilitate Eccleſiæ, vel Diœceſis.* n. 13.

*Vel quando cauſa ſupplendi defectum vicini Epiſcopi.* num. 14.

*Vel cauſa viſitationis* num 15.

*Explanatur textus in c. cum Epiſcopus, de off. ordinarij lib. 6.* num. 16.

*Cum cauſa poterit* Epiſcopus *in quacumque parte Diœceſis habitare ad tempus.* num. 17.

Epiſcopus *duorum* Epiſcopatuum *vnitorum in altero ſtans, vtrum negocia alterius* Epiſcopatus *terminare poſſit.* num. 18.

*Vtrum pro incommoditate Diœceſis poſſit* Epiſcopus *iuſtè & ſine pœna abeſſe* num. 19.

*Diebus feſtiuis an adeſſe debeat in propria* Eccleſia. num. 20.

*Qua reuerentia ſuſcipi debeat* Epiſcopus, *ſi ad aliam* Eccleſiam *cathedralem acceſſerit.* num. 21.

Epiſcopus *debet honorare ſubditos,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſubditi Epiſcopum.num.21.
Subditus ſcribens Epiſcopo reuerenter ſubſcribere tenetur: neque vocare eum fratrem, ſeu ſocium; ſed Patrem.num.22.
Pro ſalute animæ ſubditorum an Epiſcopus vitam & ſuſtantiam exponere teneatur.num.23.
Et quid pro adminiſtratione Sacramentorum num.24.
Quid pro ſalute corporis. num.25.
Quid pro defenſione ſui populi. num.26.
An renuntiare teneatur pro bono publico num.27.
Aliqui Hiſpaniæ Epiſcopi à Mauris interfecti defenduntur à reprehenſione Marianæ & Baronij. num.28.
Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.num. 30.
Vtrum peccet, ſi ſe non intromittit ad pacificandos ciues.num. 31.
An debeant Epiſcopi pati promoueri ſe ad audientias.num.32.
Chorepiſcopi cur extincti. num.33.
Vtrum excuſetur Epiſcopus à reſidentia, eo quòd in curia Principis degit Præſidens in aliquo conſilio. Et quid ſi præſideat in conſilio ſupremo Inquiſitionis. num.34.
Impij Soliman verba ponuntur. num.35.
Vtrum conueniens quòd Epiſcopi aſsiſtant in locis vbi agitur per viam conſilij, de naualibus pugnis, & de aliis rebus ſuo ſtatui diſsimiles.num.36.
Cum aſino & boue non arandum, cur dictum.num.37.
In rebus Eccleſiaſticis laici ſuum interponere iudicium non debent num.38.
Vtrum Epiſcopus poſsit exercere officium legati regij.num.39.
Vel officium Proregis.num.40.
D. Antonius Capata S. R. E. Cardinalis illuſtriſsimus extollitur. num.41.
Vel officium Regis Conſiliarij. num.42.
Quid reſpondere debeant quando in conciliis interrogantur de cauſis criminalibus.num.43.
Cudentes falſam monetam qua pœna plectantur.num.44.
Homicida voluntarius vltimo ſupplicio damnatur.num.45.
In caſu particulari quid reſpondere debeant ne irregulares fiant. num.46.
An ſi conſulantur in caſu particulari, ex qua conſultatione non ſequatur mors, ſed ex alia, irregularis ſit num.47.
Librum edere an poſsit Epiſcopus ſine irregularitatis metu in cauſis criminalibus iudices inſtruentem.num.48.
Epiſcopus vocatus à Rege, vel ab Archiepiſcopo, ad quem prius accedere teneatur.n.49.
Quid faciendum ſit cum Papa. num.50.
In reſidentia Epiſcoporum vtrum Papa diſpenſet.num.51.

Epiſcopi

*Epiſcopi antiquitùs omnia beneficia vacantia in ſua Diœceſi conferebant liberè.*num.52.

*Reſeruatio beneficiorum ad quid introducta.*num.53.

*In quatuor menſibus liberè confert Epiſcopus beneficia vacantia.* num.54.

*Epiſcopi an iniurientur ex eo quòd Papa ſibi octo menſes reſeruat.* num.55.

*Papa ob quid conceſſit alternatiuam.*num.55.

*Quid eſt quod in alternatiua conceditur Epiſcopis.*num.56.

*Quid requiratur ad hoc, vt incipiat gaudere alternatiua.*n.57.

*In alternatiua vtrum aliquid de nouo concedatur Epiſcopis.* numero 58.

*Cardinales vtrum habeant menſes reſeruatos, vel poſſint ſine alternatiua, beneficia vacantia in quolibet menſe conferre.* numero.59.

*Vtrum ſi beneficia non ſunt liberæ collationis, virtute alternatiuæ conferri poſſint.*num.60.

*Alternatiua conceſſa Epiſcopo an prodeat Capitulo.*num 61.

*De iure antiquo quid* num.62.

*Si Epiſcopus & Capitulum habent præbendas ſimultaneæ collationis, & diuidunt per turnum, an Epiſcopus in ſuo turno poſſit vti alternatiua.*num.63.

*Quid ſi turnus ſit diuiſus per choros.*num.64.

*Capitulum an vti poſſit alternatiua ſede vacante.*num.65.

*Inquiſitor generalis ſi eſt Epiſcopus, & reſideat in ſuo conſilio, an gaudere poſſit alternatiua.* num.66.

*Abſentia vnius diei, & pro vtili cauſa, an impedire poſſit quod beneficium vacans dum abeſt prouideri poſſit, virtute alternatiuæ.*num.67.

*Franciſci Leonis opinio non ſecura.* num 68.

*Alternatiuam an perdat per abſentiam, vel abuſum.*num.69.

*Quando Epiſcopus abeſt an perdat integrum menſem, an vere recuperet ſtatim cum rediit, ad hoc vt ſtatim poſſit prouidere virtute alternatiuæ. Singularis explanatio.*num.70.

*In quibus caſibus Epiſcopus alternatiuam perdat remiſſiuè.*n.71.

*An morte Papæ vel* Epiſcopi *finiatur alternatiua.*num.72.

*Si Epiſcopus transfertur, an tranſeat cum eo alternatiua.*n.73.

*Quando acceptat alternatiuam an debeat acceptationem mittere cum ſpeciali nuncio.*num.74.

*Quando incipiat currere alternatiua.*num.75.

*Epiſcopus qui non confert beneficium vacans in ſuo menſe per alternatiuam, ſi differt eius collationem donec venerit menſis Apoſtolicus, an vacare cenſeatur.* num.76.

*Alternatiua acceptata an poſſit ab ea recedere.*num.77.

*In*

*In generali reuocatione an includatur alternatiua.* num. 78.

*Epiſcopus reſidens quibus gaudeat priuilegiis.* num. 79.

---

# DE RESIDENTIA ET ALTERNATIVA.

## CAPVT SEXTVM.

1 EPISCOPALIS dignitas non debet conſtitui niſi in magnis & frequentioribus populis. *c. Epiſcopalia de priuilegiis.* & ibi Panormitan. Bart. *in conſtit. qui ſint rebelles verbo Lombardiæ Cardinal.* Tuſchus *litera E, concluſ.* 237. *num.* 19. Ioannes de Platea *in l. vnica. c. de metropoli.* Beryto *lib.* 11. *num.* 5. Nicolaus de Millis *in repertorio, verbo Epiſcopus.* Petrus Gregorius *ſyntagmatum part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 8.

2 Et ſic quando nouus Epiſcopatus erigitur, villa, in qua erigendus eſt, priùs propter Epiſcopalis dignitatis præſtantiam ciuitatis nomine & honore decoratur. Extrauag. *ſaluator. verſ. volentes, de præbend. & dig. inter communes.* Barboſa *in paſtorali part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 13. *fol.* 62.

3 Ex quo dicebat Bart. *vbi ſuprà,* quòd ciuitas verè & realiter non eſt, neque hoc nomen meretur, quæ Epiſcopum non habet. Bouadilla *in politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 15. *cum ſequenti.*

4 Quod fit primò ne dignitas tanta vileſcat, & contemnatur. Secundò, vt Epiſcopus maiori affectione in ea reſideat: nam ſi in paruis oppidis conſtituatur, ad maiora relicta Eccleſia ſe transferre curabit, contra ſacrorum canonum ſtatuta; in eis enim Epiſcopo præcipitur, vt in loco vbi ſua Eccleſia cathedralis ſita eſt, reſideat. *c. Epiſcopalia* 1. *de priuilegiis. c. non oportet. c. peruenit. c. placuit.* 7. *quæſt.* 1. Ibi placuit vt nemini ſit facultas, relicta principali Eccleſia, ad aliam in Diœceſi conſtitutam ſe conferre. Concil. Trid. *de reform. ſeſſ.* 6. *cap.* 1. *& de reformat. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *l.* 29. *tit.* 5. *part.* 1. & ibi Lupus *auth. quomodo oportet Epiſcopos.* §. *illud etiam,* & ibi Bart. *num.* 1. *auth. de ſanctiſſim. Epiſcop.* §. *interdicim.* Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 5. Geminian *in c. vltim. de priuileg. lib.* 6. *num.* 1. *&* 2. Farinatius *in deciſ.* Rotæ Romanæ, *deciſ.* 195. *n.* 6. *part.* 8. Rebuffus *in praxi benefic. verbo diſpenſat. de non reſidendo num.* 3. *vſque ad* 6. *lib.* 2. Nauarr. *in Manuali cap.* 25. *num.* 121. Armilla *verbo Epiſcopus, num.* 3. Toletus *in Summ. lib* 5. *cap.* 4. *num.* 1. Tuſchus *liter. E, concluſ.* 234. *num.* 7. Iacobus à Graffis *in deciſ. aur. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 26. Sa *in aphoriſmis verbo Epiſcopus, num.* 4. *& verbo reſidentia, num.* 1. Candelabr. aur. *cap.* 9. *de reſidentia.* Leo *in theſaur. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Vgolinus *de offic. & poteſt. cap.* 4. §. 13. *part.* 1. *num.* 1. Bouadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Barboſa *in paſtoral. part.* 3. *alleg.* 53. *n.* 3.

Tenetur enim reſidere in ſua Eccleſia ſub peccati mortalis pœna. 5 Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.* 23. *c.* 1. *verſ.*

*verſ.ſi quis autem.* Toletus *in ſumm. lib.5.cap.4.num.* 1. Emanuel Sa *verbo reſidentia, num.* 1. Nauarr. *in Manuali cap.25.num.* 121. Vgolinus *de offic. Epiſcopi,part.1.cap.4.§.13.n.2.*

6 Non ſecus ac maritus cum vxore. *c.peruenit. cum ſequentib.7. quæſt. 1.c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi.* Quint. Mandoſ. *conſ.18.n.7.*

7 Et quòd teneantur ad reſidentiam de iure diuino. Concil. Trident. *de reformat.ſeſſ.23. cap.* 1. Soto *de iuſtitia & iure, lib.10.quæſt.3. art.1.* Nauarr. *in Man.cap.25.num.121.* Couarruuias *variar. lib. 3. cap. 13. num. 9.* Sanchez *de matrimonio lib.* 8. Diaz *part.n.5.& 6.& in ſumm.lib.4.cap.15. num.12.* à Graffis *in deciſ. lib.3.cap.2. num.* 36. Vargas *de Epiſc pali iuriſd. axiomate* 12. Azor *inſtit.moral.part.2. lib.7.cap.4.quæſt.1.* Hoſeda *de incompatibilitate benefic. part. 1. num.* 511. Barboſ. *in paſtoral. part. 3. alleg. 53. num. 2. & 18.* Pineda *in Monarchia part.2.lib.13. cap.22.§.1.* vbi dicit eſſe de iure naturali & diuino.

8 At verò in contrarium inſurgit Bouadilla *in Politica lib.2.cap.9.* nam illa verba Concilij ibi cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere: non ex his verbis colligitur, quod ſit de iure diuino; ſed quod exhortauit Chriſtus ad curam ac vigilantiam circa ſubditorum gubernationem. Et ſi de iure diuino fuiſſet, non diſpenſaret in ea tam facilè ſummus Pontifex.

9 Secundò, quia Epiſcopatus diuiſio de iure poſitiuo eſt facta à ſancto Dionyſio Papa, prope annum Domini de 279 Illeſcas *in hiſtor.pontifical.lib.1.cap.28. col.1.* Hoſeda *vbi ſup. num.7.* Lancellottus *in templo, lib.2.cap.5.§.4 num.3.* Nam in princi-

10 pio naſcentis Eccleſiæ Petrus & cæteri Apoſtoli toti præerant orbi, & omnes ſimul gubernabant, habebántque plenitudinem poteſtatis, & erant pares tam in conſecratione, quàm in iuriſdictione. Victoria *in relectionibus, de poteſtate Eccleſiæ, prop.12.num.23. relect. 2. concluſ. 4. & num.* 20. Soto *in 4. ſentent. diſt. 24. quæſt.2.art.5.in fine.* Panormitanus *in c.per venerabilem, qui filij ſint legitim. num.20.* Selua *de beneficiis part. 2.q.4. num.30.in fine.*

Sed ſi diuiſio Epiſcopatuum eſt de iure poſitiuo, ergo & reſidentia.

Et licèt ſit de iure diuino vel 11
poſitiuo, propter ſuæ Diœceſis abſentiam in graues incidit pœnas, & primò pro rata temporis, quo abſit, fructus ſuos non facit, neque eos tuta conſcientia percipere poteſt: ſed pauperibus, vel fabricæ Eccleſiæ, ipſo facto, abſque vlla ſententia, vel declaratione impertiri, & habet locũ tam in Epiſcopis, quàm in Patriarchis, & in Cardinalibus Epiſcopis, vt aduertit Toletus *in Summ.cap.4. lib. 5. num.* 1. Concil. Trident. *de reformat.ſeſſ.23.cap.1.verſ. ſiquis autem auth. de ſanctiſſ. collat. 9. l.29.tit.5 part.1.* ibi, *è ſi lo decieren non les deben inuiar las rentas de ſus meſas.* & ibi Gregorius Lopez, Nauarr. *in Manuali cap.25.num.121.* Sa *verbo reſidentia, num.5.* Leo *in theſaur.part.3. cap.2.num.4.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi, cap.4 §.13.num.2.verſ.* 2. Lancellott. *in templo, lib.2.cap.5.§.de ſolicitud. & offic. Epiſcopi.n.58.* Iacobus à Graffis *in deciſ.lib.3. cap.2. num.* 36. Barboſa *in paſtoral. part. 3. allegation. 53. num.21.*

Excipe tamen quando abſentia 12
fit ad modicum tempus, cum cauſa rationabili, gratia recuperandæ valetudinis, ſeu amicum aut conſanguineum inuiſendi: tunc enim licèt abſentia ſit trium menſium, non reputatur pro abſentia, dum nec ſit

in Aduentu Domini, Quadrageſima, Natiuitate Domini, vel in feſto Reſurrectionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, nec in beatiſſimæ Mariæ (matris meæ amantiſſimæ, ſine culpa originali conceptæ, quam ab ineunte ætate in Dominam perpetuam elegi, in cuius ſignum publicam ſcripturam ſignaui ſeruitutis, ac ad huius magni tituli honorem demonſtrandum, & in recordationem mei muneris, in catenulis aureis à collo ſuſpenſam quotidie & aſſiduè porto quamdam auream medallam, in qua hæc ſculpta: *Eſclauo de la Virgen.* Vtinam in omnibus, & per omnia ita ſim, quòd Dominæ meæ complacere valeã, & poſſim, & pro ſuæ puræ & immaculatæ conceptionis defenſione vitam ponere, & ſanguinem libentiſſimè effundere:) Aſſumptione. Concil. Trident. Nauarr. Toletus, Vgolin. Franciſcus Leo, Emanuel Sa, & Barboſa, *vbi ſuprà.* Paulus Gryſaldus *in deciſ. fidei cathol. verbo Epiſcop. obiect.* 16.

13 Secundò, excipe quando ad multum tempus, puta per duos aut tres, vel plures annos, & ſic vrgente neceſſitate, vt pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ, vel totius Eccleſiæ vniuerſalis: vt cum Concilium prouinciale, nationale, aut generale congregatur: vel quando legatione aliqua fungitur de Romani Pontificis mandato, vel de eius licentia: ſeu quando euidens Reipublicæ vtpote ſuæ ciuitatis vtilitas eius abſentiam poſtulat; nam prius Pontificia licentia obtenta in ſcriptis licitè abeſſe poterit: vel ſi tam celeratè fit quòd Romanus Pontifex conſuli non poſſit, de Metropolitani conſenſu, & eo abſente de Epiſcopo antiquiori reſidente. Requiritur etiam, quòd tam à Metropolitano quàm à Suffraganeo licentia ſit in ſcriptis. Concil. Trident. Nauarrus, Franciſcus Leo, Paulus Gryſaldus. Sa, & Vgolinus *ſuprà.* Geminian. *in c. quoniam de priuileg. lib.* 6. *num.* 3. Gregorius Lopez *in l.* 29. *tit.* 5. *part.* 1. Armilla *verbo Epiſcopus, num.* 3. Soto *de iuſtit. lib.* 10. *quæſt.* 3. *art.* 4. *col.* 5.

Tertiò, quando cauſa ſupplendi defectum vicini Epiſcopi mortui, quæ eſt iuſta & valdè charitatiua, ac à ſanctis Patribus commendata. *c. Pontifices.* 4. 7. *quæſt.* 1. 14

Quartò, quando cauſa viſitationis, quia pro præſente habetur. *c. decreuimus. c. Epiſcopum. cum duobus ſequentibus.* 10. *quæſt.* 1. Caueant autem Epiſcopi ne hoc colore per Diœceſim vagentur, quia amplius quàm vnam diem remorandi per vnamquamque Baſilicam licentiam non habent. *c. quia cognouimus. c. cauendum. c. inter cætera, cum ſequentibus* 10. *quæſt.* 3. Ioannes Fileſacus *de ſacra Epiſcop. auth. cap.* 16. § 4. Nam licèt textus *in c. cum Epiſcopus de offic. ordinar. lib.* 6. poſſe Epiſcopum dicat, in quocumque loco ſuæ Diœceſis pro tribunali ſedere, & ibi cauſas ad eum ſpectantes terminare, & alia expedire dum non ſit in loco exempto: intelligi debet quando neceſſitas poſcit, vt cauſæ citò terminentur, aliter enim conſonum erit vt ad tribunal remittantur, ne hoc modo maiora contemnantur tribunalia. *c.* 1. *de priuilegiis.* Gregorius Lopez *in l.* 29. *tit.* 5. *part.* 1. Gonzales *in regula* 8. *gloſſ.* 43. *cancellar. num.* 192. 15 16

Cum cauſa tamen poterit in quacumque parte Diœceſis habitare, & ibi ad tempus iuriſdictionem exercere, cauſa namque iuſta quæ dicatur ſuæ conſcientiæ relinquetur. Andreas Gambarus *de off. Legati de latere. lib.* 2 *num.* 168. *fol. mihi* 34. Hieronymus Gonzales *vbi ſuprà.* Sayrus 17

*in floribus deciſ. tit. de officio ordinarij, deciſ.* 3. Hieronymus Venero *in exam. Epiſcopor. lib.* 4. *cap.* 17. *num* 5. Nauarrus *conſil.* 3. *aliàs* 4. *de off. ordinarij.* Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 8. *num.* 4.

18 Epiſcopus duorum Epiſcopatuum vnitorum, in vno ſtans poteſt negotia alterius Epiſcopatus terminare. Zero *in prax. verbo Epiſcopus, part.* 2. *num.* 37.

19 Aëris intemperies, & quando locus aquarum inundatione grauatur, vel ſi prædones adſunt, qui expelli non poſſunt, iuſtam cauſam mutationis, tranſlationis, ſeu renuntiationis Epiſcopo præbet. *c. tribus de conſecrat. diſt.* 1. *c. quorumdam. diſt.* 74. *c. Eccleſia*, 16. *quæſt.* 7. latè Monachius *de arbitrariis, lib.* 2. *centur.* 5. *num.* 12. *vſque ad* 16.

20 Debet igitur Epiſcopus diebus Dominicis & feſtiuis aſſiſtere diuinis officiis in ſua Eccleſia. *c. Epiſcopi, de conſecrat. diſt.* 3. Bertach. *de Epiſcopis, part.* 1. *quarti libri, num.* 4. Sa *verbo Epiſcopus, num* 42. Abbas *in c. magnæ, de voto num.* 11. Iacobus à Graſſis *in deciſ. aur. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 36.

21 Et ſi fortè ad ſuam Eccleſiam alius Epiſcopus venerit, debet eum honorificè ſuſcipere, valdè honorare, & particularem ei reuerentiam exhibere, in locóque eminentiori, & in propria ſede collocare, etiam ſi qui ſuſcipit Cardinalis ſit, & qui ſuſcipitur non. *c. Epiſcopi* 7. *quæſt.* 1. Bert. *vbi ſuprà.* Caſaneus *in catal. glor. mund. part.* 4. *conſider.* 22. Zerola *in prax. verbo Epiſcopus, part.* 1. *num.* 9.

Debet etiam ſubditos valdè honorare, diligere, & eis ſubuenire, ac vocare eos non fratres, ſed filios. Lancellott. *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 39. Panormitanus *in c. quam graui. de crimine falſi.* Gloſſ. *in c. ſto ſubiectus.* 95. *diſt.* vbi docet, quòd clericos vocet fratres, ſeu ſocios; & ſubditos laicos, filios. *c. quid autem* 8. *q.* 1. *c. cauendum* 10. *quæſt.* 3. Et quòd clericus quando ſcribit Epiſcopo reuerenter debet ſubſcribere, & non vocare fratrem, ſeu ſocium, ſed Patrem. Gloſſ. *in d. c. ſto ſubiectus.* 22

Debet etenim Epiſcopus omnia bona temporalia, & etiam vitam pro ſalute animæ cuiuſlibet ſubditorum exponere: iuxta illud Ioann. 10. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Diuus Thomas 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. *num.* 40. Armill. *verbo Epiſcop. num.* 3. Ioann. Trullus *in regula Canonicor. regular. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. Paulus Gryſaldus *in deciſ. fid. cathol. verbo Epiſcop. obiect.* 25. 23

At verò pro adminiſtratione Sacramentorum, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, vel pro ſalute corporum ſubditorum, ſe morti exponere non tenetur: licèt ſi id faciat erit laudabile, & magnæ charitatis indicium. Armill. *ſuprà, num.* 6. 24 25

Pro defenſione ſui populi vſque ad mortem ſe opponere debet: & ſi opus fuerit, pro bono publico renunciare Epiſcopatui. Lancellott. *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 7. & 10. 26 27

Ex quo ductu aliquos Hiſpaniæ Epiſcopos in bello à Mauris interfectos, à Cardinali Baronio anno Domini 1010. & à Ioanne Mariana *lib.* 8. *de la hiſtor. general de Eſpanna cap.* 10. iniuſtè reprehenſos defendes: nam cùm illi ſanctiſſimi Epiſcopi nimio affectu ampliandæ fidei & ſubditos defendendi à Sarracenorum oppreſſione, cum Catholicis Regibus & Magnatibus ad vela ibant, vt ſua exhortatione fideles & milites corroborarent; potiùs enim hæc pietas laudanda eſt quàm carpenda, vt Ambroſius de moralib. 28 29

inquit, *lib. 17. cap. 30.* illis verbis : *con los dos condes tan bien venieron algunos Prelados de las Ciudades de ſus ſennorios , à coſtunbrados con zelo chriſtiano à ſegir la gerra contra infieles.* Et melius venerabilis Antonius de Yepes *en la hiſtorla de ſan Benito, tom. 5. centuria 6. anno Domini 1010.* & Diui Benedicti anno 530. vbi Baronio & Marianæ reſpondens eximiis laudibus maximè eos exornat , in cælúmque fert , quia animam pro ſuæ fidei defenſione , ſui Regis , ſui populi, & pro Sarracenorum extirpatione infidelibus tradiderunt, cùm non haberent vltra quid face-
30 re : nam maiorem charitatem nemo habet , vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

31 Peccat etenim mortaliter Epiſcopus , ſi ſe non intromittit per cenſuram , aut per alium modum, ad pacificandos ciues cum ſcandalo diſſentientes. Gloſſ. *in c. vnum horarium. verbo neglexerit. 24. diſt.* Felinus *in c. 1. num. 5. de treg. & pace.* Lancellot. *di. lib. 2. cap. 5. §. 3. num. 70. & 10.* Barboſa *in paſtorali part. 3. allegat. 79. num. 1.*

32 Et cùm ouium cura ſit ita neceſſaria, & à ſanctis Patribus commendata , euidenter apparet quàm malè facit Epiſcopus , qui permittit ſe promoueri ad audientias. Primò quia plerúmque ſigillant Principum literas , vigore quarum ſanguis effunditur humanus. *c. clerici. c. ſententiam.* & ibi Scribentes *ne clerici vel monachi.* Boherius *de ordine grad. vtr. fori. part. 1. num. 11.* Gregorius Lopez *in l. 48 tit. 6. part. 2.* Vgolinus *de off. Epiſcop. p. 1. c. 3. n. 1.*

33 Secundò , propter ingentia damna quæ ſubditis inferunt ſtatim cùm abſunt ; & ideò Chorepiſcopi extincti ſunt, quia Epiſcopos illis ſuos greges paſcendos committebant, vt otio ipſi ſe traderent ; inſtar meretricum , quæ ſtatim vt pariunt infantes aliis nutricibus tradunt educandos , vt ſuam libidinem explere valeant. Soto *de iuſtitia lib. 10. q. 3. art. 2. in fine.* Pineda *en la monarch. Eccleſiaſtica , lib. 13. cap. 22. §. 1. part. 2. tom. 2.* ibi, *los Obiſpos que por ſu deſcanſo y paſſa tienpo en comiendan el regimiento de ſus Obiſpados à otros , ſon como las mugeres des honeſtas y luxurioſos , que enpariendo en tregan el hiſoque paren à otra que ſele crie por poderſe dar luego de nuebo a ſus luxurias: y que aſi los Obiſpos en ſiendo Padres de almas las en comiendan à otros por andarſe ellos en otras occupaciones, que les dan mas guſto yo nopuedo quietar nu conſciencia para aſegurar lade ningun Obiſpo , que anda mucho tienpo fuera
de ſu Obiſpado por mas officios de Rey* 34
*que tenga , ſi ay quien buenamente pueda complir con los tales officios.* Bart. de Medina *in Sum. cap. 16. §. 1.* vbi addit non debere abeſſe , etiam ſi vocetur ad Præſidentiam Inquiſitionis generalis, niſi alius æquè idoneus non inueniatur.

Tertiò , quia ibi cauſæ merè ſæculares tractantur, ſuo ſtatui & ſtylo
diſſimiles: & idem dico in regalibus 35
conſiliis , *y en las juntas*; & ideò impius ille Soliman, quando ſibi oſtenſa capita Magnatum fuerunt in bello contra Ludouicum Vngariæ Regem iniuſtè ac crudeliter vita exuta, hæc dixiſſe inquit Paulus Iouius, *dict. lib. 28. c. 1. tom. 2. col. 2. Viendo la cabeça de Paulo lomoreo le reprehendio de tonto y temerario pues ſiendo Sacerdote, dedicado en coſſas Eccleſiaſticas , auia con arrogancia , querido entremeter ſe en loque no era de ſu officio. y ſu conſeio fue cauſa del deſaſtrado ſuceſſo deſta batalla , muerte de ſu Rey , y de innumerable numero de Vngaros , y de toda la flor de aquel Reyno.* Videant noſtri

Reges

Reges quàm damnoſum eſt, vocare
*à las iuntas de conſeio de eſtado y gerra*
36 Epiſcopos & Religioſos, vbi de re-
bus diuerſis tam belli quàm pacis
agitur, in quibus neque ſcientiam,
notitiam, ſeu experientiam habent,
aut habere poſſunt, & reſolutiuè
ac magiſtraliter ſuam ſententiam
interponunt: ex quo Reipublicæ &
regnò magna ſequuntur incommo-
da. Non autem reprobo vt in con-
ciliis *y en las juntas*, aliqua per-
ſona Eccleſiaſtica ſit, vtpote Epi-
ſcopus aut Cardinalis, qui aliorum
vota & ſententias ſecundum leges
Dei, & Eccleſiaſticas ſanctiones
diſponat & dirigat. Sed improbo
quod de non ſibi pertinentibus, vt-
pote de naualibus pugnis, obſidio-
nibus, & ſimilibus, ex capite quaſi
hallucinantes loquantur: miniſte-
rium enim eorum, & exercitium
Sacroſanctum eſt, & ab his multùm
differt: & ſic quid mirum, ſi eorum
37 ſententiæ diuerſæ? Scriptum erat
in veteri lege, cum aſino & boue
non arabis: hoc eſt, homines di-
uerſi exercitij non iunges: quia diffi-
cillimum eſt ſententias eorum in
bonum Reipublicæ concordare. Et
38 idem dico quando in Conciliis vbi
de rebus Eccleſiaſticis tractatur, ſæ-
culares miſcentur, qui ferè num-
quam in bonum Eccleſiæ diſpo-
nunt.

Et non ſecurè facit Epiſcopus,
qui permittit ſe cõſtitui Magiſtrum
rationalem, & Præſidentem ad ra-
tiones officialium theſaurariorum
& receptorum diſcutiendas, quod
facere de iure non debent. *c. clerici.
ne clerici vel Monachi. c. inutile.* 88.
*diſt.* Boherius & Lupus *ſuprà.* Rebuff.
*in prax. lib.* 2. *de diſpenſ. de non reſi-
dendo.*

39 Officio Legati Regis, ſeu Ora-
toris fungi poterit, ſi adeſt Reipu-
blicæ vtilitas, & non adeſt alius
æquè idoneus, obtenta in his &
ſimilibus caſibus Pontificia licentia.
*c. cum parati, de appellationibus. c. ſi
Epiſcopus diſt.* 18. *c. in Archiepiſcopa-
tu, de raptoribus.* Felinus *in c. inter
dilectos, num.* 4. *de fide inſtrum.* Sa *ver-
bo Epiſcopus, num.* 18. Antonius Cor-
ſeti *de poteſtate Regia, part. vltima,
num.* 47. Lelius Zechus *de caſibus re-
ſeruatis, caſu* 3. *num.* 2. Barboſa *in pa-
ſtorali, p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 16.

Et officio Proregis: vt iam viſum 40
fuit in Cardinali Adriano Tortoſæ
Epiſcopo poſtea Papa, & in vene-
rabili Cardinali Franciſco Iimenez
Archiepiſcopo Toletano; & noſtris
temporibus Dominus ac Dominus
meus ſemper colendiſſimus, illu-
ſtriſſimus Cardinalis S. R. E. Diuus 41
Antonius Capata olim Archiepi-
ſcopus Burgenſis, & nunc conſilia-
rius Regius in conſilio *de eſtado y
gerra*, & etiam ſummus ac generalis
in Philippi IV. Regis hæreditariis
prouinciis de fidei Catholicæ ne-
gotiis cognitor, cenſórque diligen-
tiſſimus, & omni laude, veneratio-
ne, ac æſtimatione digniſſimus: de-
corauit namque illum Deus præcla-
riſſimis animi dotibus, ac illuſtra-
uit ſingulari prudentia, eloquen-
tia, integritate, conſtantia, man-
ſuetudine, ſolertia, probitate, exi-
mia pietate, iuſtitia, atque omni
denique ſanctimonia, quibus etiam
ſuæ vitæ grauitate ita amabilis om-
nibus apparet, quantum terribilis
illis, qui flagitiorum generibus
ſunt inuoluti. Viuat ergo feliciter
ad totius Eccleſiæ bonum, & ſit
eius memoria æterna) anno de 1621.
fuit Neapolis Gubernator. Bouadil-
la *in politica, lib.* 2. *c.* 17. *n.* 22.

Sed quòd Proregis ſeu Guberna-
toris officiũ exercere nequeat. Ant.
Corſet. *de poteſt. regia. p.* 5. *n.* 51.

41 Poterit etiam exercere officium
Regij Conſiliarij auth. habita. *c. ne*
*filius pro patre*: & ibi nota margina-
lis *l.* 48. *tit.* 6. *part.* 1. & ibi Lopus.
*Abb. inde clerici, num.* 10. *ne clerici. vel*
*monachi.* Felinus *in c. licet de foro com-*
*pet.* Laudenſ. *in tract. de conſiliar. q.* 30.
Corſeti *ſuprà.* Lancellot. *in templo*
*lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *de potentia Epiſcop.*
Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat.*
Leo *in theſaur. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 11.
Menchaca *de ſucceſ. creatione, lib.* 3. §.
30. *num.* 312. Bouadilla *d. lib.* 2. *cap.* 18.
*num.* 91. Camill. Borellus *in Summ.*
*deciſ. tit.* 6. *n.* 20.

43 Et quia in conſiliis regiis exiſten-
tes aliquando interrogantur de
cauſis criminalibus, ſi non cautè
reſponderint, irregularitatem in-
current: & ſic præmitto, quòd ſi
Epiſcopus fuerit interrogatus, qua
44 pœna feriri debeant cudentes fal-
ſam monetam, vel alia crimina
perpetrantes, reſpondere de iure
poteſt, generaliter loquendo, quòd
debent flammis igneis exuri: iuxta
deciſionem textus *in l. ſiquis nummos.*
45 *c. de falſa moneta.* Et quòd homicida
voluntarius vltimo ſupplicio dam-
netur, vt *in l.* 1. *ff. ad legem Corneliam*
*de ſicariis*: & ita de ſimilibus. Ioann.
Montaigne *de collat. parlamentorum,*
*part.* 3. *num.* 9. Laudenſ. *de conſiliar.*
*Princip.* vbi citat Baldum *in auth. ha-*
*bita. c. ne filius pro patr.* Archidiacon.
*in c. peſſimam* 23. *quæſt.* 8. Sa *verbo*
*irregularitas ex deformitate, num.* 4.
Armilla *verbo irregularitas, num.* 18.
Speculator *tit. de diſpenſat. lib.* 1. *p* 1.
§. 4. *num.* 42. Antonius Corſeti, Lan-
cellott. & Bouadilla; *ſuprà,* & iſte *lib.*
2. *cap.* 17. *num.* 27.

46 In caſu verò occurrenti particu-
lari, vbi mors vel mutilatio mem-
bri imponitur, non debet reſpon-
dere, ſeu conſulere: ſed dicere, hoc
conſilium ad me non pertinet, ne-
que eſt ſtatus mei, quia mihi non
licet interficere quemquam. Mon-
taygne *de collat. parlamentorum, part.*
3. *num.* 9. Speculator & Armilla.
*ſuprà.*

Sed ſi interrogatur in caſu parti- 47
culari, qua pœna multari debeat
Titius, & ipſe dicat mortem mere-
ri, & Iudex hoc conſilio non ſe-
quuto, ſed propter aliud delictum
ad mortem damnauerit, non effici-
tur Epiſcopus irregularis. Armilla
*ſuprà num.* 18.

Poterit etiam ſine irregularitatis 48
metu librum in cauſis criminalibus
iudices inſtruentem ſcribere, in lu-
cémque edere. Bouadilla *in politica*
*lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 27.

Epiſcopus à ſuo Rege, & ſimul 49
ab Archiepiſcopo vocatus, licitè
poteſt Archiepiſcopi prætermittere
mandatum, & ire ad Regem *c. paſto-*
*ralis.* §. *vltim. de off. Legati.* & ibi Gloſſ.
& Scribentes *in c. comparati, de appel-*
*lat. c. ſi Epiſcopus* 18. *diſt. c. de rebus*
12. *quæſt.* 2. *l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam.*
*col.* 6. *verſ. los quales aunque Prelados.*
Niſi Archiepiſcopus dixiſſet, quod
Regia vocatione non obſtante, eum
adeat, nam tunc coram eo prius
comparere debet. Panormitan. *in d. c.*
*cum parati. num.* 8. Corſeti *de poteſt.*
*Regi quæſt.* 5. *n.* 50. Laudenſ. *de Prin-*
*cipibus quæſt.* 427. Natta *conſ.* 576. *n.* 8.
Selua *de beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 3.
*num.* 12. Guillelm. Benedict. *in c.*
Rainutius *de teſt. verbo, & vxorem*
*nomine Adelaiſam. deciſ.* 2. *num.* 50.
*col.* 4. Azeuedo *in l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 4. *recopi-*
*lat.* Auiles *in capit. prætor. c.* 1. *gloſſ.*
*mandamientos, num.* 9. & 10. Ioannes
Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 9. *num.* 48.
Bouadilla *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 61. Lan-
cellott. *in templo, lib.* 1. *cap.* 2. *de Rege*
§. 3 *de magnitudine regali.*

Aliter fit cùm Papa, cui ſemper 50
Regis poſtpoſitis mandatis obtem-
peran

perandum eſt, ad inſtar Petri, qui omnibus relictis Dominum eſt ſequutus. Gloſſ. *in d.c. cum parati. & in c. paſtoralis de off. & poteſt. iudicis delegati. c. qui reſiſtit.* & ibi *gloſſ.* 11. q. 3. Abb. Lancellot. & Bouadilla *ſuprà.* Gonzales *in reg.* 8. *cancellar. gloſſ.* 1. *num.* 42.

51 In Epiſcoporum reſidentia (licèt de iure diuino eſſe dicamus,) ſolus Papa diſpenſat, in quo non facit contra ius diuinum, ſed tantummodò declarat in illo caſu non teneri reſidere Prælatum, nec lege diuina tunc obligari ad reſidentiam. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 9. Soto *de iuſtit. & iur. lib.* 10. *quæſt.* 3. *art.* 4. *col.* 4.

52 Et quia in fauorem reſidentiæ Dominis Epiſcopis alternatiua conceſſa eſt, non inutile erit vt ad de ea tractandum deſcendamus. Aduerte quòd ex Pontificia facultate Epiſcopi antiquitùs beneficia conferebant in ſua Diœceſi vacantia liberè, ſine vlla reſeruatione vel impedimento *c. decreto. c. qui ſe ſcit* 2. *quæſt.* 6. *c. multum. c. ſtupeo* 3. *quæſt.* 6. Gaſpar de Peruſio *in tract. de reſeruat. in pr. num.* 2. Hieronym. Grauid. *conſ.* 197. *num.* 3. & 9. *lib.* 1. Gomezius *in tract. de ſpectatiuis, num.* 20. *in fine.* Caſſiodor. *deciſ.* 3. *num.* 4. & *deciſ.* 4. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 3. *num.* 4. *de priuileg.* quos ſequitur Gonzales *ſuprà gloſſ.* 4. *n.* 4. & 5. §. 1. *proœm. n.* 22.

53 Sed reſeruatio ideò introducta vt prouideatur reſidentibus in curia. Gloſſ. *in extrauag. execrabilis*, §. *quæ omnia in verbo reſeruamus de præbend.* Ioann. 22. ibi: ſi quæris à me, quæ potuit eſſe cauſa rationabilis, quòd Papa ad ſe talia beneficia reuocauerit conferenda; poſſum reſpondere, quòd cum ad eius vrbem & ſedem confluant vndecumque clerici indigentes, quibus paterna prouiſione ſubuenire tenetur, iuſtum fuit & æquum aduenire modum, per quem Papa poſſit de multis beneficiis prouidere. Alias cauſas poſuit ibi gloſſa, & multas Gonzales, *vbi ſuprà num.* 187. *vſque ad* 197.

Sed ne Epiſcopi conqueri poſſent, conceſſit Papa tam Epiſcopis reſidentibus, quàm non reſidentibus, quatuor menſes: videlicet Martium, Iunium Septembrem, ac Decembrem, & ſibi reliquos octo menſes propter ſuam maiorem poteſtatem reſeruauit. Gonzales *in reg.* 8. §. 1. *proœm. num.* 51. *vſque ad* 54. Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras cap.* 35. *num.* 2. 54

In quo non facit Epiſcopis iniuriam, quia reuertitur res ad ſuam primæuam naturam: tradit Æneas de Falconibus *in tract. de reſeruat.* 2. *præludio, num.* 2. *verſ. vnde ſi contigerit.* Mandoſius *in regul.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 12. *ante finem.* Gonzales *num.* 47. 55

Poſtea vt Epiſcopi ad perſonaliter reſidendum inuitentur, diuiſit Papa æqualiter omnes menſes anni inter ipſum & Epiſcopos reſidentes, & alternatiuam quoad beneficia liberæ dumtaxat collationis acceptare volentes, vt videre eſt *in regul.* 8. *cancell.* & ibi Gonzal. *num.* 56. §. 1. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinam.* Nicolaus Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *num.* 682 *fol. mihi.* 471. 56

Itaque priuilegium quod in alternatiua eis conceditur, hoc eſt, quod alternatim cum Papa beneficia conferant, hoc modo Papa reſeruat ſibi ſex menſes, & alios ſex concedit Epiſcopis, videlicet Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris. Renuntiatis tamen quatuor menſibus, ſibi aliàs per regulam ordinariam competentibus, & vt alternatiua gau- 57



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dere poſſint, requiritur quòd Epiſcopus in ſua Diœceſi reſideat, & quòd prius eam acceptauerit per patentes literas, manu propria ſignatas, ſuóque ſigillo munitas, in ſua ciuitate & diœceſi datas: in quibus debet declarare ſe velle alternatiuam, & renuntiare quatuor menſes ſibi aliàs conceſſos & ipſas literas ad Papæ Datarium mittere, cum nuntio ſeu curſore ordinario & communi, quibus ab eo receptis, & in dataria recognitis, tunc demum & non antea, incipit priuilegio alternatiuæ gaudere. Leo *in theſaur. part. 2. cap. 3. num. 3.* Puteus *deciſ. 387. num. 1. & 2. lib. 3. & deciſ. 492. per totam. lib. 2. & ibi deciſ. 507. num. 1. & 4.* Gonzales *in regul. 8. cancell. gloſſ. 43. num. 41.* Nauarr. *conſil. 31. de præbend. num. 2.* Alexander Ludouiſius poſtea Papa dictus Gregorius XV. *deciſ. 94. incipit dubitaui. num. 9. & 11. fol. mihi. 92.* Thomas Zerola *in prax. benefic. verbo beneficium*, §. 8.

58 Quod in alternatiua nihil Epiſcopis de nouo concedatur, ſed tantùm remoueatur obſtaculum quoad duos menſes. Ludouiſius *deciſ. 99. num. 4. & 5 incipit dubita. an Petro. fol 97. & deciſ. 291. incipit informante. num. 1. & 6.* Puteus *deciſ. 215. lib. 1. num 3.* Gonzales *in d. reg. 8. gloſſ. 41. vſque ad 46. & gloſſ. 51.*

59 Cardinales verò S. R. E. non habent menſes reſeruatos, neque obſtaculum vllum, & ideò ſi Epiſcopatum habent, liberè poſſunt in quolibet menſe omnia beneficia conferre, quia impedimentum ab eis remotum eſt. Ludouiſius *deciſ. 99. num. 4.* Gonzales *gloſſ 24. num. 71. & gloſſ 41. & 45.*

60 Non poteſt Epiſcopus vti alternatiua, niſi beneficia vacantia fuerint liberæ dumtaxat collationis, ita vt ad ea conferẽda procedere poſſit ſine conſilio, aut conſenſu Capituli, aut alicuius perſonæ. Gonzales *d. gloſſ. 41. vſque ad 45.* Ludouiſius *deciſ. 95. incipit gratia Sebaſtiani.*

Et ſic in beneficiis ſpectantibus ad collationem Epiſcopi, & Capituli, & ſi menſes inter Capitulum & Epiſcopum ſint diuiſi, alternatiua conceſſa Epiſcopo, non prodeſt Capitulo. Ludouiſius *deciſ. 95. incipit gratia Sebaſtiani. num. 7.* Gonzales *in regul. 8. gloſſ. 24. num. 48. & gloſſ. 42. num. 1. & 5. & gloſſ. 45. per totam.* 61

De iure antiquo contrarium ſeruabatur, teſte Puteo *deciſ. 88. in fine lib. 1.* quia non erat reſtricta ad ſolos Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ſicut hodie. 62

Sed ſi Epiſcopus & Capitulum habent aliquas præbendas ſimultaneæ collationis, & diuidũt per turnum ius & exercitium conferendi talia beneficia ſimultaneæ collationis, tunc Epiſcopus in ſuo turno gaudebit alternatiua reſpectu dictorum beneficiorum: quia in hoc caſu certum eſt quod confert liberè. Ludouiſius *ſuprà*, & Gonzal. *d. gloſſ. 45. per totam.* 63

Idem dicendum erit ſi turnus non ſit diuiſus per alternas vices, ſed per choros ſeu latera, ita vt beneficia vacantia ex præbendatis ſedentibus in latere dextero chori Eccleſiæ cathedralis ſeu collegiatæ, ad liberam collationem Epiſcopi, quæ ex præbendatis ſedentibus in latere ſiniſtro, ad liberam diſpoſitionem Capituli ſpectent: nam cùm liberè Epiſcopus conferat vacantia in ſuo choro, alternatiua gaudet. Gonzales *ſuprà. §. 1. 2. & 3. num. 36.* 64

Sed Capitulum etiam ſi habeat in latere ſiniſtro liberam collationem, vel etiam ſede vacante, alternatiua frui nequit. Garcia *de beneficiis part. 5. cap. 1. fol. 471.* 65

Nulla

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

66 Nulla cauſa licèt grauiſſima & iuſtiſſima etiam à Concilio approbata, & licèt exerceat officium Inquiſitoris generalis, poterit Epiſcopum abſentem à Diœceſi habilem reddere, & facere quòd pro præſente habeatur, adhoc vt alternatiua gaudeat, vt ſanctiſſimus reſpōdit. Garcia *vbi ſuprà num.* 467. *& in addit. ad dict. cap.* 1 *num.* 463. Marqueſanus *de commiſſ. part.* 1. *tom.* 1. *cap.* 1. *&* 2. *num.* 115. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.* 53. *num.* 34. *cum ſequenti.*

67 Et licèt abſentia ſit vnius diei, & pro vtiliſſima cauſa, & in die illa commorans extra Diœceſim, vacauerit beneficium aut præbenda, prouiſio non ad Epiſcopum, ſed ad Papam pertinet: vt deciſum fuiſſe in Rota in cauſa Archiepiſcopi Domini Maximiani de Auſtria, teſtatur Gonzales *in regul.* 8. *cancell. gloſſ.* 43. *num.* 26. *vſque ad* 41. vbi latè & copiosè hanc quæſtionem diſputat, & vltimò concludit, quòd nec vnius diei abſentia eſt excuſabilis.

68 Contrarium affirmat Leo *in theſaur. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. ſed exiſtimo quòd non eſt ſecura, neque ſequenda eius doctrina: quia ad 15. dies extendit abſentiam extra Diœceſim, & dicit gaudere alternatiua dum abeſt.

69 Sed licèt abſens à Diœceſi per aliquod tempus, vel etiam per ſpacium vnius diei priuilegio alternatiuæ priuetur, non tamen ipſam alternatiuam perdit, neque perdere poteſt per abſentiam, abuſum, vel alio modo, niſi Papa volente, & expreſsè declarante: & taciturnitas Papæ conſeruare videtur Epiſcopum in ſuo vſu, & quaſi poſſeſſione conferendi virtute alternatiuæ. Latè Gonzales *in d. reg.* 7 *gloſſ.* 43. *num.* 135. *&* 159. *& gloſſ.* 56. *num.* 48. *vſque ad finem.* Barboſ. *in paſtor. p.* 3. *allegat.* 53. *num.* 44. vbi inſeruit quamdam ſacræ Rotæ deciſionem ſuper hoc latè fundatam.

Quid ergo dicendum, quando Epiſcopus abſens fuit à Diœceſi, & rediit ſtatim: vtrum per abſentiam totus ille menſis efficiatur Papæ, adeò vt ipſe beneficia vacantia in illo prouidere nequeat; anve ſtatim cùm rediit, poſſit conferre deinceps vacantia in illo menſe: ſiquidem, vt diximus, alternatiuam non perdit, niſi vſum tantùm per ſpacium temporis quo abeſt. Sed ad intelligentiam nota. Certum eſſe non amittere Epiſcopum alternatiuæ proprietatem per abſentiam, vſum verò ſic: ita vt ſi poſt acceptationem alternatiuæ abierit, redieritque in principio menſis Aprilis, aut Octobris, quia per abſentiam ſuam ſuam ſemel facti ſunt Papæ, licèt ipſe in principio ipſorum ad Diœceſim redeat, nihilominus impeditur prouidere vacantia in eis, & in ſequentibus, hoc eſt in menſe Maij, & Nouembris; ſed adueniente menſe Iunij & Decembris prouidebit, & eſt ratio, quia Epiſcopus iſtos duos menſes, ſcilicet Aprilem, & Octobrem lucratur Papæ, abſque aliqua menſium ipſius permutatione, & nullo alio niſi reſidentiæ onere adiecto: vnde cùm eos gratis accipiat, æquiſſimum erit, vt quantocùmque paruo tempore à ſua Diœceſi abſuerit, illos amittat: ita vt ſemel per eius abſentiam facti Apoſtolici ſemper remaneant Apoſtolici, vſque ad vltimum diem illius menſis quo abſuerit. 70

Si verò in principio menſis Februarij, ſeu Auguſti, licèt ſemel per abſentiam Epiſcopi facti ſint Papæ, deſinunt eſſe Papæ reuertente Epiſcopo ad ſuam Diœceſim, 71



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia non ita ſimpliciter Epiſcopus accepit à Pontifice menſes Februarij & Auguſti, ſed in cambium Martij & Septembris: vnde cum nullo modo poſſit Epiſcopus ex parte Papæ iterum habere Martium & Septembrem aliàs ſibi pertinentes, iuſtiſſimum eſt quòd Papa non ita abſolutè, & rigore ſtricto recuperet Februarium & Auguſtum, ſed ſit ſatis quòd per illud ſolum tempus quo abfuerit Epiſcopus Pontifex prouideat beneficia vacantia in illa Diœceſi, & quòd reuertente Epiſcopo ad eum quoque pertineat prouiſio, non ad Papam: quia ſtatim cùm reuertit deſinunt eſſe Papæ.

Menſes autem Iunij & Decembris ſemper ſunt Epiſcopi etiamſi Epiſcopus numquam reſideat in Diœceſi, & etiam tunc non pertinet prouiſio beneficij in eis vacantis ad Papam, ſed ad Epiſcopum. Quia cùm Papa retineat ſibi medietatem ſuorum octo menſium, ſcilicet Ianuarium, Maium, Iulium, & Nouembrem, in quibus nullo modo voluit poſſe competere Epiſcopo ius aliquod, etiamſi perpetuè reſideat; æquiſſimum etiam erit, quòd Epiſcopus ſibi etiam retineat medietatem ſuorum quatuor menſium, Iunium ſcilicet, & Decembrem, in quibus nullum vnquam ius poſſet competere Papæ, etiamſi Epiſcopus in ſua Diœceſi non reſideat. Quæ notaui tamquam mirabilia, & vtiliſſima; & ſecundum ea plures conſului in caſu particulari, & poſtea inueni idem tenere Barboſam, ex mente cuiuſdam moderni in longa allegatione ad deciſionem Rotæ, quam ſuo libro inſeruit, *in paſtorali part.3.allegat.53.num.38. vſque ad* 44.

In quibus caſibus Epiſcopus alternatiuam perdat, poſt multas ampliationes, & limitationes poſuit Gonzales *in regul.*8.*gloſſ.* 56. & concludit quòd ad hoc vt ea vti non poſſit, & vt cenſeatur amiſſa requiritur Papæ declaratio.

Finitur alternatiua morte Pontificis concedentis, aut Epiſcopi acceptantis, & renuntiatione ſeu morte ciuili tam Papæ, quàm Epiſcopi. Nauarr.*conſil.*31.*de præbend. & dignit. n.*2.Gonzales *in regula* 8. §. 5. *proœm. num.*1. *vſque ad* 38. Barboſa *part.*3. *alleg.*57.*n.*190. 72

Si transfertur ad aliam Eccleſiam, vel remouetur alio quouis modo, ceſſat alternatiua: quia talis tranſlatio ſeu remotio dicitur mors ciuilis; & ſi vult in nouo Epiſcopatu alternatiuam habere, de nouo petere & acceptare tenetur. Gonzales. *gloſſ.* 54. *in regul.* 8. *num.*14. *vſque ad finem.* 73

Epiſcopus non tenetur mittere nuntium ſpecialem ad Papæ Dattarium cum acceptatione alternatiuæ, ſufficit namque tranſmittere literas acceptationis cum nuntio, & curſore ordinario, & communi, ſiue cum alia quacumque perſona: & hoc procedit tam quando primò alternatiuam acceptat, quàm quando ſecundò aut tertiò. Gonzales *in regul.*8.*gloſſ.*63.*num.*6. 74

Quid enim dicendum eſt in iſta acceptatione, quando incipiat currere: & dic quòd ſi in dattaria alternatiuam acceptat in menſe Apoſtolico, non incipit gaudere alternatiua, niſi toto menſe peracto. Sed ſi acceptat in menſe ſuo, ſtatim currit in ſui fauorem: quia acceptatio, vel non acceptatio alternatiuæ eſt in ſola facultate Ordinarij; & ſi elegit acceptare in principio alicuius menſis Apoſtolici, ſibi imputet, cùm potuit expectare finē talis menſis, & non præiudicare Papæ, quia 75

in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

in eius volũtate fuit eligere, in quo menſe acceptare volebat. Barboſa, *p.3.alleg.53.n.38.& 41.*

76 Si beneficium in menſe Epiſcopi (per alternatiuam) vacauerit,& eius collationem differt vſque ad menſem Apoſtolicum,& in menſe Apoſtolico confert, valida eſt collatio, neque vitiatur quia in menſe Apoſtolico fit. Gonzales *in regul.9.cancel. gloſſ.11.num.*48.Barboſa *part.3. alleg. 57.num.*189.

77 Et poſtquam alternatiuam acceptauerit, non poteſt ab ea recedere, & dicere, Nolo ea vti, & habere menſes ordinarios: quia iam non eſt in eius poteſtate. Puteus *deciſ.*88. *lib.*1 *num.*1. Gonzales *in regul.* 8 *gloſſ.* 43.*num.* 135. *& gloſſ.* 59. *num.* 17. *& gloſſ.*50.*per totam.*

78 In generali reuocatoria non comprehenditur alternatiua, niſi de ea expreſſa mentio adhibeatur. Puteus *deciſ.*215.*num.*4.*lib.*1. & ibi *deciſ.* 47. *num.*2.Gonzales *in regul.*8. *gloſſ.* 43. *num.* 135. *& a gloſſ.* 41. *vſque ad* 66. plura de alternatiua dixit.

69 Sicut enim Epiſcopus non reſidens multis plectitur pœnis, à cõtrario reſidens multis honoratur priuilegiis; & primò pro nulla aut cauſa grauiſſima, etiam hæreſis, (quod abſit) aut læſæ maieſtatis, non poſſunt citari per quoſcumque Iudices ordinarios, ſeu delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, niſi de expreſſa commiſſione Papæ ſua manu ſignata.Late Gonzales *in d.regul.* 8.*gloſſ.*41. *num.* 4. *vſque ad* 8. Garcia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *num.* 687. *fol.* 471. Auguſtin. Barboſ. multos refert *in remiſſionibus ad cap.*7.*&* 8. Concil. Trident. *ſeſſ.* 13. Quintilianus Mandoſius *in tract. de monitor. quæſt.*4.*n.*7.*fol* 3 Conc. Trid.*de reform. ſeſſ.*13.*c.*7.incipit *Quoniam.*

## *SVMMARIVM.*

*Quis ſit Epiſcoporum proprius iudex.*num.1.

*Electus non confirmatus,qui ob calumnias non potuit adipiſci Epiſcopatum, à quo iudicetur.* num.2.

*Quando poſſint citari Epiſcopi ad comparendum in curia.* num.3.

*Quid requiratur ad hoc, vt incidant in ſuſpenſionem.*num.4.

*Cardinales non Epiſcopi an gaudeant illo priuilegio.*num.5.

*Epiſcopi an poſſint excommunicari à Vicario Archiepiſcopi.* num. 6.

*Confirmatus non conſecratus an gaudeat illo priuilegio.* num.7.

*Epiſcopus quando poſſit incarcerari à Principe laico.*num 8.

*Iudices ſæculares de cauſis* Epiſcoporum *cognoſcentes an excommunicationem incurrant.* num. 9.

*An eis dantes auxilium ſint excommunicati.*num. 10.

*An eamdem excommunicationem incurrant offendentes Epiſcopum,qui renuntiauit loco & dignitati.*num. 11.

*Epiſcopus ſeipſum offendens vtrum eamdem excommunicat. incurrat.*num. 12.

*Latrones bona* Epiſcopi *furantes vtrum eamdem excomm.incurrant.*num. 13.

*Quis fuit primus, qui contra* Epiſcoporum *inſidiatores pœnas ſtatuit.*num. 14.

*Patronus percutiens* Epiſcopum *an*

*priuetur iure patronatus.* n. 15.
*Ciuitas percutiens Epiſcopum quâ pœnâ feriatur.*num.16.
*Ciuitas an poſſit excommunicari.* num.17.
*Confirmatus non conſecratus occidens, an puniatur eadem pœna, quâ ſi eſſet conſecratus.*num.18.
*Ciuitas occidens* Epiſcopum *an nomen perdat.*num.19.
*Conſequentes vi abſolutionem quâ pœnâ multentur.*num.20.

---

# DE EXEMPTIONIBVS EPISCOPALIS DIGNITATIS.

## CAPVT SEPTIMVM.

1 EPISCOPVS etiam in cauſa hæreſis, (quod abſit,) non iudicatur ab Archiepiſcopo, Inquiſitore generali, à Patriarcha, ſeu ab alio, quàm à Papa, qui aliquando has cauſas eorum Metropolitanis committit, vel aliis Epiſcopis: hæc enim commiſſio debet eſſe ſpecialis, & manu Sanctiſſimi ſignata, & numquam plus prædictis Epiſcopis ſeu Primatibus tribuitur, quàm vt ſolam facti inſtructionem ſumant, proceſſúmque conficiant, quem ſtatim ad Papam tranſmittere tenentur, vt ſententiam proferat.

Minores autem cauſæ criminales Epiſcoporum in Concilio tantùm prouinciali cognoſci & terminari debent. *c. ideò cum ſequentibus 2. q. 6. c. Epiſcopus quæſt. 3. c. inquiſitores de hæreticis.* Concilium Tridentinum *de reformat ſeſſ 13. can 6. 7. & 8. c. inter corporalia, de tranſl. Epiſcop. verſ. condemnari l. 10. tit. 5. part. 1.* & ibi Lupus Panormitan. *in c. excommunicamus de hæretic. num.* 13. Penna *in director. Inquiſitorum part. 3. comm. 77. fol. 557.* Nicolaus Emerici *in director. Inquiſitor. part. 2. cap. 9. commentar.* 8. Henriquez *in Summ. lib. 13. cap. 55. §. 2. litera P.* Sylueſter *verbo Archiepiſcopo, num.* 1. Iulius Clarus *lib. 5. ſentent. §. final. cap. 35. verſ. vlterius quæro.* Sa *verbo Epiſcopus, num. 2.* Armilla *verbo Archiepiſcopus, num.* 2. Sarmiento *ſelectar. interpretat. lib. 1. cap. 14. num.* 8. Simancas *de catholic. inſtitut. cap. 24. de Epiſcopis. fol.* 85. Nauarr. *conſ. 2. de foro competenti. num.* 5. Millis *in reper. verbo Epiſcop. verſ. Epiſcop. poſtquam.* Anguianus *de legibus lib. 2. controuer.* 26. *num.* 20. Barboſa *in paſtor. part. 3. allegat.* 112. *num.* 13. Felinus *in c. 1. de iudiciis, num. 23. & in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitutionibus.* Extendit 2
ad promotum ad Epiſcopatum, qui ſine ſua culpa, fortè ob aliquorum calumnias non potuit Epiſcopatum adpiiſci: nam iſte in memoriam priſtinæ dignitatis, & promotionis, ab alio quàm à Papa deponi nequit. Petrus Gregorius *ſyntagm. iuris part. 2. lib. 15. cap. 2. num. 27.*

Neque poſſunt citari vt perſona- 3
liter compareant in curia Papæ, niſi ob cauſam, ex qua priuandi veniant, licèt cauſa grauiſſima ſit, & delictum punitione dignum: & tunc debet accedere ſpecialis commiſſio Papæ, vt Pius IV. ſanciuit. Quintilianus

lianus Mandoſius *de monitor.quæſt.*4. *num.*7.Barboſ.*in paſtoral.part.*3.*alleg.* 112.*num.*7

4 Neque incidunt in interdictum à iure, vel ab homine, niſi eorum expreſſa mentio fiat.*c.quia periculoſum*, *d. ſententia excommunicat.lib.*6. & ibi Geminian. *c. ſi compromiſſar.*§. *huiuſmodi.de elect.lib.*6. Sayrus *de cenſur.lib.*1. *cap.*8. *num.* 25. Iacobus à Canibus *in tract. de repræſ. part.* 3. *num.*5.Henriquez *in Summ. lib.* 13. *cap.*34.§.2.*liter.V*,*& cap.*43.§.5.*lit.V.* Nauarrus *in Manual.cap.*27.*num.*161. Azor. *inſt.moral. part.* 2. *lib.*3.*cap.*32. *quæſt.*8. Paulus Borgaſius *de irreg. titulo an excomm.part.*6.*num.*3. Leo *in theſaur.part.*3.*c.*8.*in princ.* Marius *de cenſur.tom.*1.*diſput.*10.*lib.*3.*cap* 5. *verſ. ſed quæri poteſt.* Armilla *verbo Epiſcopus*, *num.* 10. Felinus *in c.quod ſuper his*,*num.*12. *de fide inſtr.* Vgolinus *de offic. & poteſt.part.*1.*cap.* 2. §.2.*num.*4. Syluester, Armilla, Angelus *verbo Epiſcopus*, *num.* 12.10. *&* 6 Riccius *in prax. deciſ.*565.*num.*1. Speculator *tit.de diſpenſ. lib.*1.*part.*1.§.5.*num.*23. Fauius Incarnatus *in Scrutinio tit. de ſuſpenſion.verſ.vnde nullus.*Ioann.Cephal.*conſ.*1.*num.*55. *lib.*1. *tom.*1. Rodriguez *tom.*3.*quæſt.*65.*art.*3. Barboſ. *allegat.*111.*num.*1. vbi ponit aliquas ſuſpenſiones, quas incurrit Epiſcopus, licèt de eo expreſsè non fiat mentio.

5 Cardinales ſi Epiſcopi non ſunt, hoc priuilegio non gaudent. Felinus *ſuprà.*

6 Epiſcopus non poteſt excommunicari à Vicario ſeu Officiali Archiepiſcopi, ſi Archiepiſcopus eſt in prouincia, vel propè.*c.*1. §. *officiales*, *de offic.ordinarij.lib.*6. & Gloſſ.& Geminian ibi,*num.*2. Rebuffus *in prax. lib.* 1. *regul.de forma Vicarij Archiepiſcop.num.*164.Vgolinus *de off.Epiſcop. part.*1.*cap.*2.§.2. *num.*4. Millis *in repertor. verbo Epiſcop. verſ. Epiſcopus poſtquam eſt.*

7 Confirmatus non conſecratus non gaudet iſto priuilegio. Geminianus *vbi proxim.* Contrarium, nempe gaudere, tenet Vgolinus *in loco citato.*

8 Epiſcopus, qui Principis laici bona adminiſtrauit, non poteſt ab eo carcerari pro ratione reddenda, niſi fuiſſet ſuſpectus de fuga: ſed à Metropolitano, & coram eo conueniri debet. Bertach. *de Epiſcop. part.*1.*quarti libri*,*num.*21. Eſcouar.*de ratiociniis c.*7.*n.*13.

9 Iudices ſæculares de cauſis Epiſcoporum vel Eccleſiaſticorum cognoſcentes quocumque titulo ſunt ipſo iure excommunicati. *c. nouerit* 49.*c.grauem de ſentent.excomm. & per bullam cœnæ* §. 16. & ibi Armilla, & Viualdus.Nauarr.*in Manual.cap.*27. *num.*69. Leo *in theſaur.part.*3.*cap.*7. *num.*62.

10 Dantes auxilium, conſilium & fauorem in prædictis, & iuriſdictionem fructus, reditus, & prouentus ad Epiſcopos pertinentes impedientes, per dictam bullam ſunt excommunicati: & inſequentes, vel iniurioſè eos percutientes, capientes, ſeu vanientes, & tam mandantes quàm approbantes, facientes, conſulentes. Extrauagans *& ſi Dominici, de pœnitent. & remiſſ.* Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 22. *quæſt.* 2. *art.*3. *col.*10. Fauius Incarnatus *in ſcrutinio*, *tract.* 12.*de excomm. verſ* 9. *Clement. ſi quis ſuadent.*& ibi Card.Depênis.Nauarr. *conſil.* 31. *de ſentent. excomm. num.* 3. Candelabr.aur. *in bulla cœnæ*,*caſu* 11. *num.*85.Armill.*verbo excomm. excommunicat* 3 *num.*1.Zerola *in prax. verbo Epiſcop.part.*2.*num.*12.Nauarrus *in Manuali ſuper dict. bullam cap.* 27. *num.*67.Marius *de cenſur. tom.*1. *lib.*5. *cap.*1. *diſp.*12. *de excomm.contra offen-*

*dentes Prælatos & cap.3.col.5.*vbi dicit,
11 eamdem excommunicationem in-
currere offendentes Epiſcopum,qui
loco & dignitati renuntiauit.& *in d.*
12 *cap.1. col. 3.* quòd Epiſcopus , qui ſe
ipſum offendit,ſi læſio non eſt enor-
mis,non incurrit excommunicatio-
nem bullæ Cœnæ.

13 Latrones & ſimiles, qui Epiſco-
porum bona vſurpant, non incur-
runt excommunicationem : nam
ad hoc non ſufficit qualiſcumque
vſurpatio , ſed vt res Eccleſiæ. Leo
*in theſaur.part 3.cap.7.num.*48.

14 Conſpiratores, perſecutores, ſeu
inſidiatores ſuorum Epiſcoporum
curiæ tradendos inſtituit S.Fabianus
Papa. Cardinalis Baronius anno
Domini 1074. Gregorij VII. *anno* 2.
*num.* 6.

15 Qui Epiſcopum occidi intenta-
uerit , per ſe , vel per alios Iuſpa-
tronatus , quod in illa habet Eccle-
ſia,amittit.Petrus Gregor.*ſyntagma-
tum lib.* 17. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 16.
Zerola *in praxi part.* 1. *verbo Epiſcop.
num.* 27.

16 Ciuitas proprium Epiſcopum
percutiens , dignitate Epiſcopali
17 priuatur : & interdicitur , non ex-
communicatur ; (quia ciuitas non
poteſt excommunicari.) *c. inter nos
vltim.* § *egeat* 25.*q.* 2. Ioannes Ran-
dei *de diſpenſat. caſu* 42. Cardinalis
Tuſchus *litera C , concluſio.* 102. *n.*2.
Rebuffus *in praxi beneficior. lib.* 1.
*cap.* 25. *num.* 43. Zerola & Marius
*ſuprà.* Additionator Abbatis *in c.*1.
*de tranſlat. Epiſcopi,liter.C.* Gutierrez
*canonica lib.*2.*cap.*30. *num.*11. alios
referens.

18 At verò ſi conſecratus non erat,
ſed tantùm confirmatus , non pri-
uatur dignitate Epiſcopali. Baldus
*in l.ſi nondum c. de furtis.* & Iaſon *in
l.*2.*col.* 2. *c. de in officioſo teſtam.* quos
ſequitur Couarruuias *lib.* 2. *variar.
cap.*9.*num.*10.Alphonſ.de Hoſeda *de
incompatibil. beneficior. cap.* 23. *n.*113.
Gutierrez *ſuprà.*

Sed in caſu quo offendat confir- 19
matum conſecratum , & priuetur
dignitate Epiſcopali ; non tamen
nomen ciuitatis perdit. Bart. *in con-
ſtitut. qui ſint rebelles. verbo Lombar-
dia num.*6. Bouadilla *in politica lib.* 2.
*cap.*17.*num.*15.Gratianus *diſceptation.
tom.*2.*cap.*291.*n.*37.& 38.

Conſequentes vi vel metu abſo- 20
lutionem ſententiæ excommunica-
tionis , ſuſpenſionis , vel interdicti,
abſolutio annullatur , & nouam ex-
communicationem incurrunt.*c.vni-
co , de his quæ vi. lib.* 6. & ibi Gemi-
nian.*num.*3.Leo *in theſaur.part.*3. *c.*7.
*num.*87.

## *SVMMARIVM.*

*Epiſcoporum ordo quos gradus ha-
beat.*num.1.

*Epiſcoporum ordo an honorabilis.*
num.2.

*An ſint de iure diuino,& ſuccedant
Apoſtolis.*num.3.

*Clauſula illa D. Ioannes , Dei &
Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus
Aurienſis,ad quid.*num.4.

*An ſit de iure diuino quòd Toleti
aut Valiſoleti ſit Epiſcopus.*
num.5.

*Diuiſio diœceſum & creatio* Epiſco-
*patuum à quo iure.*num.6.

*An poſsint creari Epiſcopi ſine titu-
lo.*num.7.

*Iuriſdictionis poteſtas an ſit de iure
diuino* num.8.

*Papa an poſsit omnes Epiſcopos de-
ponere.*num.9.

*Vtrum illis prohibere poſsit Sacra-
mentorum*

*mentorum collationem*.num.10.
*Et quid ſi interuenit conſilium Cardinalium S.R.E.*num 11.
*Poteſtatem conferendi Sacramenta ordini Epiſcoporum reſeruata, an tollere Papa poſſit*.num.12.
*Abbas Panormitanus, & Innocentius increpantur ab Alphonſo de Caſtro, Couarruuia, & ab aliis*.num.13.
*Vtrum poſſit Papa impedire executionem ordinis Epiſcopalis*.num.14.
*An peccent* Epiſcopi *adminiſtrando ea, quæ eis competunt ratione ordinis, ſi prohibitio Papæ interueniat*.num.15.
*Epiſcopus an ſit par Papæ*.num.16.
*Papa an dici valeat ſe eſſe Epiſcoporum Dominum*.num.17.
*In* Eccleſia *nihil clarius* Epiſcopo.num.18.
*Papa Epiſcopos magni facit, & vocat eos fratres: & Cardinales filios*.num.19.
*Cardinales quare aliquando appellentur fratres*.num.20.
*Aliquando quis ex perſona alterius conſequitur, quod, ex ſua non poteſt*.num.21.
*Epiſcopatus an ſit dignior aliis ordinibus, & an Chriſtus fuit Epiſcopus*.num.22.
*Vtrum ſit maior ordo in* Eccleſia, *& quare ſe Epiſcopum nominat Papa*.num.23.
*Si Epiſcopus eligatur in Papam, an debeat conſecrari iterùm*. n.24.
*Habent* Epiſcopi *excelſum honoris faſtigium*.num.25.
*Dignitas Epiſcopalis ordinata ante aduentum Chriſti*.num 26.
*Epiſcopus eſt frater, & Coëpiſcopus Papæ*.num.27.
*Si* Papa *non exprimit cui ſcribat, cui ſcribere præſumatur*.num. 28.
Papa *eſt inter Epiſcopos ſicut* Petrus *inter Apoſtolos*.num.29.
*Sunt membra, & pars corporis* Papæ.num.30.
*Tenent in* Eccleſia *locum, quem* Princeps *Sacerdotum in ſynagoga*.num.31.
Et Princeps *Sacerdotum: & carpitur impius Caluinus*.num 32.
*Eſt prima dignitas poſt* Papatum.num.33.
*Eſt maior* Præsbytero *Cardinali*.num.34.
*Auguſtinus ob quid venerabatur Hieronymum*.num.35.
Epiſcopus *commenſalis Cardinalis S.R.E. an dici valeat quòd eius familiaris ſit*.num. 36.
Excitantur Epiſcopi *ad maieſtatem ſuæ dignitatis conſeruandam*.num.37.
*Cupiditas omnium malorum radix*.num 38.
Cardinales *S. R. E. an inferiores, ſeu ſuperiores* Epiſcopis.num.39.
*Epiſcopi an ſint minoris dignitatis quàm* Cardinales.num 40.
*Epiſcopatus an iure diuino maior ſit* Cardinalatu.num. 41.
*Epiſcopatus an iure diuino maior ſit Presbyteratu*.num.42.
*Cardinalium origo*.num.43.

Cardi

*Cardinalatus Preſbyteratui quid addat, & quid Abbatia Monachatui.*num.44.

*Antiquitus Curati ac principales Sacerdotes cuiuslibet Eccleſiæ Cardinales appellabãtur.* n.45.

*Papa an poſſit Epiſcopum ſine cauſa deponere.*num.46.

*Petrus an potuit aliquem ſine cauſa remouere ab Apoſtolatu : & vtrum Papa poſsit Epiſcopatum inuito Epiſcopo ſine cauſa diuidere.*num.47.

*Epiſcopus eſt Princeps Eccleſiæ.* num.48.

*Vtrùm ſit maior Imperatore.* num.49.

*Eſt ordinarius ſui Regis.*n.50.

*An poſsit excommunicare Regem ſeu Imperatorem.*num.51.

*Conſtitutio facta in octaua Synodo generali ponitur.*num.52.

*Reges & Principes qualiter Epiſcopos ſint veneraturi, & an debeant eis aſignare ſedem in parte dextera.*num.53.

*Valentinianus Imperator miraculosè percutitur ob irreuerentiam Epiſcopo exhibitam.*num.54.

*An iuri conſentaneum, quòd Rex, quando Epiſcopus accedit, reuerenter aſſurgat.*num.55.

*Princeps à clarißimis ſalutatus an aſſurgere debeat.*num.56.

*Imperator Caralus IV.quid faciebat cum Cardinali de Columa.* num.57.

*Epiſcopus an ſit clarißimus.* num.58.

*An debeant oſculari manus Regis, ſeu Imperatoris.*num.59.

*An noſtri Epiſcopi dici poßint eſſe noſtri Regis Philippi Vaſſallos.* num.60.

*Subditus an potius Epiſcopo ſuo quàm ſuo Regi ſubuenire debeat.*num.61.

*Quomodo ſuo Epiſcopo ſcribere debeat.*num.62.

*An coram eo genuflectere teneatur.* num.63.

*Genuflexionis reuerentia Principibus excelſis tantùm debita.* num.64.

*Epiſcopus Princeps excelſus dicitur.*num.65.

*Reges curare debent quòd Epiſcopi venerentur.*num.66.

*Conſtitutio Francorum Regum ponitur.*num.67.


DE

# DE EXCELLENTIA EPISCOPATVS.

## CAPVT OCTAVVM.

1 SAcer Epiſcoporum Ordo quadripartitus eſt, in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos. c. cleros. verſ. ordo. 21. diſt. c. vnico. §. final. de ſtatu regularium, lib. 6. l. 1. cum ſequentibus tit. 5. part. 1. Soto de iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. art. 3. col. 5. Ioannes Garcia de nobilit. gloſſ. 48. §. 3. num. 8. Roman. en ſu republica Chriſtian. lib. 3. cap. 5. verſ. ſan Iſidro. Barboſa in paſtorali, titulo 1. & 6. per totum.

2 Ex iſtis enim dixit lex 1. tit. 5. part. 1. los mas honrrados ſon los Obiſpos que maguer à Papa e Patriarchas, e Primados, e Arcobiſpos, ſegun dize adelante pero todos eſtos ſon Obiſpos, como quier que aian los nomes departidos: & ibi Lupus.

3 Sunt enim inſtituti de iure diuino, & ſuccedunt Apoſtolis per quamdam ſimilitudinem, & proportionem c. Eccleſiæ 35. diſt. c. in nouo 21. diſtinct. c. legimus. 29. diſt. c. Dominus 93. diſt. c. quorum vices 69. diſt. c. loquitur 29. quæſt. 1. Gloſſ. in c. Abbates de priuilegiis lib. 6. l. 1. l. 17. l. 41. l. 66. tit. 5. part. 1. & ibi Montalno & Lopez. Concil. Trident. de ſacram. ordin. ſeſſ. 23. cap. 4. Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 5. num. 9. Soto in 4. diſt. 24. quæſt. 2. art. 2. col. 5. tom. 2. & tom. 1. q. 1. diſt. 21. art. 4. Petrus Soto in lect. de inſtitut. Sacerdot. lect. 1. tit. de ſacram. Ordinis. §. 1. Anton. de Præris, de iuriſdict. Epiſcopi, c. 6, col. 3. num 27. Rodeanus de ſimonia, tom. 2. cap. 16. num 57. Soto de iuſtit. lib. 10. quæſt 1. art. 3. Gryſaldus in deciſ. fidei cathol. verbo Epiſcopus, obiect. 3. Baldus in c. ſolitæ de maior. num. 2. Stunica de vera relig. cap. 28. lib. 3. Coninck de ſacram. tit. de ſacram. ordinis, diſp. 20. dub 4. num. 25. Panormitan. in c. tua nobis. de confirm. vtil. vel inutil. n. 11. & in c. per venerabilem qui filij ſint legitimi, num. 20. Tuſchus liter. E, verbo Epiſcopus concluſion. 237. num. 20. Bertachin. de Epiſcop. in præludio. num. 4. Ioann. Randei de diſpenſ. in prælud. num. 4. Cataldin. de tranſlat. ſacri Concilij num. 9. tom. 3. diuerſ. Petrus de Monte de primatu Papæ, & Monarchia Concilior. ſum. 1. Andreas Siculus de præſtant. Cardinal. quæſt. 1. baſilica 1. num. 10 Hugo de officio quatuor Prælator. in arbore ſtatus humani generis. Troilus Maluetius de oblationibus imagini factis, 4. part. num. 3. Victoria in relectionib. de poteſt. Papæ, relect. 2. concluſ. 3. num. 9. Selua de beneficij, part. 1. quæſt. 4. n. 32. Sylueſter verbo Epiſcopus, num. 1. Ioannes de Montaygne de bigamia, quæſt. 1. n. 7. Lancellotus in templo, lib. 2. cap. 5. in princ. Sylueſter verbo Epiſcopus, n. 1. Ioannes Garcia de nobilitate, gloſſ. 48. §. 3. num 55. Agia de exhibendis aux. fundam. 3. Petrus Gregorius ſyntagmat. part. 2. lib 15. cap. 2. n. 7. Gutierrez canonicar. lib 1. cap. 27. num. 14 Suarez de legib. lib. 4. cap. 4. num. 2. & 3. Hoſeda de benefic. incompatib. part. 1. num. 5. Valenzuela conſ. 35. n. 119. Gambarus

*de poteſtat. Legati, fol.* 25. *num.* 8.

4 Neque huic concluſioni obſtabit profectò communis practica loquendi in clauſula illa, (D. Ioannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Aurienſis:) nam hæc ponuntur in ſuperioritatis recognitionem; nam licet de iure diuino eorum dignitas & iuriſdictio ſit, non tamen eorum electio, quia ab ipſo Papa fit, & confirmatio: & cum à Papa munus confirmationis recipiant, iuſtiſſimè dicunt, ſua gratia & beneuolentia mediante, eſſe Epiſcopos. Nam de iure diuino non eſt quòd Petrus aut Ioannes ſit Epiſcopus, & cùm Papa Petrum aut Ioannem eligat, aut ſi eſt præſentatus, confirmat ſic de ipſius gratia factus
5 dicitur. Vel dic, quòd licet ſint de iure diuino, de iure Pontificio eſt quod Toletana in ciuitate, aut in
6 Valliſoletana ſit Epiſcopus, quia diœceſium diuiſio eſt de iure poſitiuo, & etiam creatio Epiſcopatuum. Rodeanus *de ſimon. cap.* 18. *num.* 4. &
7 ſic pro hac etiam parte dicunt Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus talis tituli: nam ſine titulo, vt diximus ſuprà, creari non poſſunt; & ſic videtur quod aſſignatio tituli facta à Papa, iuncta conſecratione, faciat Epiſcopum.

8 Et ideò quia poteſtatem quam habent iuriſdictionis in genere, eſt de iure diuino, vt tenent ſuprà relati, Gambatus, Victoria, Antonius
9 de præt. Rodeanus, & alij, non poteſt Papa omnes Epiſcopos deponere. *c. per principalem*: & ibi *gloſſ.* 9. *q.* 3. Andreas Siculus *de præſtantia Cardinal. part.* 1. *baſilica* 1. *num.* 93. Panormitan. *in c. tua nobis, final. de confirmat vtil. vel inutil. num.* 10. Troilus Maluetius *de oblationibus imaginibus factis, part.* 2. *n* 11. Laudenſis *de principibus, quæſt.* 164. Gregorius Lopez *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 1. & Montaluo *in l.* 2. *tit.* 5. *part.* 1. Antonius de Roſelis *de poteſt. Papæ & Imperatoris, ſumm. quis iudex Papæ ſit, num.* 7. Ioannes Montaygne *de bigamia, quæſt.* 7. *num.* 8. Abbas *in c. quanto. de conſuetudine, num.* 11. Agia *de exhibendis auxil. fundament.* 4.

10 At verò poterit eis prohibere Sacramentorum collationem, quod ſine grauiſſima & rationabili cauſa facere non poteſt, quia id eſſet contrà vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ ſtatuere, quem decolorare ſine dubio nequit. Abbas, Gregorius Lopez, & Maluetius *ſuprà.*

11 Et quòd non poſſit ſtatum Eccleſiæ decolorare etiam cum conſilio Cardinalium. Guillel. Benedictus *in c.* Rainutius *de teſtam. verbo & vxorem nomine Adelayſam. deciſ.* 2. *num.* 137. *fol. mihi,* 92. *col.* 1.

12 Poteſtatem verò conferendi illa Sacramenta, quæ ſunt Epiſcopis reſeruata ratione ordinis Epiſcopalis, vt eſt ordinare, confirmare, & ſimilia, tollere nequit Papa: quia à Deo, non ab ipſo recipiunt; ita vt etiam interueniente Papali prohibitione, collatio iſtorum Sacramentorum erit vera ac firma. *c. quod quidam* 1. *quæſt.* 1. *c. ordinationes* 9. *q.* 1. Gloſſ. *in c. manus. de conſec. diſt.* 5. Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 8. Pineda *in monarchia Eccleſiaſt. part.* 2. *tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 1. §. 2. & *part.* 3. *tom.* 3. *lib.* 17. *cap.* 4. §. 2.

13 Contrarium tenuerunt Abbas, Innocentius, & alij, quos redarguunt Alexander de Ales, Ioannes Maior, & Adrianus VI. & reputata pro hæretica ab Alphonſo de Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punitione cap.* 22. quos refert Couarruuias *vbi ſuprà.*

Sed licèt tollere nequeat prædictam poteſtatem, poterit impedire

exccu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

executionem ordinis Epiſcopalis circa Sacramenta, ſiue generali, ſiue particulari prohibitione, ad hunc effectum, vt poſt prohibitionem Epiſcopus ordinans, confirmansve peccet, licèt quæ fecerit firma remaneant,& valida: quia poteſtatem illam à Deo, non à Papa accipiunt. Couarruuias, & Caſtro *vbi ſuprà*, & Pineda *dicto lib.12.c.1.§.2.& lib.17. cap.4.§.2.*

15 Et hæc eſt ratio: nam illa quæ Epiſcopis competunt ratione Ordinis, licet prohibeantur à Papa, nihilominus valida erunt, licèt peccent Epiſcopi; vt eſt confirmare, ordinare,& ſimilia. At verò ſi vetat exercere illam poteſtatem, quam habent circa conſecrationes, altarium benedictiones, ſeu alia ſibi iure humano, & poſitiuo conceſſa, in hunc ſenſum, vt acta ab eis nullius momenti ſint, quid exerceant per talem inhibitionem annullatur. Gloſſ. *ſingularis, in c. manus de conſecrat. diſt 5.* Caſtro, Couarruuias,& Pineda *ſuprà*.

16 Eſt par Papæ, quantum ad Ordinem & conſecrationis rationem, non quoad iuriſdictionem. *c. in nouo.* & ibi Gloſſ 21 *diſt c. loquitur 24. q 1. l.1.tit.5.part.1. l.3 eodem tit. & poteſt. ibi: Apoſtolico de Roma Obiſpo es tambien como los otros.* Andreas Siculus *de præſtant. Cardinal part.1.baſil.1.n 8.* illis verbis: Epiſcopi ſunt æquales Papæ quoad ordinem. Victoria *in relection de poteſt. Eccleſiæ, relect. 2. concluſ.4.num.10.& concluſ.2.num.27.* Hugo *de offic. quatuor Prælator. ſumm. de ſecundo Prælato.* Petrus à Monte *de primatu Papæ part. 1.* Cardinalis *in Clement vltima de priuileg. num.7.* Paulus de Citandinis *de iure patronatus part.7.num.15.& 14.* Laudenſis *de principibus quæſt.165.* Panormitan. *in c. quam graui, de crimine falſi, n.3.* Felinus *in c. cum nobis, num.5. de præſcript.* Francus *in c. vnico de venerat. Sanctor. lib. 6. num. 2.* Monachus *in præfat ſexti Decretalium*,& ibi Probus *in additionibus num.4.* Bonifacius de Vitalinis *in Clemen. Archiepiſcopo de priuileg. num.38.* Lancellott. *in templ. lib.2.cap.5 §.4.num.1.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.46 § 3.num.8.* Soto *de iuſtit. lib.10.q.1 art.3.col.6.*

17 Et ob id Romanus Pontifex non Dominus Epiſcoporum, ſed vnus ex ipſis dicitur. Geminianus *in c. fideli. de ſumma Trinitate num.13. lib.6.* Gregorius Lopez *in l.5.tit.5.p.1.*

18 In Eccleſia Dei nihil eſt clarius, nihil beatius Epiſcopo. Philip. Probus *vbi ſuprà num.4.*

19 Et ſic Papa Epiſcopos magni facit, & fratres, & Coëpiſcopos appellat. Mandoſius *in prax. tit. de inhibit. quæſt.7.num.7.* 20 Cardinales autem vocat filios: niſi quando promiſcuè loquitur. Gloſſ. *in extrauagant. execrabilis.* Ioann.22. *de præbend. verbo, cum fratribus*, ibi, quòd quando Papa de Cardinalibus loquitur indefinitè, vel promiſcuè appellat omnes fratres, & poteſt ratio reddi: quia licèt ſoli Epiſcopi Cardinales regulariter, & ſpecialiter fratres, cæteri verò filij appellentur. *c. quam graui de crimine falſi. c. licet dilect. de teſtibus c. dilectus de præbendis.* Ne igitur Epiſcopi notabili fraterno nomine nuncupandi, vt ibi negligi videantur, ideò & alij propter alios fratres appellantur:& Domini Cardinales non Epiſcopi, qui fraterni nominis appellatione non ſunt nuncupandi. *d.c. quam graui.* niſi propter illos qui Epiſcopi ſunt, fratres appellari merentur. Sicuti nepotes ex filiis, qui verè filij non ſunt, nec ſic appellari conſueuerunt. *l. quod ſi nepotes. ff. de teſtament. tutela. §. ſi quis filius inſtitut. qui tutores dare poſſunt.*

tamen propter filios & ipſi filij ap-
21 pellantur: & ſic ex perſonis Epiſco-
porum conſequuntur, quod ex ſua
ſingulariter non poſſunt, vt aliàs
contigit: vt *in l.cum autem.§ fin.ff.de
edil:ct.edict.l.nō putabit.ff.de bonor.poſſ.
cōtra tabulas.l.ariſto.3.ff.quæ res pignor.
obligar.poſſunt.c.licet.de priuileg.*

22 In Eccleſia Epiſcopatus eſt di-
gnior aliis ordinibus: quia Chriſtus
fuit Epiſcopus: iuxta illud Pauli,
*Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum
bonorum.* Gambarus *de offic. Legati.
lib.2.num.41.& 51.*Probus *ſuprà.*

23 Neque eſt, neque inuenitur in
Eccleſia maior ordo quàm Epiſco-
palis: & ideò ſe Epiſcopum nomi-
nat Papa.Gloſſ. *in proœm. 6. decretal.*
& ibi Geminianus. Iaſon *in l. impe-
rium. ff. de iuriſd. omn. iudic. num. 3.*
Abb *in c.licet.num.6. de elect.* Siculus
*de præſtant. Cardinal. part. 1. baſil. 1.
num 17.* Soto *in 4. ſentent. diſt. 24.
quæſt.2.art.4.tom 2.*Montaluo *in l.16.
tit.5.part.1.* Rebuffus *in praxi part. 3.
ſignaturæ. verbo annexor.lib 1.* Bohe-
rius *in deciſ. de auth. magni conſilij,
num. 57.* Sylueſter *verbo Epiſcopus,
num 2.*Caſaneus *in catal. part.4 conſ.
25.*Garcia *de nobilitate, gloſſ.48. §. 3.
num. 8.* Franciſcus Pauinis *de poteſt.
Capituli. ſede vacante, præludio 6.
num. 14.* Biaxio *in directorio elect.
cap.35.num 5.part. 2.* Borgaſius *de
irregularitate.part.6. num.4.* Bonifac.
de Vitalinis, Gambarus, Lancellot.
*ſuprà.*Albarotus *ſuper feud.c.1. de his
qui feud.dare poſſunt, num. 4.* Hoſeda
*de benefic. incompatibilib. part.1. n.5.*
Cephalus *tom.1.conſ.1.n.47.* Barboſ.
*in paſtoral.titulo 1.cap.2. num. 11. &
cap.6.num.3.*

24 Et ideò ſi Epiſcopus eligatur in
Papam, non indiget vlla conſecra-
tione: ſed tantùm coronatur, non
conſecratur, quia ſupra Epiſcopa-
tum nullus ordo, neque conſecra-
tio eſt. Soto *in 4. ſentent. diſt. 24.q.2.
art. 4. col. 3.* Sa *in aphoriſm. verbo
Epiſcopus, num.43.*

Quòd Epiſcopi habent excelſum 25
honoris faſtigium. Rodeanus *de ſi-
monia cap.18.num.4.*

Et quod dignitas Epiſcopatus erat 26
ordinata ante aduentum Chriſti, &
ſic in veteri lege: iuxta illud Pſalm.
108. *Fiant dies eius pauci, & Epiſco-
patū eius accipiat alter.*Rodean. *ſuprà.*
Ioannes de Ligamo *in Clement. Ar-
chiep.de exceſſibus Prælatorum.* Mar-
queſanus *de commiſſ.part.1.tom.1.c.1.
& 2.num.152.*

Epiſcopus frater & Coëpiſcopus 27
Papæ dicitur. *c.fraternitatem 71. diſt.
c.monam. c. quoties. cum ſequentibus 2.
quæſt.5.c.quia frater.c.ſcias 7. quæſt.1.c.
frater noſter, 16.quæſt. 1. c. peruenit.c.
Eleutherius 18. quæſt. 2. c. quoties 24.
quæſt.2. c. quam grauis de crimine falſi
c.licet de accuſationib.clement.1. §. ne-
que ſuper de pœnis.* & Cardinalis ibi.
*& in proœm.clement.§. Ioannes num.3.*
Soto *in 4.ſentent.diſt.21.quæſt.1.art.4.
col.2.in fine.*Abbas *in c. quam graui de
crim. fal. num. 3.* Siculus *de præſtant.
part.1.baſ.1.num.9.* Petrus de Monte
*de primatu Papæ, part.1.num 10.* Bo-
nifacius de Vitalinis *in d.clem.1.num.
80.* Gambarus & Caſaneus *ſuprà.*
Lancellott *in templo, lib.2.cap.5.n.6.*
Laudenſ. *de Cardinal.quæſt.94.* Hugo
*de officio quatuor Prælator. ſumm. 1. de
ſecundo Prælato in princ.*Garcia *de no-
bilitate gloſſ 48.§.3.num.54. & gloſſ.9.
num.42.*vbi dicit, quòd ſi Papa per- 28
ſonam cui ſcribat non exprimit,
Epiſcopis tamquam fratribus ſuis,
& Coëpiſcopis ſcribere præſu-
mitur.

Papa eſt inter Epiſcopos, ſicut
Petrus inter Apoſtolos. Soto *de iu-
ſtitia, lib.10.quæſt.1.art.3.col.6.*

Et ſunt membra & pars corporis 29
Papæ. *argum.textus in c.ſignificaſti, de
elect.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*elect.* ibi, quæ vos cum Beato Petro
tamquam membra de membro ha-
bere, & catholici capitis vnitatem
ſeruare declarent. Petrus Gregorius
*ſyntagmat.part. 2. lib.15.cap.3.num.8.*
Lancellott. *in templo, lib.2. cap.2. de
Cardinal.§.3.n.17.*

31 Et tenent in Eccleſia locum quem
Princeps Sacerdotum in ſynagoga
occupabat. Coninck *de ſacram. titulo
de ſacrament. Ordinis, diſp.20.dub.4.
num.25.*

32 Et eſt Princeps Sacerdotum, &
inter illos adeſt tamquam Princeps
inter ſuos conſiliarios: non tam-
quam Conſul inter Senatores (vt
impiè ſceleratiſſimus Caluinus di-
xit) Coninck *vbi proxim. num.28.
& 31.*

33 Epiſcopus eſt prima dignitas poſt
Papatum, & in Eccleſia ſecundum
locum obtinet: quia in primo loco
eſt Papatus, & in ſecundo Epiſco-
patus.*c.ante omnia* & ibi *gloſſ.40 diſt.*
Ludouicus Bologninus *de indulgen-
tiis, num. 22.* Hugo *in arbore ſtatus
humani generis.* Antonius de Prætis,
*de iuriſd. Epiſcopi cap.6. col.3.num.27.*
Rodeanus *de ſimonia cap 16.n.5.*

34 Epiſcopus maior eſt Presbytero
Cardinali. Gloſſ. & Nota marginalis
*in c.vnico de relig.& venerat. Sanctor.
lib.6.* & ibi Francus *num.2.* Gloſſ.*in c.
quamquam 2.quæſt.7.* vbi Gloſſ. dicit,
35 quòd licet Diuus Auguſtinus Diuũ
Hieronymum humiliter veneraba-
tur, id non erat quia maior eſſet
in dignitate, ſed in ſanctitate. Et ibi
Nota Marginalis, Menochius *de ar-
bitrar.lib. 2. centur.1. caſu 70. num 6.*
Baldus *in c. bonæ memoriæ, num.1.& 2.
de poſtulat. Prælatorum.* Antonius de
Prætis, & Rodeanus *ſuprà.* Iaſon *in
l. 1. ff. de offic.eius cui mandata eſt iu-
riſdict.n.15.& in l.imperium.n.3.* An-
guiſola *volum. 1. conſ. 307. num. 24.*
incipit reſpondendo. Probus *in ad-
dit.ad præfat. Monachi, num.4.in 6.*
Boherius *de ordine graduum 1. ſumm.
num.16.* Geminianus *in proœm.§.ſanè.
num.5.* Abb *in c.cum Apoſtolus, num.1.
de cenſib.* ibi, Epiſcopi ſunt magis ho-
norandi quàm Cardinales. Felinus
*in c.quod ſuper his, num.14.de fide in-
ſtrum.* Caſaneus *in catalogo part. 4.
conſ. 32. verſ. licet ſint multi.* Petrus
Gregorius *ſyntagmat. part. 1. lib.15.
cap.4.num.4.*

Ex quo inferunt Rebuffus *in prax.
part. 3. ſignaturæ verbo annexorum in
fine* & Mandoſius *de ſignatur. grat. ti-
tulo de prouiſis, col. 20. fol. 48.* quòd
ſi aliqui Epiſcopi commenſales, aut 36
familiares continui fuerint alicuius
Cardinalis, non poteſt dici quòd
eius familiares ſint: quia eo maiores
ſunt, & eſt receptum in curia, pro-
pter eorum ſingularem dignitatem.
Quod eſt ſingulare contra Epiſco-
pos commenſales Cardinalium, &
etiam Epiſcoporum, qui dicunt,
*el Cardenal mi Segnor:* & ego multo-
ties vidi quemdam Epiſcopum, alte-
rius Epiſcopi diuitis commenſalem
continuum, ac ſocium, qui ſemper
dicebat *el Obiſpo mi Segnor.* Si in or- 37
dine pares ſunt, & amborum æquale
eſt meritum, & vna conſecratio, ad
quid tam vana, inutili, & inani
ſubmiſſione ac vrbanitate vtuntur,
ex quo contemptibilem ac deſpica-
bilem Epiſcopalem dignitatem red-
dunt. Nam ſi dicunt *el Obiſpo mi Se-
gnor*, hæc ſubmiſſio non fit ideò
quia eſt Epiſcopus cui fit, ſed quia
opibus valet, & ab eo aliquid expe-
ctat. Non ergo multitudo donorum
inclinet vos, Domini Epiſcopi, vt 38
propter cupiditatem (quæ omnium
malorum radix eſt) magnitudinem
veſtram deponatis, cum ignominia
totius Ordinis Epiſcopalis.

At verò contra noſtram conclu-
ſionem ſtat non parua Doctorum

caterua dicentium, Epiſcopos infe-
riores eſſe Cardinales S. R. E. quo-
rum ſententiæ ſic ſunt conciliandæ:
quòd qui dicunt Epiſcopos maiores
eſſe quàm Cardinales S. R. E. de-
bent intelligi quoad Ordinem: qui
verò quòd inferiores, quoad iuriſ-
dictionem. Itaque licèt Epiſcopi
maiores ſint, & Cardinalibus ſupe-
riores quantum ad Ordinem, ipſis
inferiores ſunt quoad officium, &
gubernationem: & Cardinales ſu-
periores, quia eorum officium ma-
ximum eſt, & omni veneratione
dignum. Et huius ſententiæ ſunt
Gambarus *de offic. Legati, lib. 7. num.*
122. Lancellott. *in templo, lib. 2. cap. 2.*
*de Cardinalibus*, §. 3. Borgaſius *de*
*irregular. part. 6. num. 4.* Cephalus
*lib. 1. conſ. 1. num. 50. vſque ad 52.* Mar-
queſanus *de comm. tom. 1. part. 1. cap. 1.*
*& 2. de commiſſ. appellationis num. 153.*
Gryſaldus *in deciſ. fidei catholica, ver-*
*bo Cardinales, obiect. 9.* Decianus *re-*
*ſponſor. lib. 1. quæſt. 2. cap. 2. art. 2. n. 30.*
& eſt communis opinio ab omnibus
recepta.

40 Sed quidquid ſit, Epiſcopi non
ſunt minoris dignitatis quàm Car-
dinales. Cephalus *vbi prox. num. 52.*

41 Et nullo authoris patrocinio fre-
tus audeam dicere, Epiſcopatum
Cardinalatu maiorem eſſe iure di-
42 uino, & probo ſic. Epiſcopatus iure
diuino maior eſt presbyteratu. *c. in*
*nouo 21. diſt.* Soto *in 4. ſentent. diſt. 34.*
*quæſt. 1. art. 2. col. 3 circa medium tom 2.*
Petrus Soto *in lection. de inſt. Sacer-*
*dot. lect. 2. de officio omnium ordinum.*
Coninck *de Sacram. titulo de ſacra-*
*ment. Ordin. diſp. 20 dub. 4. num. 21. &*
30. Suarez *tom. 4 de pœnitent. diſp. 25.*
*ſect. 1. num. 4* Gryſald. *in deciſ. fidei,*
*verbo Epiſcopus, obiect. 3.* Rodriguez
*tom. 4. de ſus obras, cap. 67 de Obiſpos,*
*num. 20.* Barboſa *in paſtorali, cap. 1.*
*n. 26. fol. 19.*

Cardinales autem diximus ſuprà 43
de iure poſitiuo eſſe, & Pontificio,
à Diuo Syluestro primò creatos, in
generali Synodo poſt Conſtantini
Imperatoris donationem celebrato.
Nam antea licèt multi Diaconi &
Presbyteri fuiſſent, in vrbe Roma-
na aliquas exemptiones aut priuile-
gia non habebant: adueniente verò
Conſtantini a Mgni donatione, cle-
ricos in Romana Eccleſia aſſiſtentes
decorante: & cum ex tunc multitu-
do clericorum ad vrbem concurren-
tium creſceret, vt dictis priuilegiis
gaudere poſſint, ex quo confuſio
& perturbatio ſequebatur; ſanctus
Syluester generalem Synodum con-
gregauit, vbi diuino Spiritu inſpi-
rante, elegit ex omnibus Presbyte-
ris & Diaconis illos, quos ſibi ma-
gis idoneos viſum fuit ad eum con-
ſolandum, & vt particulariter Eccle-
ſiæ Romanæ inſeruirent, ſibique &
ſucceſſoribus in Papatu fideliſſimos,
aſſiduos, & perpetuos ſocios in pe-
riculis & laboribus præberent: vt
ſicut gaudebant honore, frueren-
tur labore. Et hos eſſe principales
inter omnes Presbyteros & Diaco-
nos in vrbe habitantes voluit, &
quòd illi tantùm priuilegiis à Con-
ſtantino conceſſis gauderent, non
verò alij: & vt eorum conſilio, &
prudentia, Pontificem in guberna-
tione adiuuarent, & ſic aliqui eo-
rum poſiti fuerunt per Eccleſias
Romæ tamquam Curati, vt ibi ope-
ra charitatis exercerent.

Sequitur igitur ex Diaconis & 44
Prebyteris fuiſſe electos, & ſic com-
muniter dicitur Cardinalatum nihil
addere Presbyteratui, niſi pauciſſi-
mam qualitatem: ſicut Abbatia ad
Monachatum ferè nullam ſeu pau- 45
ciſſimam qualitatem addit. Andreas
Siculus *de præſtantia Cardin. quæſt. 7.*
*baſil. prima partis, num. 2. & 4.* Sed ſi
Cardi

Cardinalatus nihil Presbyteratui addat, & in totum eius locum obtineat, & ſic antiquitus omnes Curati, & principales dignitates cuiuſlibet Eccleſiæ Cardinales appellabantur. Laudenſis *de Cardinalibus, quæſt.* 1. §. Siculus *de præſtantia, part.* 1. *baſilica* 1. *num.* 25. ibi olim autem principales Sacerdotes in quacumque Eccleſia dicebantur Cardinales. Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 24. *quæſt.* 2. *art.* 4. *col.* 4. *in fine*, & hodie Cardinales S. R. E. Presbyteri dicuntur, & Diaconi, & cum Presbyterorum ac Diaconorum locum obtineant, & ſic hodie denominantur, ſequitur euidenter fatendum, Cardinalatum quoad ordinem inferiorem eſſe Epiſcopatu: cum Epiſcopatus iure diuino maior ſit Presbyteratu, non ſolùm dignitate, ſed ordinis poteſtate: vt Coninck, *vbi ſuprà, dict. num.* 30.

46 Poſſe Papam Epiſcopum ſine cauſa deponere, tenet Selua *de beneficiis p.* 4. *q.* 8. *n.* 11.

In contrariam ſententiam eſt Panormitan. *in c. tua nobis fin. num.* 12. & 13. *de confirmat. vtili vel inutili*: illis
47 verbis: Quemadmodum non licebat Petro aliquem à ſuo remouere Apoſtolatu ſine cauſa, ita non licet Papæ ſine cauſa Epiſcopum deponere: neque Epiſcopatum ſine cauſa inuito Epiſcopo diuidere, *c. multis* 16. *quæſt.* 1. neque de vno Epiſcopatu ad alium, cauſa legitima ceſſante, & eo repugnante, transferre.

48 Epiſcopus eſt Princeps Eccleſiæ, *c. Eccleſiæ Principes,* 35. *diſt. c. quorum vice,* 565. *diſt. c. ſi quis de maioritate & obed.* Siculus *ſuprà num.* 13. Franciſcus de Pauinis *de offic. Capituli ſede vacante, præelud.* 6. *num.* 15. Soto *in* 4. *ſent. diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4. *col.* 2. Syllueſter *verbo Princeps, num.* 1. Coninck *vbi ſuprà, & diſp.* 20. *dub.* 9. *num.* 88. Zerola *in prax. part.* 2. *verbo Epiſcopus, num.* 13. Riccius *in prax. deciſ.* 599. *num.* 1. Suarez *de legibus lib.* 4. *c.* 4. *num.* 2. Lancellot. *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. Ioann. Garcia *de nobilitate gloſſ.* 48. §. 3. *num.* 35. Agia *de exhibendis auxiliis fundam.* 19.

Eſt maior Imperatore, ſeu Rege. 49
Concilium Trid. *de reform. ſeſſ.* 1. & tanta differentia adeſt inter Epiſcopalem & Regiam dignitatem, quanta inter Solem & Lunam, *c. ſolitæ de maioritate & obedient. c. quoniam* 18. *diſt. c. nullus* 63. *diſt. c. quis dubitat. c. duo ſunt, c. ſi Imperator.* 96. *diſt.* Cardin. Bellarm. *in apologia pro reſponſione ad Iacobum Regem Angliæ, cap.* 4. *de comparatione Regis & Cardinalis, in princ.* Petrus à Monte *de primatu Papæ, ſumm.* 4. *in fine.* Laudenſis *de Principibus, quæſt.* 517. Hugo *de officio quatuor Prælator. ſumm. de quarto Prælato, verſ. ex illa autem donatione. in pr.* Caſaneus *in catal. part.* 7. *conſ.* 1. *verſ. ſicut excellunt.* Panormitan. *in c. omnes & in c. ſolitæ. de maior. & ob.* Petrus Gregorius *ſyntagmat. part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 10. Borgaſ. *de irregularit. titulo an excomm. part.* 6. Bouadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. Guidus Bancirolus *conſ.* 119. *num.* 33.

Et eſt ordinarius ſui Regis, ſi in- 50
tra ſuam Diœceſim Rex habitat. Innocent. *in c. quod ſuper his de voto.* Ioannes Lecier *in tract. de primo genitura lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 7. Lancellott. *num.* 6. Guidus Bancirol. *num.* 23. & *con.* 178. *num.* 8. *incipit, dum in humanis.*

Vnde euenit poſſe Regem aut 51
Imperatorem ſibi ſubditum, & ſuper hoc non priuilegiatum excommunicare, *c. quoniam* 18. *diſt. c.* Valentinianus 63. *diſt. c. duo ſunt,* 96. *diſt. c. dilecto. de ſententia excomm. lib.* 6. Antonius Corſeti *de poteſtat. Regia. p.* 4. *num* 23.

*num.*23.Bertach.*in tract.de Epiſcopis,*
*part.*1.*quarti libri , num.* 18. *&* 19. *&*
*in tract. vectigalium , part.*1. *num.*43.
Laudenſ.*de Principibus,quæſt.*61.Aze-
uedo *in l.*1.*tit.*5. *lib.*5. *recopil.* Boua-
dilla,Lancellott. Bancirol. *vbi ſuprà*
Ioannes Sebaſtian. è Societate Ieſu,
*in libro,de los bienes del Sacerdocio* , in
prooemio ad lectorem , vbi refert
verba Conſtitutionis factæ in 8.
52 Synodo generali.capite 14. quæ eſt
in hunc modum.*Los Emperadores , y*
*los Principes ( dice la ſacra Synodo,)*
*que ſe tienen por piadoſos , y Chriſtia-*
*nos , conoſcan que los Obiſpos ſon ſus*
*iguales , porque aſi los Obiſpos los oſen*
*reprehender de ſus exceſos , y ningun*
*Obiſpo ſiſe encontrare con los Principes*
*ſe apee ni ſe ponga de rodillas de lante*
*de ellos. Si alguno lo contrario hiciere*
*que de ſuſpenſo por vn anno y el Prin-*
*cipe que lo tal conſintiere , que de exco-*
*mulgado por dos annos.*

53 Ex qua inferes quanta debeatur
à Regibus & Principibus Epiſcopis
reuerentia : & quòd Reges & Prin-
cipes debent Epiſcopis ſubiacere,&
eorum monita humiliter ſuſcipere,
reuerenter aſſurgere , caput incli-
nare , & venerabilem ſedem iuxta
ſe ad partem dexteram aſſignare , *c.*
*quis dubitet. cum ſequentibus* 96. *diſt.*
*c. ſolitæ.de maior.& obedient*, ibi : cùm
alij Reges & Principes Epiſcopis
ſuis ſicut debent reuerenter aſſur-
gant , & eis iuxta ſe venerabilem
ſedem aſſignent. *& ibi* Panormitan.
*num.* 7. Antonij Corſeti *vbi prox.*
Azeuedo *in l.*1.*tit.* 4. *lib.* 6. *recopilat.*
Leo *in theſaur.part.*1.*cap.*11.*num.*26.
Caſaneus *in catal.part.*4. *conſ.* 25. *&*
28. Laudenſ. *de dignitatib. quæſt.* 10.
Lancellott.*in templo,lib.* 2. *cap.*5. §.4.
*num.*11.

54 Ita ſummo Epiſcopo Chriſto Ieſu
hæc Epiſcoporum veneratio placet,
quòd in denegantes ſeuerè animad-
uertit : vt viſum quando Imperator
Valentinianus II. ob importunas
vxoris ſuæ preces , nolens reuereri
Epiſcopum Turnonenſem Diuum
Martinum , neque aſſurgere in eius
aduentu , ſtatim cùm in præſentia
Imperatoris comparuit , ſella , &
ſtratum mirabiliter fuit accenſa , &
tunc veſte Imperiali combuſta,ne &
ipſe combureretur , celeriter aſſur-
gens ſanctiſſimo Epiſcopo appro-
pinquanti humiliter occurrit , &
venerabilem iuxta ſe ſedem aſſigna-
uit.Refert Gregorius Turonenſis in
libro de miraculis Diui Martini.

Quod iuri conſentaneum ſit,pro- 55
batur : quia Imperator , vel Rex, 56
cùm à clariſſimis ſalutatur perſonis,
aliquantulum eis aſſurgere debet.
*l.cum ſalutatus. c. de ſentent. paſſis &*
*reſtitutis*,& ibi Gloſſ. *verbo , præceſſit*,
id eſt , aliquantulum eis aſſurgens,
& ibi Scribentes , Caſaneus *in ca-*
*talog glor.mundi , part.*7. *conſ.* 3. *verſ.*
10.Angelus *in d l.cum ſalutatus.* vbi
refert , quòd Imperator Carolus 57
IV.propter Cardinalem de Colom-
ma , circa quem nimis curialiter ſe
gerebat , quotidie in eius aduentu
aſſurgebat : referunt Felinus *in ru-*
*brica de maior.& obed.num.* 8.Siculus
*de præſtant. Card. baſilica* 1. *num.* 40.
Gratianus *diſceptat.cap.* 284. *num.*12.
Boherius *de auth.magni conſ. part.* 3.
*num.* 49. Auiles *in capit. prætor. in*
*procem.* Gloſſ. *verbo ſalud y gracia*,
*num.*4. Lancellottus *in templo , lib.*1.
*cap.*1.§.4.*de off. cancellarij.*

Epiſcopus autem clariſſimus eſt, 58
vt teſtatur Baldus *in l. ad ſimilitudi-*
*nem,c. de Epiſcopis & clericis.* Gemi-
nian.*in c.final. de ſent ent. & re indica-*
*ta,lib.*6. *num.* 9. ergo clariſſimorum
priuilegio gaudere debet & tã à Re-
gibus , quã ab Imperatoribus hono-
rari,& reuereri,eodem modo & ſty-
lo ſeruato clariſſimis competente.

59 Et quia Regibus ſuperiores ſunt, valdè increpantur ab Archidiacono *in c.duo ſunt* 96.*diſt.* eo quòd Imperatoris aut Regis oſculantur manus, niſi Epiſcopi comites fuiſſent: nam ratione feudi, vel temporalitatis permittitur. Humada *in l.* 48. *tit.*6. *part.*1.*gloſſ.*8.

60 Sed nihilominus ſuum Regem reuereri, ac venerari tenentur: nam ex lata ſignificatione noſtri Epiſcopi dicuntur Vaſſalli noſtri Regis. Couarr. *lib.*1.*practic. cap.* 4. *num.*2. *in fine.*

Diximus enim qualiter Reges & Principes ſuos Epiſcopos honeſtare teneantur, qualiter verò Epiſcopi à ſubditi reuereri teneantur, ſequitur
61 explanandum. Et primò nota, quòd Epiſcopo proprio potiùs debet quis ſubuenire, reuereri ac benefacere, quàm ſuo Regi, vel alio Principi, ſeu Domino temporali. Surdus *de alimentis,tom.*1.*tit.*1.*quæſt.*98.

62 Et quando ei ſcribit, debet appellare eum Patrem, & humiliter ac reuerenter ſubſcribere. Gloſſ.*in c.ſto ſubiectus* 95. *diſt.* Panormitanus *in c. quam graui.de crimine falſi.*

63 Et coram eo genuflectere tenentur. Cæremonialis Epiſcoporum, *lib.*1. *cap.* 2. ibi: & ſibi occurrentes ſubditos, qui genuflectere debent,
64 *& in lib.*2.*cap.*8. Et facit quòd Principibus excelſis hæc genuflexionis reuerentia tribuitur. Ioan. de Platea *in l. Decuriones, c. de ſilentiar. lib.* 12. Ioann.de Montaigne *de author.concil. part. tract. de ordine conſiſtor. Regis, num.* 48. Laudenſis *de Principibus, quæſt.* 173. Caſaneus *in catal.part* 5. *conſid.*33. Lancellott. *in templo,lib.*1. *cap.* 1. §. 3. *&* §.1. Auiles *in capitula prætor.gloſſa Acada vno de vos ſalud y*
65 *gracia, num.* 2. Quòd Epiſcopus ſit Princeps ſæcularis & temporalis. Agia *de exhibendis auxil. fundam.* 19. & quòd excelſus ſit, & habeat excelſum honoris faſtigium. Rodeanus *de ſimonia,cap.*18.*num.*4. & maior Imperatore, ſeu Rege: *vt ſuprà, num.*4. probauimus. Ergo coram eo genuflectere debent tam Principes quàm ſubditi, & magnam ei exhibere reuerentiam, vt conſuluit Ioann.Cephalus *tom.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 1. *num.*35.

Et circa iſtam Epiſcoporum ve- 66
nerationem inuigilare Reges tenentur, ſicuti ipſi ſemper inuigilant pro Rege, Republica, & populo, ſemper orantes, & lachrymis ac pœnitentia à Deo impetrantes felices euentus: & ſic quid mirum (dixit Iuſtinianus *in auth. quomodo oporteat Epiſcopos, in pr.* §. *nos igitur.collat.*1.) quòd Reges & Principes multum curæ atque induſtriæ in eorum veneratione, & reuerentia ponant. Ioannes Fileſacus *de ſacra Epiſcop. author.cap.* 1. §. 2. *fol.*4. vbi ſuorum 67
Regum refert conſtitutionem: cuius verba: Epiſcopos & Sacerdotes, quibus omnis terra caput inclinat, per quos & noſtrum pollet imperium, admodum honorare, & venerari omnes monemus.

### *SVMMARIVM.*

*Epiſcopalis nominis, definitio.* num.1.

*Epiſcopus quare dicitur ſpeculator.* num.2.

*Et quare ſuperintendens* num.3.

*In populo Romano qui dicebantur Epiſcopi.*num.4.

*Qui apud Indos.*num.5.

*Dicitur* Epiſcopus *Antiſtes.*num.6.

*Et ſummus Sacerdos.*num.7.

*Et ſummus Pontifex, & Pontifex maximus.*num.8.

Quare dicatur ſummus Pontifex. num.9.
Et ſummus Sacerdos, ac ſummus Antiſtes dicebatur.num.10.
Dicitur Cardinalis.num.11.
Et Chriſtus.num. 12.
Et habet locum Chriſti, & eſt eius Vicarius.num.13.
Et Vicarius Dei.num.14.
Et Vicarius Apoſtolorum. num. 15.
Et Vicarius Moyſis.num 16.
Repræſentat perſonam Dei.n.17.
In Epiſcopo omnes Ordines ſunt, & dicitur Propheta, & Euangeliſta. num.18.
In terra gerit vices Dei.num.19.
Eſt Legatus Dei.num.20.
Epiſcopus duplicem refert imaginem.num.21.
Ad quid geſtent amiculum.n.22.
Dicuntur Deus, Angelus, & Stella. num.23.
Et oculus Dei.num.24.
Thronus Dei,num.25.
Fundamentum Eccleſiæ. num.26.
Proſperi Aquitani verba ponuntur. num.27.
Eſt ſcutum fidei.num.28.
Vas fidei.num.29.
Lapis ſanctuarij.num.30.
Lux mundi, & ſal terræ. num. 31.
Columma Eccleſiæ.num.32.
Pater Eccleſiæ.num.33.
Paſtor Eccleſiæ num.34.
Miniſter Dei.num.35.
Doctor Eccleſiæ.num.36.
Prædicator Dei.num.37.
Diuinus Præco.num.38.
Caput ſuæ Diœceſis.num.39.
Facit vnum corpus cum ſuis Canonicis, ſicut Papa cum Cardinalibus.num.40.
Curatus ſuæ Diœceſis.num.41.
Sponſus omnium Eccleſiarum ſuæ Epiſcopatus.n.42.
Et Sol; & ibi duodecim ſingulares ſignificationes ponuntur omninò videndæ.n.43.
Oculus gregis.n.44.
Habet officium nutricum.n.45.
Quid faciunt impiæ Matres. num.46.
Et canis num.47.48.
Cuſtos ciuitatis.num.49.
Aries. num.50.
Agricola. num.51.
Aduocatus. num.52.
Cor ſubditorum.num.53.
Medicus animarum num.54.
Cœleſtis Dux.num.55.
Diſpenſator Eccleſiæ.num.56.
Pater ſpiritualis, & Dominus ſubditorum.num.57.
Pater & tutor pauperum: & an poſsit hæreditatem pauperibus relictam eorum nomine adire. num.58.
Vtrum poſsit appellare pro ſubditis. num.59.
Matiſconenſis Concil.canon qualis. num 60.
Proſperi Aquitani verba in Epiſcopalis dignitatis laudem referuntur.num.61.

# DE EPISCOPALIS NOMINIS SIGNIFICATIONE.

## CAPVT NONVM.

1 EPISCOPALIS nominis definitio hæc eſt, (Secundum Iſidor. Peluſiotam, in Epiſtola 71. lib.2.) Epiſcopus, dicit ille, nihil aliud eſt, quàm is, qui omni poteſtate & principatu ſuperior eſt. Diuus Ignatius *in epiſtol. 2 ad Trallianos.* Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum auth.cap.* 1.§.1. *verſ.* 2.*fol.*2. Pineda *en la monarchia Eccleſ.tom.*1. *lib.*1.*cap.*2.§.2.*fol.*5.

2 Et vocatur Speculator, ſiue explorator, ab ἐπισκοπέω quod eſt *conſidero*, Cicero ſcribit ſe Epiſcopum deſignatum à Pompeio, vt oram Campaniæ maritimam ſpecularetur: nam Epiſcopi eſt explorare quomodo quilibet ſubditorum viuat. *c.cleros,*21.*diſt.* Innocent. III. *de ſacro altaris myſterio,lib.*1.*cap.*7. Duran. *in rational. diuinor. c. de Epiſcopo, lib.*2. Probus *in addit. ad præfat.* Ioann. Monach. *in* 6. *decretal. num.*3. Stunica *de vera religione, lib.*3.*cap.* 28. *col.* 10. Sylueſter *verbo Epiſcop. num.* 1. Graffis *in deciſ. lib* 3. *cap.* 2. *num.* 1. Petrus Gregorius *ſyntagmat. part.* 2. *lib.*15.*cap.*2.*num.* 1. Biaxio *in director. cap.*51.*num.* 18. *part.* 3. Toletus *lib* 5. *cap.*3.*num* 1. Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*5.*num.*1 Sebaſtianus de Medicis *de legibus, part.*3.*quæſt.*14 Gambarus *de offic. Legati, fol.* 25 *num.* 8. Selua *de beneficiis,part.*1. *quæſt.*2 *n.*30. Montaluo *in l* 16.*tit.*5.*p.*1. Barboſa *in paſtor.c.*2.*n.*1.

4 Et ſuperintendens ab ἐπὶ, quod eſt ſupra, & σκοπεῖν, intendere, quaſi ſupra intendens, hoc eſt, curam gerens ſubditorum: & etiam quia ſupra intendere, id eſt, cæleſtia tantùm quærere, vbi eius conuerſatio eſſe debet, *c. cleros* 21. *diſt. c. qui Epiſcopatum* 8. *quæſt.*1. *l.*16. *tit.*5. *part.* 1. & ibi Lupus. Diuus Thom. 2.2.*quæſt.*185.*art.*1.*num.*10. Soto *in* 4. *diſt.*24.*quæſt.*2. Angelus & Armilla *verbo Epiſcopus,num.*2.*& num.*1. Abb. *in* 1. *quæſt. incipit Epiſcopus, num* 10. Albaratus *in c.* 1. *de his qui feudum dare poſſunt,num.* 4. Marius Alterius *de cenſur. tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.*2. *col.* 5. Agia *de exhibendis aux.* 3. *fundam.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 48. §.3.*num.*55. Gratianus *diſcep. tom.* 2. *cap.*298.*num.*72. Probus, Lancellott. Medicis, Innocent. Biaxio, Selua & Toletus, *ſuprà.*

4 Et *in l.munerum* 18.*ff.de muneribus & honor.* Qui pani præerat, & cæteris venalibus rebus, dicebatur Epiſcopus: quia ideo Epiſcopus præeſt, vt ſubditorum neceſſitatibus ſubueniat; quod ſi non facit, vacuum nomen Epiſcopi portat, *c.fratrem.*86. *diſt.* Petrus Gregorius, Lancellottus, Selua, Stunica, *ſuprà.* Bouadilla *in politica lib.*3.*cap.*3.*num.*4.

5 Et apud Indos ille, qui quidquid in vrbibus, quidquid in agris agebatur inquirebat, & Regi, Præſidi, & Magiſtratibus referebat, vocabatur Epiſcopus. Pretrus Gregorius, *ſyntagm. ſuprà.*

6 Dicitur Antiſtes, quaſi ante alios



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtans. Gloſſ. *in Clement.2. de ſepultur. col.3. num.* 60. Archidiacon. & eius Additionat. *in c.generaliter 16.quæſt.*1. Montaluo *in l.16.tit.5.part.*1. Durantus, Stunica, Lancellot.

7 Et ſummus Sacerdos ratione Ordinis, *c. Deus, 3.quæſt.1.c.quia 36. diſt. c. accuſatio 2.quæſt.*7. ibi: vnde liquet quòd ſummi Sacerdotes, id eſt, Epiſcopi, à Deo ſunt iudicandi, *c. manus de conſecr.diſt.5.c.cleros, 21.diſt. c.vnico cum gloſſ. de ſacra vnct.* Lancellottus. Durant. Archidiacon. Geminianus *in c. & ſi ſententia 5.de ſentent.& re iud.cat.lib.6.num.*9. Iaſon *in l. 1. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* Siculus *de præſtant. baſilica 1. partis, num.*49. Soto *in 4. ſenten diſt.24.q.2.* Ioann. Raud. *de diſpenſ.in prælud.* Durant. *lib. 2. c. de Sacerdote.* Cephalus *conſil.1.num.49.lib.1.tom.1.* Zerola *in prax.part.2.verbo Epiſcopus, num.*13. Rodeanus *de ſimonia tom. 2. part.1. c. 24.num.*3.

8 Et Summus Pontifex; & Pontifex Maximus, *c. de his, verſ. à ſummis Pontificibus, de conſ. diſt.5.c.cleros, 21. diſt.c Valentinianus, 63.diſt.c.numquam 9.diſt.c.Pontifices, 7.quæſt. 1. c. ſiquid 2.quæſt.7.c.inolita 11.quæſt.1. c. ſi quis, 36.diſt.c. cum inter. de elect. clem. 1. de pœnis,* & ibi Cardinal. *gloſſ. ſingul. in c.licet Romana, de conſtit. lib.6.* Ioannes de Ligamo *de horis canonis ſum.1. num.* 5. Caſaneus *in catalog. part. 4. conſil.*25. Durantus *lib.2.cap.*2. Tertullianus *de baptiſmo.* Diuus *epiſtol.* 4. Gambarus, Zerola, Rodeanus, *ſuprà.* Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum auth. c.9.§.5.in fine fol.*99.

9 Et ſi quæris, quare dicantur ſum-
10 mi Pontifices, & ſummi Antiſtites?
Reſpondeant tibi, quia tenent locum quem Aaron obtinebat: conſtat ex epiſtola Theodulphi Aurelianenſis Epiſcopi ad Presbyteros, ſeu Parochos Aurelianenſes, vbi ait: Epiſcopos tenere gradum, ſummi Pontificis Aaron. Fileſacus *ſuprà,* & ſicut ille ſummus Pontifex diceba-tur, ſic Epiſcopus eiſdem titulis decoratur.

Et Cardinalis: ſunt enim Eccle- 11
ſiæ cardines, in quibus fides Catholica ſuſtentatur, ſicut oſtium cardine: ita Eccleſia, ac quilibet eorum Diœceſis, ſua prudentia, ſanctimonia, doctrina, & ſolertia regitur *c.relatio.* & ibi Gloſſ. *verbo Cardinalis 21.quæſt. 1. c. paſtoralis 7.q.1.* Laudenſis *de Card. quæſt.* 16. Petrus Gregorius *ſyntagmat. part. 2. lib. 15. cap. 4. num. 5.* Siculus *de præſtant. part.1 baſilica 1. num.* 25. Borgaſius *de irregul.part.6.num.*42. Lancellott. *in templo, lib.2.cap.2.de Cardinal.§.1. num.*19. Soto *in 4.ſent.diſt.24.quæſt.2. art.4.col.4 in fine.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.48.§.3.n.*55.

Et dicitur Chriſtus, *c.quiſquis, cum* 12
*gloſſ.24.quæſt.*3. Lancellott. *in templo,*
*lib.2. cap. 5. num.* 6. Et tenet locum 13
eius in Eccleſia, & eſt eius Vicarius particularis, *c.mulier 33.quæſt.5.* ibi: quia Epiſcopus perſonam habet Chriſti, quaſi ergo ante iudicem, ſic ante Epiſcopum, quia Vicarius Domini eſt. Clement. *ſiquis ſuadente §. neque ſuper,* & ibi Abbas de Pennis Gloſſ. *in c. fleat de pœnitent. diſt.* 5. Gloſſ. *in c. inter corporalia de tranſlat. Epiſcopi, verbo Vicarium.* Gloſſ. *in extrauag. vnam ſanctam de maior.& obed.l.3.tit.5. part.* 1. ibi: *e como quier que cada vn Obiſpo tenga lugar de nueſtro ſegnor Ieſu Chriſto: eſ a Vicario del ſobre aquellos que ſon dados en ſu Obiſpado,* & ibi Lopez. Abbas *in quæſt.1. num.* 11. Geminianus *in c.final.de ſentent.& re iud.lib.6. num.* 9. Siculus & Rodeanus *ſuprà.* Maluetius *de oblat. imagini factis, part.4.num.*3. Tuſchus, *liter. E, concluſ.237. num.*16. Randei *de diſpenſ.*

*in*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in proœm.* Graffis *lib.3. cap.1. num. 2.* Monachus *in c. ſuper hoc, num. 3. de hæreticis, lib.6.* Marqueſanus *de commiſſ. tom.3 part.3.cap.1.§. 1. num. 37.* Horſmida Papa *Epiſtola 4. cap. 1.* Philippus Probus *in addit. ad Præfatium.* Ioann. Monachi *in 6. decretul. num.4.* Selua *de benefic.part. 1. quæſt. 5. num.164.* Zerola *in prax.part.2.verbo Epiſc num.13.* Gryſald. *in deciſ. verbo Epiſcopus,obiect.3.* Lancellottus *lib.2. cap. 5. num. 6.* Fileſacus *cap. 1. §. 2. fol.3.*

14 Et Vicarius Dei. Diuus Ambroſius *in 1.Corinth.cap.2.* Fileſacus *vbi ſuprà.*

15 Et Vicarius Apoſtolorum. Durantus *in rationale, lib. 2. c. de Sacerdote.* Concil.Pariſienſ. *in præfat.* Fileſacus *ſuprà.* Soto *in 4. ſentent. diſt.7. quæſt.vnic.art.11.col.4.c. vnico de ſacra vnctione.* Stunica *de vera religione, lib.3.c.28.col.3.*

16 Et Vicarius Moyſis. Durantus *ſuprà.* Et Vicarius Papæ. Selua *de beneficiis 2.part.quæſt.1.num.19.* Gonzales *in regula 8.cancellar. c. 2. num. 18.*

17 Et repræſentat perſonam Dei. *c. vnico. §. caput iniungitur. de ſacra vnctione,& adhoc refert Euſebius lib.1. de vita Conſtantini, cap. 35.* Conſtantinum dicere ſolitum: ſe honorare Epiſcopos non tanquam homines, ſed quia in eorum animis inſideat Deus. Fileſacus *de ſacra Epiſcopor. auth.c.1.§.2 fol.1.*

18 Et Diuus Ambroſius *in c.4.* Epiſtolæ ad Epheſios tradit,in Epiſcopo omnes ordines eſſe; quia primus Sacerdos ſit, hoc eſt, Princeps Sacerdotum, & Propheta, & Euangeliſta; & cætera adimplenda officia Eccleſiæ in miniſterio fidelium in eis reperiri referunt Hincmarus *epiſtola 4.cap. 4.* & Fileſacus *d. §. 2. fol.4.*

19 Et in terra Dei vices gerit. Soto *in 4. ſentent. diſtinct. 21. quæſt. 1. artic. 3. col. penè vltim. In princ.*

Eſt Legatus Dei, *c. ſicut vir, 7. q. 1.* 20
ibi: eumque amare & diligere, vt legatum Dei. Et ibi: *c. omnis c. qualis. 9.c.accuſatio 2.quæſt.7.clem 1. §. neque ſuper de Pennis,*& ibi Abbas,& Cardinalis & Vitalinus *num.80.* Probus *in 6.de orat.vbi ſuprà.* Diuus Gregorius *in paſtor.c.7.part. 2.* Siculus,Rodeanus, Fileſacus, Maluetius *ſuprà.* Bolognin. *de indulgentiis, num. 22.* Abbas *in quæſt.1.num.11.* Menochius *de arbitrar. lib. 2.centur. 5. caſu 424. num.2.* Speculator *lib 1 part. 1. titulo delegato,§.1 num.2.* Lancellott. *lib.2. cap. 5. num.6.* Graffis *d. lib.3. cap.2. num. 2.* Lopez *in l. 66 tit. 5. part. 1.* Hoſeda *de incompatib.benefic. part. 1. num.5.* Agia *de exhibend. aux. 3.fundament.* Barboſa *in paſtoral. cap. 2. num.8.*

Diuus Ignatius in Epiſtola ad 21
Smyrnenſes inquit, Epiſcopum duplicem referre imaginem: vnam quidem Dei, quatenus imperat, & iubet; alteram Chriſti, quatenus ſacrificat, ſeu Sacerdotio fungitur. Ad priorem facit illud eiuſdem Ignatij Epiſtola ad Trallianos, vbi ſcribit, Epiſcopum gerere imaginem Dei, & Patris omnium: & in Epiſtola ad Magneſianos dicit, Epiſcopum præſidere in locum Dei, quoad imperandi vim & poteſtatem Spectat ad ſecundum illud Iſidori Peluſiotæ *lib. 1. epiſtola 136.ad Hermenium comitem,* vbi ſcribit Epiſcopum gerere imaginem Chriſti,
ac ipſius munere fungi. Et ob id 22
amiculum circa humeros geſtat, non ex lino, ſed ex lana contextum: vt ſe imitatorem eſſe Chriſti oſtendat,magni Paſtoris, qui ouem aberrantem quæſiuit, & inuenit,inuentámque humeris ſuſtulit. Fileſacus *d.c.1.§.1.fol.2.*

Appellatus Deus, Angelus, & 23
Stella. Garcia *de nobilitate gloſſ. 48.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§.3.*num.*55.Agia *de exhibend.auxil.*3. *fundam.*

24 Eſt oculus Dei, *c.vos 6.quaſt.* 1.*c. accuſatio.verſ.qui vos tangit* 2.*quaſt.*7. Geminianus *in c.vltim.de ſentent. & rei udic.*Garcia & Agia *ſuprà.*Troilus Maluetius *de oblationibus part.* 4. *n.*3. Graffis *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Zerola *part.*2.*verbo Epiſcopus,num.*13. Lancellottus *lib.*2.*c.*5.*n.*6.

25 Et Thronus Dei.Concil.Toletan. 2.*cap.*5.& Conc. Roman.2. ſub Sylueſtre I. congregato: iuxta illud Daniel 7.Thronus eius flãma ignis, rotæ eius ignis accenſus; ſecundum interpretationem Diui Gregorij homil.5.in Ezechiel,vbi dicit:Hi enim qui animarum cuſtodes ſunt, & paſcendi gregis onera ſuſceperunt, mutare loca minimè permittunt: (hoc eſt mirabile in fauorem reſidentiæ.) Sed quia in vno loco poſiti, diuinitatis in ſe præſentiam portant, & ardent, zelo animarum ſubditorum; & ideò dicebat Paulus Apoſtolus, verus Epiſcopus, ad Romanos 9. *Cupio anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.*) Thronus Dei, flamma ignis dicitur.Hinc marus *epiſtola* 5.*cap.*17. Fileſacus *d. c.* 1. §.2.*fol.*3.

26 Eſt fundamentum Eccleſiæ.*c.fundamenta,de elect.lib.6.* Siculus *de præſtant.part.*1.*baſil.*1.*num.*9.Randeus *de diſpenſ. in procem.* Probus *in præfat.* Ioannes Monachi *in 6. decretal. n.* 4. *verbo Bonifacius* 8. Agia *ſuprà.*Garcia *de nobilitate gloſſ.*48.§.3.*n.*55.

Quod ſingulariter prophetauit Regius Vates in Pſalm.86.ibi:*fundamenta eius* ( loquitur de Eccleſia) *in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Montes ſancti in Eccleſia qui ſunt, niſi Epiſcopi, qui in excelſa ac ſublimi dignitate ſunt ſublati,vt ex ea Eccleſiam gubernent, & regant, & omnium exemplar ſint, & viuendi norma: & ſic Eccleſia Epiſcopos vt fundamenta præcipua habet, ſuper Petro, & quibus Dominus Eccleſiæ fortiudinem ſolidauit. Diuus Hieronymus,*in libro contra Iouinianum, c. in noua de pœnis.* Portæ autem Sion, quas Dominus
diligit; Epiſcopi ſunt. Sit mihi te- 27
ſtis Proſperus Aquitanus, *in lib.* 2. *de vita actiua,& contemplatiua,cap.*2. vbi eos eſſe cæleſtis Sion portas apertè teſtatur in hunc modum:Ipſi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas omnes qui credunt ingrediuntur ad Chriſtum, qui tam ardenti amore eos diligit,quod iam non vocat eos ſeruos ſed amicos: & omnia quæ audiuit à Patre ſuo nota facit eis.

Et eſt Scutum fidei, cuius do- 28
ctrina ſubiecti ſe defendere, & tueri debent: & quia iacula eis iacta in ſe recipere debet. Philippus Diaz *in Mariali fol.mihi* 194.

Eſt Vas fidei, in quo Catholica 29
fides ſeruatur,*l.*1.*tit.*5.*part.* 1. & ibi Lopez.

Et Lapis ſanctuarij.Diuus Grego- 30
rius *in paſtorali, part.*2.*cap.*7.Agia *de exhibendis auxil.fundam.*3.

Et Lux mundi, & Sal terræ. 31
Matth.5. *c.ſit rector.*43. *diſt. c. Sacerdotes*, 93. *diſt.l.* 1.*tit.*5.*part.* 1. & ibi Lopez. Nam ſicut ſal ita ciborum condituris neceſſariò ad ſaporem applicatur: quia ſi deficit, ibi & ſapor non adeſt; ita præſentia & doctrina Epiſcopi tam neceſſariè ſubditis neceſſaria eſt, quòd ea deficiente mox corrumpuntur, & timor Dei (qui eſt verus animi ſapor) abeſt. Et quemadmodum ſal ideò extabeſcit vt aliis proſit, aliter verò minimè: ſic Epiſcopus in ſubditorum vtilitatem extabeſcere debet, & ſe facere omnia omnibus,vt dicebat Paulus 1.*Corinth.*9.

Dicitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

32 Dicitur Columna Eccleſiæ, *c. canonica.*3.*quæſt.*5.*c.accuſatio* 2.*quæſt.* 7. *clem. ſiquis tradente. §. neque ſuper. de pœnis,* & ibi Panormitan.*num.* 26. *&* 27.*l.*1.*tit.part.*1.ibi: *E por ende ſon aſſi como pilares de la ſanta Igleſia.* Geminianus *in c. fin. de ſent.& re iud.lib.*6. *num.*9. Vitalinus *in d.clem.*1.*de pœnis. num.* 80. Siculus *de præſtant. part.* 1. *baſil.*1.*num.*9.Abb. *in quæſt.* 1. incipit *Epiſcopus,num.*11.Agia,Fileſacus *vbi ſuprà.* Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. Rodeanus *de ſimonia p.*1.*tom.*2.*c.*24.*n.*2.

33 Et Pater Eccleſiæ, *c. quorum vices,* 69. *diſt. c. qualis* 2. *quæſt.* 7. *d.clem.* 1. *de pen.* & Scribentes ibi Archidiacon.*in c.generaliter* 16 *quæſt.*1.Panormitan.Agia & Siculus.

34 Et Pater Eccleſiæ, *c. loquitur,*93. *diſt.c.eſtote.*96.*diſt.c.oues,c.cum paſtoris* 2.*quæſt.*7.*c.oues,*6.*quæſt.* 1.*c. ne pro defectu,de elect.*Biaxio *in director.part.*3. *cap.*49.Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 48. §.3.*num.* 55. Montaluo *in l.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Fileſacus, Agia, & Lancellottus.

35 Et Miniſter Dei, & iudex corporum & animarum. Lancellott. *d.c.*5.*num.*6. & clariſſimum luminare mundi.Fileſacus *d.c.*1.§ *fol.*3.

36 Et Doctor Eccleſiæ, *c. quiſquis* 93. *diſt.c.ſententia* 2. *quæſt.* 7. *c. ex iuncto. de hæreticis,*Garcia, Agia, & Fileſacus *d.c.*1.§.4.*&* 5.

37 Prædicator Dei. Marc. *c. vltim. c. Epiſcopus el* 3.88.*diſt.c.qui ſuis,*93.*diſt. l.*1.*tit.*5 *p.* 1. Biaxio *in director. c.* 49. *num.*3.*part.*3.Menochius *de arbitrar. lib.*2.*centur.*5.*caſu* 424.*num.*2.

38 Et diuinus Præco. *c. ſit rector.* 43. *diſt.c.ſicut vir.in fine* 7.*q.*1.Montal. *in l.*1.& Lopez *in l.fin.tit.*5.*part.*1. Agia *ſuprà.*

39 Et Caput ſuæ Diœceſis, *c.cum non liceat,de præſcript.* Abb. *in c. quoniam de officio ordinar.num.*2.Tuſchus *liter. E, concluſ.*242.*n.*5. Sebaſtian.de Medicis *de legib.part.*1.*quæſt.* 14. Caſaneus *in catal. p.*4.*conſ.*25. Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*5. *num.*6. vbi dicit, quòd principaliter eſt caput 40
ſui Capituli, cum quo vnum corpus facit, non ſic cum clericis Diœceſis, §. 4. & quòd facit vnum corpus cum Canonicis, ſicut Papa cum Cardinalibus, & melius è contrario ſicut Cardinales cum Papa. Pariſ.*de reſignat.lib.*3. *quæſt.*1.*num.*71. & ibi citat Hoſtienſem *in c. antiqua de priuilegiis.*

41 Eſt totius ſuæ Diœceſis Curatus, *c quoniam* 14.*de offic.ordinar.*Tuſchus *liter.E,concluſ.*242.*num.*20. Boherius *de ordin. graduum vtriuſque fori,n.*16. Zerola *in prax.part.* 1. *verbo Epiſcopus, num.*16.

42 Eſt Sponſus omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, cum quibus arctiſſimum matrimonium contraxit,licèt particulariter cum Eccleſia cathedrali,*c.ſicut vir* 7. *quæſt.*1. *c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop.c.niſi cum pridem de renunt.* Abbas *in c. cum omnes de conſt. num.* 4. Agia *de exhibend.*3.*fundam.*Tuſchus *liter. E, conſ.* 237.*num.*14.Lopez *in l.*6.2.*tit.*5.*p.*1. Caſaneus *in catal. part.* 4. *conſ.* 32. Menoch.*de arbitr.lib.*2. *centur.* 5. *caſu* 423. *num.* 2. Sylueſter *verbo Epiſcop. num.*2.

Ad quas regendas à Spiritu ſancto eſt poſitus, *c. legimus,* 93. *diſt.* ibi: Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos. *c. ſit rector.* 43. *diſt.c.niſi cum pridem.de renunt.*Concil.Trident. *de reformat.ſeſſ.*6. *can.* 1. *& ſeſſ.*23 *can.*4. Agricola *in appendice ad Sotum, in lectionibus de inſtitut. Sacerdot.fol.*91. *in medio.*

43 Et vocatur Sol. *c. ſolita,de maioritate & obedientia.* Tuſchus *litera E, concluſ.*234.*num.*9.Comparatur namque

que

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que Soli, hac meo iudicio de cauſa: quia ſicut ſol non eſt alius pauperi, alius diuiti, ſed omnibus communis: ita Epiſcopus omnibus debet eſſe communis, non ſpectando perſonam, ſed rem.

2. Et ſicut Sol ſuos radios, & claritatem non in ſui oſtentationem, ſed in frugum terræ, & hominum vtilitatem expendit: ita Epiſcopus reditus ſuos non in vanam, ac infructiferam pompam ſuæ perſonæ, familiæ, ſeu nepotum conſumere debet; ſed inter pauperes & neceſſitate preſſos diuidere.

3. Et ſicut Sol per omnes mundi partes velociter currit, ipſe per ſe non per alium, ſic omnia fouet, omnia illuminat, atque clarificat: ita Epiſcopus ipſe per ſe, non ſemper per Viſitatores Diœceſim ſuam percurrere tenetur, ad Confirmationis ſacramentum conferendum, & ad res emendatione dignas, quas tunc diſquirit corrigendas, & ad pabulum diuini verbi ſuis erogandum, & ſic erit ſolatium afflictis, & impiis terror.

4. Sol enim numquam requieſcit, ſemper velociter currit, ſemper inuigilat: & ſic Epiſcopus non ſe exiſtimet aſſumptum vt requieſcat, ſed vt continuò vigilet in animarum ſalutem: neque ſe excuſatum putet, quia Vicarium, & viros idoneos habet, nam nihilominus ſupra omnes intendere, & inuigilare tenetur, & non otioſitati, deliciis, & recreationibus ſe tradere.

5. Et ſicut Sol omni tempore hîc vel illic ſemper aſſiſtit, & numquam ſe abſtrahit ab hominum oculis, quibus continuò clarificat, & illuminat: ita Epiſcopus omni tempore ac aſſiduè aſſiſtere debet ſubditorum gubernationi, ſine dilatione temporis. Ad quod facit illud, quod Ietro ad Moyſem dixiſſe legitur, Exodi cap. 18. *Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, qui iudicent populum omni tempore.* Nam ille qui iudicandi ac gubernandi alios officium ſuſcipit, non debet habere tempus ad requieſcendum ſibi, ſed totum conſumere in ſui officij implemento: non debet ſe excuſare ab audiendis ſubditorum petitionibus, cum eo quòd requieſcit, manducat, aut etiã quia in ſecreto cubili recluſus eſt: nam omne tempus proprium eſt ſubditorum, & ſic in eorum vtilitatem expendere (de honeſtate) tenetur, & omni tempore iudicare, & audire ſubditorum querelas, vt ſic Solem imitetur, cui aſſimilatur.

6. Et ſicut Sol ideò præeſt vt orbem illuminet, & tenebras auferat: ſic Epiſcopus ideò præeſt, vt omnes ſua prædicatione & doctrina nutriat, doceat, atque illuminet, & vt ignorantiæ tenebras à ſuis ſubditis recedere faciat.

7 Et ſicut Sol radiorum claritate omnia imperfecta patefacit, & illos qui odiunt lucem fugere facit: ita Epiſcopus ſua diligentia & cura, omnia debet perquirere, ac inueſtigare, ne ſua ſocordia aut inertia, malefacta obliuione operiantur, & impunita remaneant maleficia; & ſic fugient à facie ſua, qui maledictionem ſicut veſtimentum induũt, dicentes in corde ſuo, non requiret.

8. Et quemadmodum ſtatim cùm Sol ſe abdidit, terra operitur tenebris, & venit nox, quæ eſt ſceleratorum opertorium: ſic dum Epiſcopus ſe abſentat Diœceſi, lucem eripit, & noctem infert. Vtinam Noſter Catholicus Rex, ſui Conſiliarij, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& etiam ipſi Epiſcopi quot damna & incommoda Eccleſiæ, & animæ ſubditorum patiuntur, expenderent, in Epiſcopi abſentia. Tunc etenim ad omnes abuſus, & relaxationes patet aditus, Clerici efficiuntur irreligioſi, ſæculares irreuerentes, pereunt pauperes, & nimis patiuntur, Eccleſiaſticæ obſeruationes, & immunitates corruunt, reditus, & priuilegia particularia dignitatis vſurpantur, via ad delinquendum aperitur, cultus diuinus minuitur, hoſpitalitas debita non ſeruatur, ruinis patēt ædificia nobilia, quæ magnificētia extruxerat deceſſorū, (& quod amarius & dolendum) animarum cura negligitur, & vitiorum ſenſibus fomentum periculosè præbetur. Extrauagans *execrabilis, Ioan. 22. de prabend.* Extrauagās *execrabilis, de præb. inter communes.*

9. Et ſicut Sol præcellens eſt in claritate, & puritate, & ab ipſo luna & ſtellæ claritatem recipiunt, & lucem: ſic Epiſcopus puritate, & integritate vitæ omnibus antecedere debet, vt ſuæ vitæ ſanctimonia & exemplo alios illuminet atque ad perfectionem conſequendā inuitet.

10. Et ſicut Sol inter omnes cæli planetas, primus eſt, claritate, formoſitate, magnitudine, atque vtilitate: ita Epiſcopatus inter dignitates omnes Eccleſiæ Dei primus eſt, origine, poteſtate atque excellentia; & inter eas (ſede Petri humiliter venerata, & excepta,) principatum ſingulariter obtinet.

11. Et quemadmodum tunc obſcuratur Sol, cùm terra aduerſus eum ſtat, & ei ſe opponit, atque impedit ne radios in illam partem extendat: ſic Epiſcopus quando terrena appetens quæ huius ſæculi ſunt, quærit, & commoditatem propriam, augmentum perſonæ, ditare nepotes, & conſanguineos, tunc obſcuratur, atque obſcurationis effectus tranſmittit: quia terrena quæ intra ſe habet, impediunt, ne ſe totum in vtilitatem ſubditorum impendat, vt ſui muneris eſt, ad quod eſt electus.

12. Et ſicut Sol cùm obſcuratur, omnes angit, conturbat, & terrore commouet ſpeculantes quid ſignificet, aut immineat: ſic Epiſcopus cùm aliqua culpa maculatur, ſubditos vexat, & horrore perfundit, & à quo optimam imitationem deducere debebant, inde peſſimum deducunt exemplum; qua de cauſa Epiſcopus irreprehenſibiliter viuere debet, vita, habitu, forma, & conuerſatione, vt ſit ſuis ſubiectis exemplum, & viuendi norma, non ſcandalum.

Epiſcopus eſt Oculus gregis, & 44
ideò rectiſſimè, cùm omni cura ac diligentia iter cæleſtis patriæ oſtendere ſubditis tenetur, ne ambo in foueam cadant, *c. cum ſit de ætate & qualitate.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 5. caſu 425. num. 5.* Agia *de exhibend. aux. 3. fundam.*

Habet officium nutricum, quæ 45
paruulis lac præbent, (& ne faciat
obſecro, ſicut impiæ mulieres, quæ 46
infantulos pariunt, & exponunt, vt vulgò dicitur, fortunæ committunt, vt alieno nutriantur lacte, & labore, aut pereant, hoc eſt, ne vt facillimè ſe voluptatibus tradant, ſubditos aliis committant curandos, vt aliena alantur doctrina, aut penitus deſtruantur.) Hugo *de offic. quatuor. Prælat. ſumm. 2. de ſecundo Prælato. n. 3.* Agia *de exhibend. fundam. 3.*

Et dicitur Canis, quia contra 47
Eccleſiam perſequentes latrare de-
bet, & vulnera peccatorum lam- 48
bere, *c. qui regiminis 2. quæſt. 7. c. ſcita-*

ris 7.*quæſt.*2. Greg.Lopez *in l.*1 *tit.*5. *part.*1.

49 Et Cuſtos ciuitatis.Diuus Gregorius *in paſtorali, part. 2. cap. 7.* Agia *vbi ſuprà.*

50 Et Aries, quia gregibus præſtat ducatum, *c.ſcitaris 7.quæſt.* 1. Marqueſanus *de commiſſ.tom.3.part.3.c.*1. §.1.*num* 44.Lopez *ſuprà.*

51 Habet officium Agricolæ, vt euellat, ædificet, diſſipet, & plantet,*c.ſolitæ.de maior & obedient.* Agia *ſuprà.*Montaluo *in l.*1.*tit.*5.*p.*1.

52 Eſt Aduocatus vt oret pro populo ſibi commiſſo, *c. quia Sacerdotes* 10.*quæſt.*1.*c. ipſi Sacerdotes* 1. *quæſt.*1. *c.ſi quis* 3. 36.*diſtinct.* Agia & Montaluo.

53 Et comparatur Cordi; nam ſicut cor fons eſt omnium ſenſuum, ſic Epiſcopus fons eſſe debet, vt ex eo crebræ precationes exeant: & ſicut cor eſt veluti medium inter animam, & corpus, ſic Epiſcopus medium eſſe debet inter Deum & homines.

54 Eſt Medicus animarum: quia omni curationis modo animæ morbum depellat, & ad ſalutem gratiæ reducat.*c.diſciplina.*49.*diſtinct.c.accuſatio* 2.*quæſt.*7.*c. omnis de pœnit.* Agia & Montaluo.

55 Et cæleſtis Dux. *c. ſi officia* 59. *diſt.* Archidiac.& eius Additionator *in c. generaliter* 16.*quæſt.*1. Philippus Probus *in addit.ad præfat.* Ioannes Monach.*in* 6.*decretal.ſuper verb.Bonifac.* 8. Agia *ſuprà.*

56 Et diſpenſator bonorum Eccleſiaſticorum. Hugo *de offic.quatuor. Prælat.ſumm. de ſecundo Prælato, num.*1. Agia *ſuprà.*

57 Et Pater ſpiritualis & Dominus ſubditorum, qui ſi ei denegarent dominium, acriter punirentur. Probus *ſuprà.*Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*5.*num.*6. Pariſius *de reſignat. libro* 3. *quæſt.* 1. *num.* 12.

58 Et tutor, ac Pater pauperum: vnde procedit poſſe loca pia, licet laicalia viſitare, & nomine pauperum hæreditatem pauperibus relictam adire.Tuſchus *liter. E, concluſ.* 237.*num.* 18. Fauianus de Monte *de empt.& vendit.quæſt.* 3. *num.*35. Menochius *de adipiſcenda poſſeſſ.remedio* 4.*num.*26.Lancellottus *in templo, d. lib.*2.*cap.*5.*Epiſcopo de n.*6.

59 Et ideò poteſt appellare pro ſubditis, vel pro ciuitate ſua, etiam ſine ciuium mandato. Speculator, *lib.*2.*part.*3. *titul. de appellat. num.* 15. §.1.Sigiſmund. Scacia *de appellationibus,lib.*3.*cap.*2. *quæſt.*5. *num.*56. vbi ponit aliquas limitationes.

60 Quod tutor & defenſos pauperum ſit, viduarum, & pupillorum, patet ex decreto Concilij Maticinenſis 2. *cap.* 12. ibi decernimus vt iudices non prius viduas & pupillos conueniant, niſi Epiſcopo nuntiauerint, cuius ſub velamine degunt: & ob id factum decretum hoc,quoniam tunc temporis viduæ & pupilli veluti defenſore carentes, à iudicibus crudeliùs pro leuiſſimis cauſis affligebantur.latè Ioann.Fileſacus *c.*1.§.19.*fol.*36.

61 Cum Peluſiota cœpimus, & cum Proſpero Aquitano finimus,*in lib.*2. *de vita actiua & contemplatiua cap.*2. vbi agens de Epiſcopalis dignitatis præſtantia, hæc dixit. Epiſcopi per Dei gratiam fiunt diuinæ voluntatis iudices,Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores,fideles populi Duces, veritatis aſſertores, prauæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, & malè ſibi conſciis etiam ipſo viſu terribiles, vindices oppreſſorum, Patres in fide Catholica regeneratorum, Prædicatores cæleſtium præmiorum, exemplar bonorum operum, documenta virtutum,

tutum, & forma fidelium; ipſi ſunt Eccleſiæ decus, in quibus amplius fulget Eccleſia, ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis innititur omnis multitudo credentium, ipſi Ianuæ ciuitatis æternæ, per quas omnes qui credunt ingrediuntur ad Chriſtum; ipſi ianitores, quibus datæ ſunt claues regni cælorum, ipſi etiam diſpenſatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus, & officia ſingulorum. Ex Proſpero alios deſcripſiſſe teſtatur Fileſacus *de ſacr. Epiſcop. autor. c.1.§.2.fol.3.* & ex Fileſaco de verbo ad verbum tranſcripſit Barboſa de Fileſaco nullam faciens mentionem, *in paſtorali c.6.tit.1.n.14.*

## *SVMMARIVM.*

*Philoſophi ſententia*.num.1.

Epiſcopus *vocari debet* Pater, & *Dominus*.num.2.

*Antiquitus qui denominabantur hoc nomine, de Segnor.* num.3.

*Carmelitana diſcalceatorum familia extollitur*.num.4.

Diuus *Ioſeph authoris Pater ac Dominus*.num.5.

*Diuus Ioſeph laudatur*.num.6.

*Diui Bernardi ac Vigerij verba referuntur in laudem Ioſephi, Dei patris putatiui*,num.7.

*S.Ioſeph antequam naſceretur ſanctificatus*.num.8.

D.*Ioſeph virginitatem perpetuam ſeruauit*.num.9 & 13.

D. *Ioſeph in cælo poſt B. Mariam primum locum obtinet*.num.10.

*Non ſurrexit maior.* Diuo *Ioſepho.* num.11.

*Quomodo intelligi debeat illud Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus dicit, nullum ſurrexiſſe maiorem Ioanne Baptiſta*.num.12.& 13.

*B.Maria cum corpore & anima in cælo*.num.14.

D.*Ioſeph quando ſurrexit, & an in corpore & anima in cælo glorioſus ſit*.num.15.

D. *Bernardini de Sena verba ponuntur*.num.16.

*Prouerb. Cap. vltimum explicatur.* num.17.

*R.Magiſter Melchior* Prieto *electus* Epiſcopus *de* Paraguay *Ordinis B. Mariæ de Mercede, laudatur.* num.18.

Epiſcopi *quare dicantur* Domini. num.19.

*Subrogati aſſumunt qualitatem Principalis*.num.20.

*Epiſcopus tamquam Chriſtus honorandus*.num.21.

*Epiſcopus dicitur Sacroſanctus*, & Deo *amabilis*.num.22.

*Et Religioſiſſimus*.num.23.

*Et Reuerendiſſmus*.num.24.

*Et membrum Reipublicæ Chriſtianæ*.num.25.

Et *perſona notabilis*,num.26.

*Et perſona honeſta*.num.27.

*Et* Per*ſona magna*.num.28.

Et Per*ſona egregia*.num.29.

Et *Perſona excelſa*.num.30.

*Et ſpectabilis*.num.31.

*Et clariſſimus*.num.31.

Et *eminentiſſimus*.num.32.

Et *ſereniſſimus*.num.33.

*Et par Proconſulibus*.num.34.

*Eſt maior Præſide ciuitatis.* n.35.

*Adelantatus Regni æquiparatur*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epiſcopo. num. 36.
Dicitur Prætor ciuitatis. num. 37.
Debet vocari Segnoria. num. 38.
Epiſcopo titulari an debeatur Segnoria. num. 39.
An Abbatibus, & vtrùm geſtare poßint in choro indumentum murellum. num. 40.
Illuſtrißim. Archiepiſcopus Toletanus an vocari debeat Segnoria illuſtriſsima. num. 41.
Archiepiſcopus Toletanus dicitur Patriarcha. num. 42.
An portare poſsit ante ſe crucem. num. 43.
Eſt totius Hiſpaniæ Primas. num. 44.
Archiepiſcopus Toletanus dicebatur antiquitùs Archiepiſcopus Hiſpaniæ, per excellentiam. n. 45.
Auguſtinus Barboſa redarguitur. num. 46.
Archiepiſcopus Toletanus Cancellarius maior Caſtellæ. num. 47.
Cancellarius maior Caſtellæ primum obtinet locum poſt Regem. num. 48.
Epiſcopus an ſit illuſtris. num. 49.
Præſes Prouinciæ erat clarißimus, excellentiſsimus, & illuſtriſsim. num. 50.
Epiſcopus eſt Præſes prouinciæ. num. 51.
Prætor an debeat portare baculum iuſtitiæ coram Præſide. num. 52.
Et an coram Epiſcopo. num. 53.
Defenſor ciuitatis erat illuſtris. num. 54.
Epiſcopus eſt ſimilis defenſori ciuitatum. num. 55.
Dux, Comes, & Marchio, illuſtres & ſpectabiles dicuntur. n. 56.
Epiſcopus dicitur Dux, Comes, Marchio, & Rex. num. 57.
Præfectus prætorius dicebatur illuſtrißimus. num. 58.
Epiſcopus dicitur Præfectus prætor. num. 59.
Conſiliarij Principis ſunt illuſtres. num. 60.
Epiſcopi ſunt Regij Conſiliarij. num. 61.
An hæc practica procedat in regno Neapolitano. num. 62.
Dux vocatur excellentia. n. 63.
Regis Conſiliarij ſunt pars corporis Principis. num. 64.
Rex eſt ſuperilluſtris num. 65.
Epiſcopus eſt illuſtriſsimus. n. 66.
Epiſcopi quare dicuntur Regij Conſiliarij. n. 67. vſque ad 71.
Epiſcopi Magnates & Proceres regni ſunt, & Reipublicæ præcipua membra. num. 68.
Magnatum & Procerum officium quale. num. 69.
Rex caput Regni. num. 70.
Epiſcopi antiquitùs reſidebant circa perſonam Regiam cauſa conſulendi. num. 70.
Epiſcopi tenentur ire ad Regem quando ab eo vocantur. n 71.

# DE VARIIS EPISCOPORVM TITVLIS.

## CAPVT DECIMVM.

1 SI eximia nomina præſtantes effectus indicant, iuxta illud quod à ſummo Philoſopho optimè ſcriptum eſt, 4.Metaphyſicæ, igitur non inutile erit in honorem Epiſcopalis dignitatis ſingularia nomina referre, quibus meritiſſimè decoratur.

2 Epiſcopus tam à Magnatibus Principibus, quàm à Canonicis & ſubditis Dominus vocari debet. *c.grauum.de exceſſibus Prælator. c.cum clerici. de verborum ſignificatione, l.1. tit.5.part.1.*ibi: *E por ende debemos tener à los Obiſpos por Sanctos, e obedecellos y honorar los, como aquellos que tienen lugar de los Apoſtoles l.66. d.tit. 5.part.1.* Ibi: *e la honrra que les deben façer de palabra, es que les llamen Segnores, por los lugares honrrados que tienen de los Apoſtoles. e la honrra que les deben fazer defecho, es que ſe leuanten a ellos, e les a coian bien, e les fagan reuerencia en las otras coſas.* & ibi Montaluo, & Lopez., & *in l.1.tit.25. part.4.* Sebaſtianus de Medicis *de legibus p.1.q.14.fol.164.*

3 Neque miretur qui eximij Alphonſi Regis conſtitutionem legerit, tunc tanti Epiſcopos fuiſſe habitos, vt hoc præclaro nomine *de Segnor* decorarentur: nam antiquitùs neque Imperatori, ſed diis tantũ tribuebatur, patet ex Oroſio *lib.6. cap.22.* & ex Innocentio *in ſermon.2. de Natiuitate Domini*, & ex Stephano de Garibay Camalloa *in compendio hiſtoriali Hiſpaniæ, lib. 9. cap. 2.* vbi citat Martialem & Suetonium Tranquillum, & ex aliis relatis à P. Ioſepho de Ieſu & Maria, ex illuſtriſſima mihi & omnibus amabili diſcalceatorum Carmelitana familia, 4 bono non tantùm Hiſpaniæ noſtræ, & Italiæ, ac noui orbis, ſed totius Eccleſiæ fundata, *in libro de hiſtoria Magni Patriarchæ & Dei* 5 *Patris putatiui Ioſephi cap. 34. § 3. fol.124.*

6 Et quia in eius ſanctiſſima feſtiuitate hæc ſcribo, & à tenera ætate in Patrem & protectorem elegi, liceat mihi in eius laudem aliquam facere digreſſionem, quamuis puluis & cinis ſim, & de illo loqui verear, cui veri Epiſcopi Mater deſponſata eſt. Fidelis ſeruus (in- 7 quiunt Bernardus *homil. 2. ſuper Miſſus.ante finem*, & Vigerius *in inſt. cap.20. §.9. de myſterio Incarnationis*) & prudens, quem conſtituit Dominus ſuæ matris ſolatium, ſuæ carnis nutritium, ſolum denique in terris magni conſilij coadiutorem fideliſſimum, æterni Patris vicem gerentem, filij Patrem putatiuum, & Spiritus ſancti ſubſtitutum. 8 Et ideò antequam de vulua matris exiret, ſicut Baptiſta ſanctificatus, teſtibus Ioanne Gerſon *de natiuitate Virginis, conſ.2. & 3.* Iacobo Chryſopolitano *in ſuo Magnificat.* Iſidoro de Iſolanis *in Summ.* Ioſepho de Valdiuieſſo *in Ioſephina cant.1. fol.4.*

9 Margarita Confeſſorum *fol. vltim.*
299. Et virginitate perpetua decora-
tus: venerabilis Beda *lib. 2. in Mar-
cum, cap. 6. in cap. 2. Ioann.* & ibi Al-
cuinus ſanctus Anſelmus *in c. 12. &
13. Matth. ante finem.* S. Petrus Chry-
ſolog *ſerm. 175.* Petrus Damianus *in
Epiſtola ad Nicolaum* II. *Papam* 64.
& de laudibus eiuſdem Gerſon *in
Ioſephina.* Vadiuieſſo *vbi ſuprà cant. 4.
fol. 44.* Margarita *ſuprà.*

10 Et in cælo in ſuperiori loco cum
excellentiſſimis gloriæ dotibus, ſuis
meritis præclariſſimis, & dignitati-
bus competentibus collocatus, iux-
ta ſuæ dilectiſſimæ ſponſæ ſedem
ante omnes habitatores cæleſtis
11 Sion, ſicut maior ſanctitate, offi-
ciis, & dignitatibus; nam licèt de
Ioanne Baptiſta dictum ſit, nullum
eo maiorem ſurrexiſſe, intelligitur
nullum Prophetam, iuxta illud
Lucæ capit. 7. vel aliter ſecundùm
12 Gerſonem *in ſermon. de natiuitate
13 B. Mariæ conſ.* 4. debet intelligi illa
præcedentia quoad Eccleſiam mili-
tantem, vbi nullus maiori feſtiui-
tate celebratur, vt ex ſequentibus
verbis accipitur: ibi: & qui minor
eſt in regno cælorum, maior eſt eo,
&c. Suarez *in 3. Diui Thom. 2. q. 29.
diſp. 8. ſect. 2.* At verò in triumphanti
Ioſeph poſt B. Mariam primum ob-
tinet locum: vt probat Ioſeph de
Ieſu & Maria *vbi ſuprà cap.* 52. illis
verbis: *Segun loqual es conuiniente que
la Virgen eſte acompagnada en ſu Ie-
rarchia, y no ſiendo eſta compagnia de
la humanidad de Chriſto nueſtro Se-
gnor, por eſtar en el trono de lo Diuini-
dad, hemos de conſiderar la accompa-
gnada de S. Ioſeph, porque à el ſolo,
como à eſpoſo ſuio, y Padre putatiuo de
Chriſto, compete eſto entre todos los An-
geles, y Sanctos.*

14 Et ſicut Beatiſſimæ & immacu-
latæ Mariæ ſponſæ ſuæ cum corpo-
re ſanctiſſimo & anima in cælum
aſcendere conceſſum fuit, ſic in
Chriſti reſurrectione Diuo Ioſepho
reſurgi permiſſum, & in filij ſui 15
aſcenſione cum corpore & anima
celeſtem patriam ingredi. Gerſon *in
ſua Ioſephina, & in ſermon. de natiuit.
C. Mariæ* Dionyſius Richel *lib. 4. de
laud. virg. art.* 7. Franciſcus Suarez
*tom. 2. quæſt. 29. art. 2. diſp. 8. ſect. 2.*
Beruard. de Buſtis 4. *part. ſermon. de
deſponſat. B. Mariæ.* Margarita Con-
feſſorum *ſuprà.* Diuus Bernardinus
Senenſis *ſermon. de S. Ioſepho art. 3.* 16
*cap.* 1. & publicè Paduæ prædicans
dixit hæc, (vt refert Buſtus vbi pro-
ximè) In anima & corpore ſanctus
Ioſeph in cælis glorioſus eſt: in cu-
ius veritatis confirmationem ſtatim
miraculosè è cælo ſuper caput eius
crux deſcendit deaurata. *Omnes do-* 17
*meſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,* (in-
quit Salomon Prouer. vltim.) dome-
ſtici enim domus Dei, dum vixit in
terris, qui niſi Maria & Ioſeph, &
ſic dupliciter ſunt veſtiti cum duo-
bus gloriæ indumentis, cum vno
anima, & corpus cum altero: vt
ſicut in hac vita laborioſa cum Ieſu
ipſe & Maria, ſicut domeſtici in gra-
tia, & ſanctiſſima ſocietate vixe-
runt; ſic in illa glorioſa & ſemper
felici in ſempiterna regnant felici-
tate. Intercede igitur pro nobis,
potentiſſime Pater Chriſti, & Spon-
ſe virginis, vt qui tibi in hac vita
ſubditus eſſe voluit, & in cæleſti
tanta gloria collocauit, in hora vl-
tima propitium nobis ſe oſtendat &
clementem. Quæ omnia amplexus
eſt. R. Pat. Magiſter Melchior Brieto, 18
ordinis B Mariæ de Mercede re-
demptionis captiuorũ electus Epi-
ſcopus de Paraguay in partibus In-
diarum occidentalium, qui ob ſin-
gularem modeſtiam, humilitatem,
ac amorem regulari ſtatui rènun-
ciauit, exemplum dans cæteris Re-
ligioſis, vt ſicut ille etiam cùm eſſet
merio-

meritiſſimus, fecit, ita & alij faciant: *in ſua Joſephina Euangelica pag.25.pag. 32.pag.52. & pag.137. & 188.ex Sanctorum doctrina.*

19 Ad quæſtionem tamen rediens, dico, quòd ea de cauſa Epiſcopi notabili nomine *de Segnor* honorâtur, quia Chriſti perſonam repræſentât, & eius locum obtinent, vt ſatis probatum eſt: Chriſtus autem Redemptor noſter Dominus Ieſus appellatur, & ſic dicebat Paulus 1.*Corinth.* 11.ibi:*fratres ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam*
20 *Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur*, hoc eſt, *el ſegnor* Ieſus, cuius locum Epiſcopi tenent, & ſic tamquam ſubrogati aſſumunt qualitatem Principalis, etiam in honore & reuerentia. Argumento, *text. in l.decernimus, c. de aquæduct. lib. 11. c. præcipimus* 93.*diſt*.ibi: tunc enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Gloſſ.*in c. qua de cauſa verb. quidquid 2. quæſt.* 4. Gratianus *diſceptat foren ſ.tom.2.cap.284.num.8.* & ſic Diuus Ignatius in Epiſtola ad Trallianos admonet, vt omnes ſuum
21 honorent Epiſcopum ſicut Chriſtum; & Apoſtolum decreto id cautum eſſe teſtatur Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum autor.cap.1.§.1.*

22 Dicitur Epiſcopus Sacroſanctus, & Deo amabilis. Auth. *de ſanctiſſ. Epiſcop colat.9. auth. quomodo oporteat. §. & illud etiam.collat. 2. c. cum Imperator.85.diſt.* Bonadilla *in politica, cap.17.lib.2 num* 10. Agia *de exhibend.aux.3.fundam.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.48.§.3.num.25.*

23 Et Religioſiſſimus: *toto titulo de Epiſcop. & clericis.* Lancellottus *in temp.lib.2.c.5.n.6.*

24 Et Reuerendiſſimus. *l. defenſores. la 4.c.de defenſorib. ciuitat. l. iubemus 17.c.de Epiſcopali audient.l. cum clericis l. generaliter. c. de Epiſcopis, & clericis, toto tit. auth. de ſanctiſſ. Epiſcopi.* Archidiaconus *in c.generaliter 16. quæſt.* 1. Randei *in præludio de diſpenſationibus.* Lancellotus.

Et membrum præcipuum Reipublicæ Chriſtianæ. Marius Alterius *de cenſuris tom.1.lib.5.cap.1.diſput. 17. col.1.liter.E.* 25

Eſt perſona notabilis. Cephalus *lib.3.cent.359.num. 41. incipit ſi illuſtriſſimus.* 26

Eſt perſona honeſta. Menochius *de arbitrariis, lib.2.centur. 1.caſu 69. num.3.* 27

Eſt perſona Magna. Cephalus, *tom.1.lib.1.conſ.1.num.57.* 28

Eſt perſona egregia.*l. ad perſonas. ff.de iureiurando*: & ibi Gloſſ. Archidiacon.& Lancellott.*ſuprà.* Menoch. *vbi prox.caſu 70.num.5.* Gambarus *de offic. Legati, lib. 2. num.3.fol.29.* Barboſa *in paſtor.c.2.n.12.* 29

Eſt perſona excelſa. Cephalus *tom.1.lib.1.conſ.2.n.8.* 30

Eſt ſpectabilis. Baldus *in l.1.ff. de offic. præf. prætor. & in c.cum acceſſiſſent, num.6.de conſtitut.* Bart. *in l.omnes populi, ff. de iuſtit. & iure.* Iaſon *in l.1 ff. de offic. eius cui mand. num. 3.* Peregrinus *conſ. 1.num. 24. tom. 1.* Franciſcus de Ponte *tom.1.conſil. 14. pro priore Vngariæ, incipit vltra alia, num. 26.* Antonius Corſeti *de poteſt. regia part.3.num. 13.* Caſaneus *in catal.part.4.conſ.25.* Garcia *de nobilitate, gloſſ. 48.§. 3. num. 55.* Siculus *de præſtant part.1.baſil.1.num.43.* Lopez *in l.3.tit.14.part.4.& in l.11.tit.5.p.3.* Lancellott. Archid. & eius Additionat *ſuprà.* 31

Eſt clariſſimus, *l. ad ſimilitudinem, c. de Epiſcopis & clericis.* Geminianus *in c.fin. de ſent.& re iud. lib. 6. num 9.* Valencuela *conſ.82.incipit in fauorem n.63.* Siculus *ſuprà n.42.* 31

Et Eminentiſſimus. Concil. Toletan.8.c.4.& 7. Fileſacus *de ſacra Epiſcopor.* 32

*ſcopor.c.9.§.9.fol.*101. Quod nomen etiam Romanis Pontificibus tribuitur, iuxta textum *in c.ad eminentiam de ſentent.excommun.*

33 Et ſereniſſimus; quod eſt nomen Regum & Imperiale. Clementin. *in pleriſque, de elect.* & Cardinal. ibi: *num.*3. Archidiacon. *in c. generaliter* 16. *quæſt.* 1. Probus *in addit. ad præfat. Ioannis Monachi in 6.decret. n.*4. Selua *de beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 2. Caſaneus *in catal. p.*4. *conſ.* 25. Bologninus *de indulg. num.* 21. Lancellott.*d.lib.*2.*cap.*5.*num.*6.Siculus *ſuprà.num.*20.

34 Eſt par Proconſulibus, & eorum locum obtinet. Couarr. *variar.lib.*3. *cap.*20.*num.*4.

35 Eſt maior Præſide ciuitatis. Angelus Peruſinus *conſ.*276.*incipit punctus eſt talis.num.*2.

36 Dignitas Adelantatus Regiæ curiæ æquiparatur Epiſcopali dignitati. Valençuela *conſ.* 82. *incip.in fauorem præſid.n.*65.

37 Dicitur Prætor ciuitatis, & Magiſtratus. Gratian. *diſcept. tom.* 2. *cap.* 298.*num.*4.

38 Et de iure noſtro *ſellama ſegnoria. l.*18.*tit.* 1. *lib.* 4. *recopilationis.* & ibi Narbona *gloſſ.*11. Valencuel.*conſ.* 12. *num.*65. Garcia *de nobilitate,gloſſ.* 48. §.3.*num.*55.

39 Etiam Epiſcopus titularis vocatur *Segnoria. d. l.* 18. & ibi Narbona *dic.gloſſ.* 11.& Valencuela *d. conſ.*82. *num.* 65. *&* *num.* 61. dicit quòd Epiſcopus titularis non debet differre ab aliis Epiſcopis reſpectu tractamenti, & vrbanitatis. *c. legimus* 93. *diſt.* Mandoſius *in reg.* 26. *cancell. cap.*4.*fol.*42.Abbas *in c. licet. num.*16. *de tranſlat. Epiſcopi.* Zerola *in prax. p.*1.*verbo Epiſcopus.n.*30.

40 Abbates autem ſæculares, ius mitræ & baculi habentes, non vocantur de iure noſtro *Segnoria.* Garcia *d.gloſſ.*48.§.3.*num.*63. & ibi dicit nullo modo poſſe in ſua Eccleſia, choro aut Capitulo geſtare indumentum murellum, neque rubrum (vulgò *capa de coro*) ſed ornare ſe indumento nigro, ſicuti extra Eccleſiam,& relinquere murellum & rubrum Epiſcopis.

41 Archiepiſcopus noſter Toletanus de iure noſtro vocatur *Segnoria* illuſtriſſima, etiamſi Cardinalitia dignitate non ſit decoratus *d.l.*18.*tit.*1. *lib.* 4. *recopilation.* & ibi Narbona *gloſſ.*10.

42 Primò quia Patriarcha dicitur,& habet omnia priuilegia quatuor veris Patriarchis conceſſa: vt Martinus V. Pontifex Maximus ſuorum prædeceſſorum veſtigia ſequens de nouo conceſſit, anno Domini de 1422.ſui Pontificatus anno vndecimo, hiſce verbis: nec non omnibus & ſingulis prærogatiuis, priuilegiis, & inſigniis, quæ dictis Patriarchis quomodolibet competere potuerunt, vti & gaudere liberè, licitéque poſſe. Garcias de Loyſa *in collect.Concilij Hiſpaniæ in decret.Gundimari Regis fol* 296. Barboſa *in paſtorali tit.*3.*c.*7.*num.* 13. *& in d.tit.*3. *cap.* 1.*num.*37. Lanceliottus *in templo, lib.*2. *cap.*3. *de Patriarcha.* Antonius de Prætis *de iuriſdict. Epiſcopi cap.*6.*col.*3.*num.*27.multos citat. Rodeanus *de ſimonia cap.*16.*num.*5. Speculator *in titulo de diſpenſ.* §. *ſanè quoque verſ. & nota quòd.* Fileſacus *de ſacra Epiſcop. auth. cap.*9.§.7.*fol.* 105.vbi dicit, ſe exiſtimare Patriarchæ titulum habere à tempore Concilij duodecimi Toletani.

43 Et ideò vtitur *Gion* more Patriarcharum, hoc eſt, cruce, ligno tranſuerſo gemino habente cuius lignum ſuperius tranſuerſum breuius eſt, inferius longius, & quòd Patriarchis huiuſmodi *Gion* vti liceat:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceat : & quid ſignificet tradunt Cuiacius *in paralip. ad titulum de foro competenti in c. ſanè 3. in fine.* Iuſtus Lipſius *in notis ad ſuos libros de cruce* Iayme Bleda *in tract. ſanctæ Crucis, cap.7.* Hieronym. Roman. *en ſu Republ.Chriſtian.lib.2.cap.6. ad finem & lib.3.cap.6. ante finem.*Barboſ.*in paſtoral.tit.3.c.1.n.25.*

44 Secundò, quia eſt totius Hiſpaniæ Primas. Textus *ſingul.in c. cum longè 63.diſt.* & ibi Gloſſ.*verbo priuilegio.* Lancellottus *vbi proxim.* Mariana *in Hiſpaniæ hiſtor. lib. 6. c. 17.* illis verbis : *que fue vna prærogatiua, y priuilegio de grande importancia, y como abrir las canjas, y hechas los cimientos de la primacia, que eſta Igleſia tiene ſobre las demas Igleſias de Eſpaña.* Latè idem Mariana *lib. 9. c. 19.* & in Concilio 17. ex celebratis in Hiſpania & 6. Toletano inquit Garibay Camalloa *in compendio hiſtorial.de Eſpaña lib. 8.cap. 77. ſe decreto que los Arçobiſpos de Toledo fueſſen obedecidos por Primados de las Eſpañas anno de 610.* idem dicit, *lib. 8.cap.34.*
45 *anno de* 643. vbi, *al Arçobiſpo Don Rodrigo* & latè *lib.11.cap.19.* egregiè Fileſacus *vbi ſuprà d.c.9.§.13.fol.* 114. ibi enim probat quòd Archiepiſcopus Toletanus per excellentiam vocabatur Archiepiſcopus Hiſpaniæ, id eſt, Primas totius Hiſpaniæ.

*Ioannes Morenus de patriarcharum erigine exercit. 32. vbi egregiè.*

46 Contrarium probare nititur Auguſtinus Barboſa in Paſtorali, cuius oppoſitionibus breuitatis cauſa non reſpondeo, ne magnam digreſſionem faciam : & quia ipſæ per ſe ſine contradictore dilabuntur, & corruunt.

47 Tertiò, quia eſt Cancellarius maior Caſtellæ, ex conceſſione facta Domino Martino eiuſdem Eccleſiæ Præſulis : & poſteà Domino Roderico Ximenez Archiepiſcopo & Cancellario, ab Alphonſo Dini Santij el Deſeado filio, & Alphonſi dicto *Emperador de las Eſpañas* nepoti, anno Domini de 1213. Mariana *vbi ſuprà lib.12.cap.3.* hiſce verbis : *y el dicho Don Alphonſo ledio ſer Canciller maior de Caſtilla, para el y ſus ſucceſſores y era el officio maior, y la maior authoridad deſpues de la del Rey eſte officio exercian los Arçobiſpos en lo de Adelante, quando andaban en la corte : ſi ſe auſen tauan non brauan, con el beneplacito del Rey, vn tiniente que ſupliesſe ſus veces, y deſpachaſe los negocios eſto ſe continuo haſta el tienpo del Arçobiſpo Don Gil de Abbornoz, quando por ſu auſencia, y por la auſencia de los tienpos ſe començo adar a quel officio a diferentes perſonas, ſin conſentimiento de los Arçobiſpos, que ſin enbargo toda via ſe intitulauan Cancilleres maiores de Caſtilla.*

Et quòd hæc dignitas magna ſit, 48
& primum locum obtineat poſt regiam etiam in ſedendo. Guillelmus Benedict *in c.* Rainutius *de teſtam. verbo & vxor. nomine Adelayſam. deciſ. 2.num. 197. fol. 99.* Calaneus *in catalogo glor.part. 7. conſiderat. 7. vbi latè.*

Epiſcopus eſt illuſtris. Textus *in* 49
*c fin. de ſentent. & re iudicat. lib. 6.* Gloſſ.*in l. ad ſimilitudinem, c. de Epiſcopis, & clericis.* Gloſſ. *in c. quamquam 2.quæſt.7.* Bart.*in l. omnes populi ff. de iuſtitia & iure.*Gregorius Lopez *in l.11 tit.5 part. 3.* Iaſon *in l. 1. ff. de off. eius cui mand.* Tuſchus *liter. E, concluſ. 237.num.8.*Boherius *de auth. magni.conſil. part. 2. num.52.* Azeuedo *in l.1.tit. 5. lib. 8. recopilat.* Bertachin.*de Epiſcopis part.1. num.12.* Archidiacon & eius Additionator *in c. generaliter 16. quæſt. 1.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. § 4. in princ.* Gambarus *de off. Legati lib.2.num.39. fol. 29.* Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 48.

§. 3.*num.*55.Caſaneus *in catal. part.*4. *conſ.*25. Probus *in addit. ad præfatium Ioann. Monachi in* 6. *decretal. num.* 4. Bouadilla *in politica*, *lib.* 2. *cap.* 17. *num.*14.*&* 15. Cephalus *tom.*1.*conſ.*1. *num.*34 *& conſ.*2 *num.* 13.Valencuela *conſ.*81.*num.*63.Sebaſtian.de Medicis *de legibus part.*1. *quæſt.* 14. Barboſa *in paſtorali c.*2.*num.* 12. Barth. ab Horr. *in repertorio Alberici*, *verbo Epiſcopus num.*

Et aliis de cauſis aſſerendum eſt Epiſcopum eſſe illuſtrem.

50 Primò, quia Præſes qui ad multas regendas mittebatur prouincias, erat illuſtris, clariſſimus, excellentiſſimus, & ſpectabilis.Caſaneus *in catal.part.*7.*conſ.*19. Antonius Corſeti *de poteſt. regia*, *part.* 3. *num.*15. Baldus *in l. omnes populis. ff. de iuſt. & iure num.* 8. *&* 11. Iaſon *vbi ſuprà. num.* 3. Sebaſtianus Brant. *in rubricar.vtriuſque iuris*, *titulo de off. præſidis,in ff.*

51 Epiſcopus eſt Præſes prouinciæ, & de maioribus magiſtratibus,*c.placuit* 6. *quæſt.*3. Gloſſ. *in c.* 1. *off. ordinar. verbo iudicare.*Gloſſ. *in l illicitas. ff.de off. præſidis.* Bald.*in l. ſiue pars.c. de dilationibus.* Tuſchus *litera E,concluſ.*251.*num.* 14. Boherius *ſuprà.p.*2. *cap.*5. *num.* 6. Sebaſtian. de Medicis. Bouadilla, Garcia *ſuprà.* Maſtrillo *de magiſtratibus,lib.*3.*cap.*10.*num.*389. *tom.*1.

52 Ex quo infero, quòd quemadmodum coram Præſide prouinciæ Prætor iuſtitiæ baculum portare nequit, *l. final.ff. de off. Proconſulis.* Caſaneus *in catal. part.* 4. *conſ.*25. *in fine.* Bertach. *in tractat. de Epiſcopis, part.*1.*lib.*4.*num.*5. Gratianus *diſcept. tom.*3.*c.*467.*n.*16.

53 Sic neque coram Epiſcopo, qui Præſes prouinciæ dicitur, Prætor iuſtitiæ baculum portare non debet: præcipuè quando eius domum ingreditur, vt in multis ciuitatibus obſeruatur.

Defenſor ciuitatis Præſidibus ſimilis erat, & quaſi illuſtris. Iaſon *in l.*1 *ff.de off.eius*, *num.*13. Caſaneus *in catal.part.*7.*conſ.*6. 54

Defenſor Epiſcopus eſt ciuitatum, & ei aſſimilatur. Geminianus *in c. Romana de off. ordinarij*, *lib.* 6. *num.*6. Boherius *d.num.* 52. Azeuedo *in l.*1.*tit.*5.*lib.*8. *recopilat. num.* 142. Garcia *de nobilitat. gloſſ.* 48. §. 3. *num.*55. 55

Dux, Comes, & Marchio, illuſtres & ſpectabiles dicuntur,*l.raptores.*§.*ſin autem. c.de Epiſcop.& cleric. c. anteriorum.*§. *vltimo* 2.*quæſt.*6.Iaſon *in l.*1.*ff.de off. eius,num.* 3. *&* 15.Bart. *in l.omnes populi.ff. de iuſtit. num.* 10. Caſaneus *in catal. part.* 7. *conſ.* 47. vbi dicit, quòd Marchiones perpetui æquiparantur Imperatori.Antonius Corſeti *de poteſt. regia*, *part.* 3. *num.*13.*l.*3.*tit.*14.*part.*4. & ibi Lupus Boherius *de author.mag. conſil. n.*109. Garcia *num.*67. *&* 68. Rodericus Suarez *allegat.* 6.*ante finem verſ.*3. 56

Quòd Epiſcopus Dux, Comes, Marchio, & Rex dicatur, tenent. Speculator *in titulo de reſcriptis, præſentatione* §. *final. verſ. ſed numquid.* Caſaneus *in catal. part.* 4. *conſ.* 25. Robertus Marantha *in ſpeculo iuris part.* 4. *iudiciorum*, *diſt.* 5. *num.* 13. Text.ſingularis *in c. duo ſunt* 12. *q.*1. ibi: his namque ſunt Reges. Lancellottus *in templo,lib.*2.*cap.*5.*num.*6. vbi dicit, quòd appellatione Epiſcopi venit Rex, Dux, & Comes. *l.*11.*tit.*5.*part.* 3. ibi:*Rey offijo de Rey, Arçobiſpo, u Obiſpo*;vbi inter Regias perſonas Epiſcopus numeratur facit *l.*3.*tit.*3.*lib.*2. *ordin.* Iaſon *in l.*1.*ff.de officio eius,num.*15.Bart. *in l.omnes populi*, *num.* 8. *ff. de iuſtit.& iur.*Bouadilla 57

dilla *in politica lib.2.cap.17. num. 16.* Zoral. *in prax. verbo Epiſcopus,part.1. num.14.*Franciſcus de Ponte *conſ.* 14 *pro Priore Vngaria,n.26.tom.1.*

58 Præfectus prætorius non ſolùm dicebatur illuſtris,ſed illuſtriſſimus, *l. vnic. & ibi gloſſ. ff. de off. præfect. prætor. l. defenſores la* 4. ibi : ad illuſtriſſimam prætorianam poteſtatem. *c.de defenſoribus ciuit.l. præcip.§.1.c.de appellationibus , l' de ordinario 4. c. de off. præfect. prætor. Orientis , & Ylliri auth.de appellat. §. illo videlicet,collat. 4. auth.vt ab illuſtribus,cum gloſſ.col.5.* Iaſon *in l. 1. num. 2. ff. de off. eius.* Bartol. *ſuprà.* Siculus *de præſtant. Card. part.1. baſil. 1.num.42.*Corſeti *de poteſt.regia , part.3.num.15.*Probus *ſuprà.* Lopez *in l.11.tit. 5. part. 3.* Caſaneus *in catal. conſ. 2. part. 7.* Brant.*titulo de off.præfecti prætor.*Lancellottus *de duello & pace. part. 3. conſil.77. num.* 6. incipit , dignitatis quoque.

59 Epiſcopus Præfectus prætorius dicitur , & ei aſſimilatur.Nota marginalis *in c. quamquam 2. quæſt. 7. l. Epiſcopale 9. c. de Epiſcopal. audient.* & ibi Baldus *num. 1. l. ad ſimilitudinem, c. de Epiſcopis & clericis.* Gloſſ. *in l. vnic. ff. de off. præfect.prætor. verbo iudicatur.*Bart.*in rubrica ibi* : Iaſon *in l.1.ff.de off. eius num. 15.* Lopez *in l.66.tit. 5. part. 1.& in l. 11.tit.5.p.3.* Probus *ſuprà.*Bouadilla *lib.2. cap.15. num.15.*

60 Principis Conſiliarij dicuntur illuſtres, *l. quiſquis 5. c. ad legem Iul. Maieſt.* & ibi Bart. Iaſon *in d. l. 1. num.10.* Laudenſis *de conſiliar. q. 17.* Siculus *de præſtant.baſil.1 part.1. n.4.* Ioann.de Montaygne *de author. parlam.part.1.num. 2.* Boherius *de auth. magni conſilij,num.2.& 3.*Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 68. num.35.*Garcia *gloſſ.48 § 3 num.56 & gloſſ.35.num. 40.* Corſeti *de poteſt.regia, part.3.num.16.*Caſaneus *in catal. 7.part.conſ.2.& conſ.9.& conſ.13.*

Noſtri autem Epiſcopi ſunt Regis 61
conſiliarij. *l. 31.tit. 3. lib.2. ordinam.* ibi : *pero ſi fuere Obiſpo porque eſtos ſon del nueſtro cõſejo, que remos que puedan eſtar en el nueſtro conſejo , quanto ellos quiſieren,*& ibi Didacus Perez dicit, quòd hîc fundatur praxis tituli eorum dicentium , *y ſon del conſejo de ſu Mageſtad. l.4.tit.4.lib. 2. recopilat.* Lopez *in l.11. tit 5.part. 3. & in l.6. tit.9.part.2* Garcia *de nobilitate,gloſſ. 9.num.49.*Bouadilla *lib.2.cap.17.n.10. & 15.& cap.18.num.61.* Parlador. *in ſexſqui centur. quotid. differ.10. n.27.*

Et quòd hæc praxis procedat 62
etiam in Regno Neapolitano *de llamarſe del conſejo del Rey.* Fauius de Anna *conſ.122.num.30.*

Ergo Epiſcopus qui ob ſuam ſin- 63
gularem & excelſam dignitatem eſt illuſtris , & vt Præſes prouinciæ, defenſor ciuitatis,Comes , Marchio & Dux , & vt præfectus Prætorius, Regis conſiliarius : cuius authoritatem & excellentiam maximè
Principis proximitas indicat , & ita 64
pars corporis Principis dicuntur. *l. quiſquis , c. ad legem Iuliam maieſt.* Boherius *de auth. mag. conſ. num.3.* Montaigne *de authtor. parlamentor. in princ.* Garcia *de nobilitate , gloſſ. 35. num.40.& gloſſ.48 §.3.num.56.* Caſaneus *in catal.conſil.13.* Redim.*de maieſtat. Principis in gloſſ.ſ d legibus armatam,ſumm.1.num.103.* Lancellottus *in templo , lib.1 cap.1. §.3. num.14.* Parlador *dict.differ.10.n.22.*

Et vt Rex , qui eſt ſuperilluſtris. 65
Iaſon *in l.1.ff.de off. eius.* Baldus *in c. cum acceſſiſſent , num. 6. de conſtitut.* Abbas *in c. ſolita de maiorit. & obed. num.1.*& ibi Felinus *num.1.* Corſeti *vbi ſuprà part.3. num.13.* Laudenſis *de Principibus , quæſt. 167.* Garcia *d. gloſſ.48.§.3. num. 3.* Caſaneus *conſ.1.*

P 2

*part.* 7. & de iure noſtro *Sellama*
66 *Mageſtad.l.*18.*tit.*1. *lib.*4. *recopilatio-*
*nis* : &ibi Narbona *gloſſ.* 11. dicen-
dum eſt, non ſolùm eſſe illuſtrem,
ſed illuſtriſſimum, & ſuperillu-
ſtrem.

67 Et ideò dicuntur *del conſejo de ſu*
*Mageſtad*, quod eſt valdè honorifi-
cum, & ſingulare: quia Epiſcopi
cùm Magnates & Proceres regni
ſint, & totius regni & Reipublicæ
præcipua membra. Gregorius Lopez
*in l.6.tit.9.part.* 2. Marius *de cenſuris*
*lib.5.tom.*1. *cap.*1. *de excommunic.con-*
*tra offendentes Prælatos*, *diſp.*12.*col.*1.
*litera E*, *l.*31.*tit.*3.*lib.* 2. ordinamen-
68 ti: vbi inter Proceres & Magnates
primum locum obtinent, & primò
referuntur; ibi: *pero ſi fueren Arço-*
*biſpos, o Obiſpos, o Duques, o Condes,*
69 *o Maeſtres de Ordenes.* Et cum mem-
brorum & Procerum officium ſit,
Regem adiuuare in omnibus, qui
eorum caput eſt: ſic Epiſcoporum
70 officium erit, quia membra Reipu-
blicæ, & Magnates regni ſunt, Re-
gem, qui Reipublicæ & regni ca-
put eſt, quo maximè poſſint, ope
conſilij in rebus arduis adiuuare, ſi-
cut membrorum proprium eſt, capi-
ti ſubuenire, *l.6.tit.9.part.*2. ibi: *cabe-*
*ça del Reyno llamaron los ſabias al Rey*
*por las raçones, que de ſuſo ſon dichas,*
*e alos omes nobles del Reyno, putieron*
*como mienbros, ca a ſi como los mien-*
*bros façen al ome a pueſto, e fermoſo, e ſe*
*aiuda de ellos*, & ibi *ellos hande acon-*
*ſejar al Rey en los grandes fechos, e ſon*
*pueſtos para fermoſcar ſu corte, e ſu*
*Reyno onde ſon llamados mienbros.* Epi-
ſcopi autem, qui Regis membra
ſunt, Magnates & Proceres regni
ſi tenentur ex officio Regi conſule-
re, & adiuuare, quia eorum caput
eſt, optimè dicuntur ratione offi-
cij & ſui muneris, Regij conſiliarij,
hoc eſt, *del conſejo de ſu Mageſtad.*
Parlador. *in ſeſqui centur. differ.* 10.
*num.*27.

Vel ideò dicuntur *del Conſejo de ſu* 71
*Mageſtad*, quia cùm ſint Magnates
& Proceres regni, antiquitùs reſi-
derant circa perſonam Regiam, ali-
qui Epiſcopi cum Magnatibus re-
gni conſulendi cauſa, *l.*19.*tit.*3. *lib.*1.
*ordinamenti*. ibi: *y entonçes que ladiere-*
*mos ſiendo viſta y aberiguada primera-*
*mente la tal cauſa por los grandes y*
*Prelados, y las otras perſonas que non*
*nos reſidieren en el nueſtro conſejo*, &
ibi, *los quales aunque Prelados ſon tenu-*
*dos de venir al llamamiento de ſu Rey,*
*& para ledar conſejo*: & ſic in memo-
riam ſui muneris & antiqui exerci-
tij retinent nomen *de Conſejores de ſu*
*Mageſtad.*

## *SVMMARIVM.*

*Epiſcopi antiquitùs eodem cultu venerabantur ſicut hodie Papa.* num.1.

*Portabantur in denſis, ſicut hodie Papa.* num.2.

*Neque in publico ſine ſacris ſymbolis comparebant.* num.3.

*Geſtabant veſtimenta ſicut Papa.* num.4.

*Epiſcopus appellabatur* Papa. n.5.

*Et Beatiſſimus.* num.6.

*Et ſanctiſſimus.* num.7.

*Apoſtolicus pater.* num.8.

*Epiſcopalis ſedes, Apoſtolica ſedes nuncupabatur: & tunc præclariſsimis titulis ſalutabantur.* num.9.

*Papa eos vacabat* Patres, *non fratres.* num.10.

*Subſcribebant immediatè poſt Papam ante Cardinales.* num.11.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epiſcopi antiquitùs ſingulari modeſtia ſubſcribebant*.num.12.

*Et ſe denominabant ſeruos ſeruorum Dei, ſicut hodie Papa*. num.13.

*An habuerint aliquando poteſtatem creandi Epiſcopos* num.14.

*Apoſtoli an ſucceſſores eligere ſibi potuerunt*.num.15.

Epiſcopi *an* Epiſcopos *indignos deponere poterant*.num.16.

*Epiſcoporum pedes antiquitùs fideles deoſculabantur, ſicut hodie fit cum Papa*.num.17.

*Quomodo adorabantur*.num.18.

*An poterant canonizare Sanctos*. num.19.

*An poſsint facere ſolemniter celebrare canonizatos, ſeu beatificatos ab* Eccleſia, *& miracula probare: & vtrum requiratur populi conſenſus*.num.20.

*Vtrum poſsint nouum officium conſtituere in honorem ſancti canonizati* num.21.

*Antiquitùs Reges eligebant* Epiſcopi.num.22.

*Et erant legum conditores*.n.23.

Epiſcopi *regnum Legionis cum* Regno *Caſtellæ incorporarunt*. num.24.

*Confirmabant Religiones*.n.25.

*Ludouicus de Leon laudatur*. num.26.

*Erant generales omnium Religionum, & admittebant ad profeſſiones, & creabant Abbates*. num.27.

*Vtebantur ſigillo plumbeo, Effigies* Epiſcopi *qualiter ſculpi debet*. num.28.

*Coronabant Imperatores, ſicut hodie Papa*.num.29.

*Mittebantur ad curias* Principum, *cum titulo Legati à latere*. num.30.

Pr*æſidebant in Conciliis generalibus*.num.31.

*Alexandrinus Epiſcopus vocabatur iudex vniuerſalis* Eccleſiæ. num.32.

*Anſequiſſus Senonnenſis Epiſcopus ſecundus Papa vocabatur*. num.33.

Papa *Vigius impiè à Iuſtiniano detentus*.num.34.

*Erant* Epiſcopi *antiquitùs inquiſitores generales*.num.35.

*Nuncij Apoſtolici quo tempore mitti cœperunt ad* Principum *curias*.num.36.

*Inquiſitores ad quid inſtituti* n.37.

Epiſcopi *an retineant, habeantque omnia priuilegia Inquiſitoribus conceſſa ratione officij*.n.38.

*Libros prohibitos legere an poſsint Epiſcopi*.num.39.

*Epiſcoporum iuriſdictio circa hoc non eſt reuocata. Et vtrum in prouincia vbi Inquiſitores non ſunt, poſsint* Epiſcopi *exercere Inquiſitorum officium*.num.40.

*Vtrum antiquitùs poterant cognoſcere de cauſis laicorum* num.41.

*Et an in propria cauſa ius ſibi dicere poterant*.num 42.

*Theodorici Regis decretum quale*. num.43.

Eli*gebant Papa*.num.44.

*De iure diuino ad* Epiſcopos *per-*

*tinet electio* Papæ num. 45.
*Sunt ſucceſſores Apoſtolorum.*n.46.
*Apoſtoli* Petrum *in* Principem *ſibi aſſumpſerunt.*num.47.
*Concilium generale admodum difficile.*num.48.
*Electio* Papæ *celeriter fieri debet.* num.49.
*Quo anno Cardinales cœperunt eligere* Papam.num.50.
*Electio* Papæ *an ad Cardinales ſemper ſpectet.*num.51.

---

# DE PRISCA EPISCOPORVM VENERATIONE.

## CAPVT VNDECIMVM.

1 EXCELSA fuit apud antiquos Epiſcoporum veneratio, ſingulari ac præclaro modo exhibita, & in tantum obſeruata, quòd eiſdem titulis, nominibus, ac priuilegiis, ac etiam eodem cultu venerabantur ſicut hodie Papa.

2 Et quemadmodum hodie Papa in denſis portatur, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum ante ſe ferri iubet ita in noſtra Hiſpania Epiſcopi à Diaconis ſacris indutis veſtibus in denſis portabantur, & ante ſe loco ſanctiſſimi reliquias Sanctorum geſtabant: colligitur ex Concilio quinto Bracarenſi, & ex Hieronymo Roman. *en ſu Republica Chriſtiana*, *lib.*2. *cap.* 1. *ante finem.* Mariana *en la hiſtoria general de Eſpaña,lib.*6.*cap.*14.*fol.*286.

3 Et quod numquam in publicum ſine ſacris ſymbolis prodibant. Fileſacus *de ſacra Epiſcopor.author.cap.*1. §.2.

4 Et eodem veſtimento vtebantur, colore, & modo, ſicut Papa. Ioannes Trullus *in regula canonicor. regular.lib.*1.*cap.*13.*num.*2.

5 Et vocabantur Papæ, tempore Diui Gregorij, conſtat ex Epiſtolis Diui Cypriani, Ambroſij, & Hieronymi. Gregorius Lopez *in l.* 4. *tit.*5. *part.*1. Roman. *en ſu Republica Chriſtiana*, *lib.*3. *cap.*5. §. *que danos aora, ante finem.* Zerola *in praxi verbo Epiſcopus.*, *part.*1. *num.* 13. Fileſacus *de ſacra Epiſcopor.author.cap.* 9. §. 5. *fol.* 99. Pineda *en ſu Monarchia*, *part.* 2. *tom.*2.*lib.*10. *cap.* 30. *ibi: y porque los Obiſpos ſele parecen en la authoridad, y cuidado paſtoral, y en la ſantidad que ſe requiere, para tal officio por eſſo ſon à veces llamados Papas. & in d. tom.*2. *p.*2.*lib.*12.*c*1.§.2.

Et Beatiſſimus, ſicut hodie Papa, *c.excellentiſſimus* 11. *quaſt.* 3. Zerola *vbi ſuprà part.*2.*n.*13. 6

Et Sanctiſſimus, *c.ſtudeat, diſt.*5.*c.illud quoque* 71. *diſt. l. cum clericis, auth. interdicimus*, *c. de Epiſcopis & clericis, auth. de ſanctiſſimis Epiſcop. collat.* 9.*clem.* 1. *de pœnis.* & ibi Panormit. & Cardinalis, *num.*3. Siculus *de præſtant. Cardinalium part.*1. *baſil.*1.*n.*9. Zerola *ſuprà.* Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*5.*num.*6. Vitalinus *in d.clem. num.*80. Hoſeda *de benefic. incompatibilib.p.*1.*n.*5. 7

Et Apoſtolicus Pater: conſtat ex Epiſtola Purij Epiſcopi, quæ eſt 8. *in* 8

*lib.*2.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*lib. 2. Epiſtolarum.* & epiſtola 15. ad Æonium, epiſtola 17. ad Sedatum. Fileſacus *ſuprà cap.9.§.5.*

9 Epiſcopalis dignitas, Apoſtolatus, Apoſtolica ſedes nuncupabatur, & epiſcopi his titulis ſalutabantur, digniſſimi, Patres colendiſſimi, Apoſtolicæ Papæ Eccleſiæ, & Chriſti ſpeculatores. Fileſacus *ſuprà.*

10 Et tunc Papa eos Patres, (non fratres) vocabat: etiam quando priuatim cum eis loquebatur. Marqueſanus *de commiſſ. part. 1. tom. 1. cap. 1. & 2. num. 152. tit. de commiſſ. appellation.*

11 Et poſt Papam immediatè ſubſcribebant: deinde Cardinales Guilielmus Rodeanus *de ſimonia cap.* 18. *num.5. & cap.16.num.4.*

12 Et quoniam de ſubſcriptione Conciliorum occurrit mentio, dicam, aliquando epiſcopos ſingularis modeſtiæ, & humilitatis argumentum in ea re dediſſe, vt cum ſe ipſos indignos iudicarent qui ſe epiſcopos inſcriberent, peccatoris nomine ſubſcribebant, in hunc modum: & ſi peccator in Chriſti nomine epiſcopus Eccleſiæ Rothomagenſis. Fileſacus *vbi ſuprà cap.12.§.4. ante finem.* Patet etiam ex priuilegio Diui Germani epiſcopi Pariſienſis, & etiam ex Concilio Pariſienſi, vbi epiſcopi tamquam peccatores in modum ſupradictum ſubſcribebant, vt videre eſt apud Antonium de Iepes, in appendice ad primum tomum chronicæ generalis Diui Benedicti. *ſcriptura 16. fol. 28.*

13 Et ſicut Papa ſe ſeruum ſeruorum Dei appellat, ita tunc epiſcopi in epiſtolis miſſis, & in aliis ſcriptis dictitaſſe conſtat. Egregiè Fileſacus *cap.9.§.5. fol.100.*

14 Et habebant poteſtatem epiſcopos creandi: vt viſum fuit in epiſcopis à Gregorio Magno in Ingalaterram miſsis. Roman. *en ſu repub. lib.3.cap.3.§.1.part.2.tom.2.*

15 Ad inſtar Apoſtolorum, qui poteſtatem epiſcopos creandi, & ſibi ſucceſſores eligendi, eoſque conſecrandi, etiam ſede Petri inconſulta habuerunt. Victoria *in relectionibus de poteſt. Eccleſiæ, rel. 2. propoſit. 2. n. 27. vſque ad* 30. Suarez *de legibus, lib.4. cap.4. num.4.* Barboſa *in paſtorali, c.2. num.2.*

16 Licebat etiam epiſcopis antiquitùs Epiſcopos deponere, priuaréque: quæ poteſtas circa epiſcopos Suffraganeos reſtricta erat, nam B. Chryſoſtomus tredecim Epiſcopos hæreticos depoſuit, alióſque conſtituit. Pineda *in monarch. part.2. tom. 2. lib.14. cap.8.§.2.*

17 Tunc etiam venerationis cauſa, ſicut hodie fit cum Papa, epiſcoporum pedes fideles deoſculabantur, teſte Diuo Hieronymo epiſtola aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani.
18 Quin eos adorabant, ſed alio cultu, quàm qui ſolius Dei proprius: hinc illa formula adoro te, vtebatur fidelis aliquis, ſi obuium haberet epiſcopum. Iſidorus Peluſiot. *Epiſtol.* 490. *l.* 1. Ioann. Fileſacus *d.c.1.§.2. fol.4.*

19 Et Sanctos canonizabant, *c. 1. de reliquiis, & veneratione Sanctorum.* Panormit. Butrio, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & alij, *in c. conqueſtus fin. de feriis, & in c. venerabilis de teſtibus.* Laudenſis *de Principibus quæſt.* 264. Gloſſ. *in c. in nouo. 21. diſt.* Rodeanus *de ſimonia tom. 2. part. 1. cap. 24. num. 1.* Pineda *in monarchia part. 2. tom. 2. lib. 14. c. 19. §. 1.* Antonius Yepes *in chronica Diui Benedicti tom. 1. centuria 1. anno Chriſti de* 545. *& Diui Benedicti anno 65. c. 3. in fine.*

20 Sed licèt hodie canonizare nequeant, canonizatos tamen ab Eccleſia,

Eccleſia, ſeu beatificatos poterunt facere ſolemniter celebrare in ſua Diœceſi, hoc eſt, diem feſtiuum conſtituere, *c. conqueſtus final. de feriis*: & ibi Scribentes *gloſſ. in c.1. de conſecratione diſt.* 3. Couarruuias *variar.cap.*19.*lib.*4.*num.*9. Lancellottus *in templo, lib.*1.*cap.*5.*ſumm.de potentia Epiſcopi, num.*20.Caſaneus *in catalog.part.* 3. *conſider.* 48. Rodriguez *tom.*4.*de ſus obras cap.*59.*& tom.*3 *cap.* 60.*num.*3.Barboſa *in paſtoral. latè p.*3. *allegat.*93.*num.*2.cum aliis. Vbi dicit poſſe miracula noua approbare, & ſuper hoc recipere teſtes.

21 Et quando diem ſolemnem, & feſtiuum in honorem Sancti beatificati, ſeu canonizati inſtituit, non tenetur requirere Capituli aut populi conſenſum: nam licet *in c. fin. de feriis* dicat ibi Pontifex: cæteráſque ſolemnitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus cum clero & populo duxerint ſolemniter venerandas. Ex quo non colligitur quòd cleri aut populi conſenſus ſit neceſſarius; ſed tantùm quòd ſit præſens ad maiorem ſolemnitatem, ſeu vt ab Epiſcopo audiat ſolemnitatem, quam de nouo celebrari iubet. Caſaneus *in catal.part.*3.*conſ.*48. Lancellottus *ſuprà.* Barboſa *part.*3. *alleg.*105.*num.*39.

22 Et in noſtra Hiſpania Gothorum tempore Reges eligebant, & fuit in vſu per multa temporis curricula, *l.* 2. *del libro qui foro iuſgo appellatur*: ibi, *donças eſtableçemos que de a qui Adelante los Reyes deben ſer eſteidos en la ciuidad Real* (hoc eſt Toleti, vbi ſedes Regia tempore Gothorum erat,) *o en aquel lugar don de murio el otro Rey, con conſejo de los Obiſpos*: & habetur *in* Concil. 4. Toletan, *canon. vltimo, & in cap.*5. *canon.*5. Molina *de Hiſpanior. primogeniis lib.*1. *cap.*2. *num.*11. Molina Theologus *de maioricatu tract.*2. *diſp.*576.*num.*3. *liter.*D. Spino *in ſpeculo teſtamentor. gloſſ.* 19. *num.*73. Bouadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 224. Guttierrez *poëticarum.*

23 Et antiquitùs leges, quibus noſtra Hiſpania gubernaretur, de petitione Regis condiderunt, & ſic Hiſpaniæ legiſlatores ſunt. Bouadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 10. *cum ſequenti.*

24 Quid ergo in Epiſcoporum præſtantiæ commendationem ampliùs dicere poſſum? vel quid quod antiquam eorum authoritatem & fidelitatem noſtris Regibus debitam magis demonſtret, & eos honorabiliores, & ſemper laudandos reddat: quàm dicere, quòd eorum authoritate, prudentia, fidelitate, & ſanctimonia mediante, non obſtante ingenti procerum & magnatum contradictione, & etiam teſtamento Regis, regnum Legionis cum regno Caſtellæ fuit anno Domini de 1230. incorporatum, tradítúmque Ferdinando Regi III. dicto *el ſancto que gano a Seuilla*, qui iam tunc pacificè in Caſtella regnabat. Nam Alphonſo Legionis Regis *en Sarria* vita functo, in ſuo teſtamento ad ſucceſſionem regni Legionis filium ſuum Ferdinandum III. Caſtellæ Regem excluſit, & D. Santiam, & D. Dulcé, filias ſuas legitimas ex ſecundo matrimonio vocauit, & cùm illæ de ſe in poſſeſſione regni Patris ſui defendendo contra Ferdinandum Regem fratrem ſuum diligenter curaſſent, ex quo bella, & fortes oriebãtur diſſenſiones, quod ob ſui muneris obligationem obuiare Epiſcopi Legionenſes procurantes ingenti ſollicitudine, & fidelitate dicto Ferdinando *el Sancto*, poſſeſſionem totius Regni, tamquam verò, iuridico & legitimo

ſucceſ

ſucceſſori tradiderunt: quæ incorporatio, niſi eorum authoritas & fidelitas interueniſſet, fortè numquam facta fuiſſet. Referunt Diuus Didacus Lopez in Chronica Ferdinandi III. dict. *el Sancto. cap.* 15. Mariana *en la hiſtoria general de Eſpaña lib.* 12.*c.*5. vbi dicit: *que los principales Obiſpos que interuinieron en eſta vnion, fueron Don Iuan Obiſpo de Ouiedo, Don Nuño de Aſtorga, Rodrigo de Leon, Migel de Lugo, Martin de Mondoñedo, Migel de Ciudad, Rodrigo y Sancho de Coria.*

25 Et Religiones confirmabant Epiſcopi, neque egebant Papali permiſſu: exemplum erit religio Pachomij Benedicti, & Auguſtini, teſte ſubtiliſſimo & ſapientiſſimo
26 P. Magiſtro in Salmantina Vniuerſitate Theologiæ primario. Ludouico de Leon *variar. diſp. p.* 1. *quæſt.* 3.*cap.* 7. & ibi allegat Ferdinandum de Mendoça *de confirmando Concilio Illiberitano lib.*2.*cap.*30.

27 Et erant quaſi generales omnium Religionum & regulariũ ſuæ Diœceſis, nam admittebant ad profeſſionem, faciebant tranſlationes Monachorum, creabant, & deponebant Abbates, conuentus viſitabant, & prouidebant quidquid ad victum & veſtitũ erat neceſſarium: & illud etiam eſt notatu dignum, quòd Monachi in ſuis Monaſteriis non alio ritu diuina celebrare poterant, quàm qui præſcriptus eſſet ab Epiſcopo, quod etiam in Hiſpania obſeruabatur, *c. qui verè* 16.*quæſt.*1. *c. Abbates* 18.*quæſt.*2. *c. viduitatis* 27. *quæſt.*1. latè Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum. author. cap.*7. §. 2. *vſque ad* 5. vbi ſingularia refert. Rodriguez *tom.*2.*quæſt.*63.*art.*1. Buchardus *in* 7. *part. ſui decreti, cap.*6. Sylueſter *verbo Religio* 3.§.4. Nauarrus *in c. non dicatis* 12. *quæſt.* 2. *num.* 63. *verſ. ad.* 2. Barboſa *in paſtorali, part.* 3 *alleg.* 105. *num.*1.

Et quando literas comendaditias tranſlationis, ſeu receptionis, vel ordinationis dabant, ſigillo plumbeo vtebantur, & cereo, vbi Epiſcopi concedentis literas effigies Pontificalibus induti veſtibus impreſſa, ſeu ſculpta erat. Textus ſingular. *in c. inter dilectos* 6. *de fide inſtrumentor.* vbi Baldus dicit, quòd Epiſcopi ſigillum debet habere quandam effigiem cum mitra in capite, & debet eſſe induta pontificalibus indumentis, & habere in manu baculum paſtorale. Fileſacus *ſuprà c.*7. §.7.*fol.*80. 28

Et Imperatores coronabant: nam Hildebertus Archiepiſcopus Moguncienſis Ottonem Imperatorem primum in ciuitate de Agriſcan oleo vnxit ſacrato, ſolemniterque cum multis cæremoniis coronauit. Vbitequindus *lib.*2. *de las coſas de Saxonia.* Antonius de Yepes *in chronica generali Diui Benedicti tom.*4.*centuria* 5.*anno Chriſti* 928. *&* *Diui Benedicti anno de* 611. Et anno de 612. Sergius Patriarcha Conſtantinopolitanus Heraclium Imperatorem & Eudoxiam vxorem eius cum ſolitis cæremoniis ſolemniter coronauit. Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica part.*3.*tom.*3.*lib.*17.*c.*10.§.3. 29

Et antequam Cardinalium creſceret authoritas, mittebantur ad Principes ſæculares, cum titulo Legati à latere. Roman. *en ſu republica Chriſtiana lib.*3.*cap.*3.*in fine.* Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum author. cap.*11.§.1. 30

Et in Conciliis generalibus de commiſſione Papæ præſidebant: vt viſum fuit in Concilio Magno Epheſino, quod inter quatuor connumeratur, vbi Beatus Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus loco ſanctiſſi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mi Celeſtini Papæ primum obtinuit locum, cum authoritate & poteſtate tam ampla, quòd Papa & totius
32 Eccleſiæ Dei iudex vniuerſalis nuncupabatur: audi Pinedam *part.* 2. *tom.*2 *lib.* 14.*cap.*10.§.5.hiſce verbis: *por la comiſſion hecha del Papa a Cyrillo, fue lenguaje haber recibido mitra, y appellido Papal, y nota de Iuez vniuerſal de toda la Igleſia, todos los quales reſpetos honorificos ſe que daron, en aquella ſilla para los que la ſuuieron donde en Adelante.* Et Ioannes Papa
33 VIII. Anſequiſſum Senonnenſem Galliæ & Germaniæ conſtituit Legatum, & in tantum eius authoritas creuit, quòd ſecundus Papa vocabatur. Antoni de Yepes *in chronica gener. Diui Benedicti tom.* 4. *centur.*4.*anno Chriſti* 871.*Diui Benedicti de* 391.

34 Et Vigilius Papa Romanus anno de 542. quando è Iuſtiniani Imperatoris mandato vinculis impie & iniuſtè Conſtantinopoli aſtringebatur, in ſuum vniuerſalem Vicarium Valentinianum Epiſcopum conſtituit, vt totius Eccleſiæ Dei clauum teneret, donec à crudeli illo eriperetur carcere. Et exempla in huius comprobationem referre nihil aliud eſſet, quàm hiſtoriam Pontificalem, Monarchiam Eccleſiaſticam, & innumeros Eccleſiaſticos authores transſcribere. Vide Curitam, *lib.* 22. *de los anales de Aragon, cap.* 23. *fol. mihi* 295.

35 Et in ſua Diœceſi erant Inquiſitores generales: nam proprium officium Epiſcoporum erat hæreſes euellere, neque permittere ſcribere, aut concionare illos, qui de fide dubitant, ſeu non benè ſentiunt, & prohibere libros legere non ſanam doctrinam continentes; & omne id, quod hodie hæreticæ prauitatis Inquiſitores faciunt, tunc ipſi ex proprio officio exercebant: conſtat ex Epiſtola Leonis Papæ I. ad Epiſcopos Italiæ, ex multorum etiam Conciliorum capitulis. Latè & copioſè Fileſacus *de ſacra Epiſcoporum auth. cap.*1.§.5.*vſque ad* 8. Seuerus Sulpicius *dialogo* 1.*cap.*2. Cæſarius Ciſtercienſis *miraculor.lib.*5. *cap.* 22. Victor Vticenſis *lib.* 1. *de perſecut. Vandal. ante finem.* Leo Papa *in Epiſtola* 68.*ad Pulcheriam Auguſtam, & Epiſtola* 55. *ad Martianum Imperatorem.*

Et quia ex dic. Epiſtola 55. de antiquo legationis Apoſtolicæ vſu in 36
Principum ac Regum curiis cõſtat, eius verba libéter transſcribo, quæ ſic ſe habent: Illud quoque clementiæ veſtræ beneuolentiam peto, vt veneratorem veſtrum, fratrem meum Iulianum Epiſcopum in veſtro, ſicut facere dignemini habeatis affectu, cuius obſequiis præſentiæ meæ vobis imago reddatur, atque propter Eccleſiarum paciſque cuſtodiam, vt à comitatu veſtro non abeſſet exegi; itaque iam iſto tempore prope annum Domini de 432. erat in vſu ad Regum curias hos legatos mittere, qui hodie dicuntur Nuncij Apoſtolici. Fileſacus *cap.* 1.§.6.*in princ.*

Poſtea verò Inquiſitores in Epi- 37
ſcopalis iuriſdictionis gratiam ſunt inſtituti: nam cum Epiſcopi ob diuerſas occupationes de extirpandis hæreticis accuratè non agerent, ideò introducti ſunt qui in hac parte eos ſubleuent, & principaliter de cauſis fidei cognoſcant. Neque 38
ideò priuantur Epiſcopi ſua iuriſdictione ordinaria, nam ipſi retinent omnia priuilegia ſibi aliàs fauore fidei conceſſa, conceſſáque Inquiſitoribus & Epiſcopis tributa videntur. *c. per hoc, de hæreticis, lib.* 6. *clement.* 2. *eodem titulo.* Niſi illis ex- 39
preſsè denegetur, qualiter eſt lectio

librorum

librorum prohibitorum, & alia de quibus in directorio Inquiſitorum fit mentio, *part. 3. quæſt. 56. & commentar. 105. per totum. fol. 583.* Rexas *de priuilegiis Inquiſitorum num. 432.* Narbona *in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilationis gloſſ. 22. num. 4.* Directorium Inquiſitor. *ſuprà.* Scacia *de iudic. lib. 1. cap. 15. num. 3.*

40 Et quòd eorum iuriſdictio ordinaria reuocata non ſit, ſed tantùm reſtricta, patet ex eo, quòd in prouincia vbi Inquiſitores non ſunt delegati ſeu conſtituti, poterunt Epiſcopi omne id exercere, & in omnibus cauſis ius dicere, tamquam Inquiſitores hæreticæ prauitatis, quod illis in fidei fauorem conceſſum eſt teſtatur, Directorium *vbi ſuprà.*

Et etiam vbi Inquiſitores ſunt conſtituti, dicuntur Epiſcopi Inquiſitores ordinarij, & habent iuriſdictionem accumulatiuam, & non priuatiuam in his tantùm articulis, videlicet in proferendis ſententiis tormentorum, & aliis tam difinitiuis quàm ab inſtantia iudicij: in omnibus verò aliis articulis Inquiſitoribus competit iuriſdictio priuatiua, & non cumulatiua, *Clem. 1. §. 1. de hæreticis, c. per hoc eodem titulo.* Rexas *de hæreticis part. 1. num. 442. & 443. fol. 44. & in ſingul. liter. C. ſingular. 27. n. 5 fol. mihi 37.*

41 Conſtat etiam antiquitùs laicorum cauſas Epiſcopos terminaſſe, iudicéſque eorum fuiſſe, etiam in prima inſtantia, & in gradu appellationis, ſi actor vel reus appellans ad Epiſcopum litem dirigeret, etiam aduerſario refragante, *c. nouit. de iudiciis, c. omnis, c. quicumque 11. quæſt. 3.* Iuo Cornotenſis *in lib. 5. decreti copioſè.* Fileſacus plura referens de ſacra Epiſcoporum author. *c. 1. §. 17. vſque ad 20.* vbi dicit, quod ante tempora Conſtantini Magni iam erat in vſu vt colligitur ex Concilio 3. Carth. capit. 9. & ex aliis variis Conciliis ab ipſo collectis.

Sed quod ſingulare eſt etiam in propria cauſa ius ſibi dicere licebat, 42 (non obſtante regula naturali, omnes ſibi melius malle, quàm alteri: & regula textus *in l. 1. c. nequis in ſua cauſa ius.* ibi, in re enim propria iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ.) Caſſiodorus *variar. lib. 3. epiſtola 37.* & Fileſacus *ſuprà* allegans Theodorici Regis 43 verba in hunc modum: in alienis cauſis (inquit Rex) Beatitudinem veſtram conuenit adhiberi, vt per vos iurgantium ſtrepitus conquieſcat; quanto magis ad vos remitti debet quod vos ſpectat, authores. Et paulò poſt: Cauſarum veſtrarum qualitas vobis debet iudicibus terminari à quibus eſt expectanda magis quàm imponenda iuſtitia. Loquitur enim ibi cum Petro Epiſcopo, quia inter eum & quendam priuatum de hæreditate orta erat quæſtio, & ipſum in propria cauſa iudicem eſſe declarat: ex quò Fileſacus exclamans, inquit, Epiſcoporum authoritatem quis non maximam hîc agnoſcat, quam cum illa, Præfectorium Prætorio, id eſt, ſumma dempta maieſtate Imperatoria, æquari legimus? Latè Fileſacus.

Per multa temporis curricula 44 Papam elegerunt, *c. tranſitus 20. 69. diſt.* Abbas *in c. licet. de elect. n. 15.* Petrus à Monte *de primatu Papæ ſumm. de Cardinalibus num. 12.* idem Abbas *in quæſt. 1. num. 31.* Petrus Gregorius *ſyntagm. part. 2. lib. 15. cap. 12. num. 6. & 7.*

Electio namque Papæ ad eos ſpe- 45 ctat iure diuino. Victoria *in relectionibus de poteſtate Eccleſiæ, relect. 2 pro-*

*poſ.9. num. 22. & propoſ. 11. num.24.* Lancellottus *in templo, omn.iudicum,*
46 *lib.2. cap.1.§. 2. fol.* 117. Nam cum Apoſtolorum ſucceſſores ſint,*c.quorum vices,68.diſt.*Syluester *verbo Epiſcopus, num.* 1. ibi ſoli Epiſcopi ſunt qui Apoſtolorum vices confirmant.
47 Agia *de exhibendis aux.3.fundam.* At verò Apoſtoli Petrum in principem ſibi aſſumpſerunt, *c. in nouo.* & ibi *gloſſ.* 21. *diſt.* Nam licet à Domino electus, & ad Pontificatum vocatus, noluit quòd aliis præeſſet (inquit Geminianus *in d. c. in nouo.* 21. *diſt.*) donec ipſi Apoſtoli liberum præberent aſſenſum, electionis iam factæ: ſic ad Epiſcopos iure diuino Papam ſibi eligere, & in Principem aſſumere pertinebat.

48 At verò cum Concilium congregare Epiſcoporum ſatis laborioſa res eſſet, & magni impedimenti. Siculus *de præſtant.Cardinal. quæſt.*8. *baſil.1.partis, num.5.* cauſaque dila-
49 tionis, quæ eſt ſummè periculoſa, & in electione Domini Papæ maximè vitanda, vt clamant vniuerſa iura.*c.vbi periculum de elect.in 6.Clementin. Romani 2. eodem titulo & ibi Cardinales.* hac de cauſa ius eligendi Epiſcopis detractum fuit, & adiudicatum Cardinalibus. Siguença *in vita Diui Hieronymi diſcurſu 6. fol.* 249.à tempore Cęleſtini II.& Innocentij II.anno Domini de 1130 Roman. *en ſu republica lib. 2. in princ.*
50 *verſ.la primera vez.* Nam licèt anno Domini de 1059. tempore Nicolai II.in Concilio Romæ celebrato in baſilica Lateranenſi decretum fuiſſe conſtet, ex textu *in c. in nomine Domini.23.diſt.*quòd ad electionem Romani Pontificis non vocentur niſi Epiſcopi Cardinales, & poſtea Cardinales Diaconi, non tamen in vſu fuit vſque ad Innocentij II. & Cæleſtini II. tempora. Illeſcas *in vita Vrbani ſecundi lib.5.cap.* 15. Roman. *vbi proxim.* Tuſchus *litera E,concluſ.* 57.*num.*18. Panormitan. *in c. licet de vitanda,num.8.verſ.vltim.de elect.*

Hodie verò electio Papæ ſemper 15
ad Cardinales ſpectat, licèt Papatus vacaſſet per renuntiationem, priuationem, vel per mortem naturalem: & etiamſi vacet tempore quo Concilium generale Epiſcoporum eſſet congregatum; vt iam viſum fuit in Concilio Piſis & Conſtantiæ celebrato. Panormitanus,& Cardin. Tuſchus *ſuprà num.* 18. & *concluſion.* 85.*num.*7.Selua *de beneficiis part. 2.quæſt.22.num.6.& 7.* Lancellottus *in templo,lib.2.cap.1.§.2.fol.*117. Quintilianus Mandoſius latè *in regula 32.cancellariæ, num.10.vſque ad* 15. Auguſtinus Barboſa *in paſtorali, c.3.tit.1.n.13.*

## SVMMARIVM.

*Epiſcopatus an ſit dignitas.*num.1.

*Appellatione dignitatis in materia odioſa,an veniat Epiſcopalis.* num. 2.

*An ſub generali Clericorum appellatione comprehendantur Epiſcopi in materia odioſa.* num. 3.

*Epiſcoporum nomen vtrum antiquitùs commune cum clericis.* num.4.

*Epiſcopi à principio naſcentis Eccleſiæ ſingulariter venerati,ac decorati eadem præeminentia ferè ſicut Papa.*num.5.

*Epiſcopus Clericos honorare debet vt filios.*num.6.

*Authoris opinio.*num.7.

*Si Comes, aut Marchio eligatur Epiſcopus non deſinit eſſe Comes*

*mes.* num.8.
*Vtrum debeat ſigillare vt*Epiſcopus, *aut vt Comes.*num.9.
*Si antea erat Conſiliarius, aut Senator in aliquo conſilio, aut Prædicator Regis, an conſecratus Epiſcopus ſe poſsit vocare Senatorem, aut Prædicatorem Regis.* num.10.& 15.
*Epiſcopalis dignitas liberat à conditione ſeruili, & à patria poteſtate.*num.11.
*An ſit quoad vtilia, vel etiam ad damnoſa.*num.12.
*Vtrum retineat* Epiſcopus *iura ſuitatis adhoc, vt præteritus à patre poſsit dicere teſtamentum nullum.*num.13.
*Regularis* Epiſcopus *an ſuccedat Patri per teſtamentum minùs ſolemne.*num.14.
*Filij* Epiſcopi *antea vxorati per conſecrationem patris non liberantur à patria poteſtate.* num.15.
*Ratio quare non liberentur.* num.16.
*Pater Epiſcopi plebeius an radiis filij coruſcet.*num.17.
*Quare Epiſcoporum parentes nobilitentur.*num.18.
*Filij cum in dignitate conſtituuntur, oderunt parentes, & fugiunt: ſed iſti iniqui ſunt, improbi, ac omni maledictione digni.*num.19.
*Filij maiores Parentum ſubſtantia conſumpta ſtatim recedunt, & ipſi inter ſe, ſi diuites ſunt, conglutinantur, & matrem, ac fratrem minimum diabolica inuidia perſequuntur: dicunt enim conueniens eſſe quòd mater illis ſubdita ſit. O improbi, deteſtabiles, ac parietes dealbbatæ! vos ſubiici Dominus iubet, & erubeſcit lex, quòd filij caſtigatores exiſtant parentum l...... ſed de hoc ſatis: vobis enim remitto ad librum, quem (Deo volente) editurus ſum, cuius titulus erit,* De veneratione parentum, & officio filiorum.num.20.
*Frater minimus quare conculcetur.* num.21.
*Sicutolim ad Parentes mulctãdos primogenitos Dominus percutiebat: ita hodie ad affligendos parentes primogenitos deſinit.* num.22.
*Filij maiores carpuntur ac exhortantur.*num.23.
Epiſcopus *an patrem honorare teneatur.*num.24.& 25.
*Epiſcopus an litigare poſsit per Procuratorem.*num.26.
*Et an dare in litibus fideiuſſorem teneatur.*num 27.
*Vtrum ſportulas iudicibus ſoluere.* num.28.
E*t an citari poſsit vt coram aliquo iudice compareat.*num.29.
*An iuri conſentaneum quòd Epiſcopus coram ſæcularibus iudicibus non compareat.*num.30.
*An cogi poſsit ad ſuſcipiendam tutelam.*num.31.
*Quid de tutela miſerabilium per-*

*ſonarum.* num. 32.
*Quid de tutela honoraria.*n.33.
*Quæ dicatur tutela honoraria.* num.34.
*Regularis Epiſcopus an poßit fieri compater.*num.35.
*Epiſcopus accuſatus an debeat ſtare, ſeu ſedere ſimul cum iudice.* num.36.
Epiſcopus *hodie in ſupremo ſenatu, ſeu cancellariis, in quo loco ſedere debeat.*num.36.
*Vtrum teneatur ire coram aliquo iudice ad iurandum.*num.37.
*Quando iurat an teneatur tangere librum* num.38.
*Quid, quando conſecratur.* n.39.
*Quid, quando ſpecialiter eſt ſtatutum quòd ſcripturam tangat.* num.40.
*In cauſis ciuilibus an credatur* Epiſcopo *ſine iuramento.* n. 41.
*Epiſcopo aſſerenti ſe eſſe de Diœceſi expulſum, creditur.*num.42.
*An credatur aſſerenti in literis clericatus clericum ordinaſſe.*n.43.
*Ad probandam iuſtißimam Epiſcopi ignorantiam creditur.*num. 44.
*An poſſit ſententiam ſuam per alium legere.*num.45.
*Conſecratus gaudet iſto priuilegio, non confirmatus, neque* Epiſcopatus *gubernator.*num.46.
*Quare prohibeatur exercere inferius officium, ſeu habere minorem dignitatem.*num.47.
*Habere poteſt thronum, & ſolium.* num.48.
Et *habere faldiſtorium.* num. 49.
*In ſua* Eccleſia *poterit vti baldaquino etiam in præſentia* Proregis.num.50.
*Et etiam in qualibet Eccleſia ſua Diœceſis, etiam regularium.* num.51.
Abbates *ſancti Benedicti, & cæteri* Abbates *, etiam in Eccleſiis pleno iure ſibi ſubiectis non poſſunt vti baldaquino, neque throno, ſeu ſolio.*num.52.
*Teſtamentum coram* Epiſcopo *factum an valeat ſine teſtibus.* num.53.
*Huius concluſionis fundamentum refertur.*num.54.
*Sigillum* Epiſcopi *an obtineat vim publicæ chartæ.*num.55.
*Epiſcopus an feudum retinere poſſit.*num.56.
A*n poſsit iurare Domino feudi fidelitatem.*num.57.
*Vtrum habeat merum & mixtum imperium.*num.58.
*Vtrum liceat Epiſcopo habere carcerem.*num.59.
*Quis fuit primus, qui conceſsit quòd poſſint habere carcerem.* n. 60.
*Habere poteſt Fiſcalem.* num. 61.
*Et creare Notarios.*num.62.
*Habet territorium, & poteſt ad triremes damnare.* num.63.
*Conſiliarius clericus in quibus cauſis conſulere valeat.* num. 64.
Epiſcopus *à quibus cauſis abſtinere debeat.*num.65.
Per *delegatum an punire delinquẽtes poſsit* Epiſcopus. num. 66.
*Si cauſam particularem committat laico*

*laico delegato, an incurrat excommunicationem ſi delegatus mortis ſententiam profert.* num. 67.
*Vtrum poßit inuocare brachium ſæculare.* num. 68.
*Sæcularis iudex an teneatur auxilium impartiri ſine cauſæ cognitione.* num. 69.
*Vtrum habeat fiſcum.* num. 70.
*Mulctas an ſibi applicare debeat.* num. 71.
*Familiam armatam habere poteſt.* num. 72.
*Familia Epiſcopi an gaudeat priuilegio fori.* num. 73.
*Hoc priuilegium ad quos extendatur.* num. 74.
*Palatium Epiſcopi gaudet immunitate ſicut Eccleſia.* numero. 75.
*Quomodo intelligendum.* num. 76. & 77.
*Domus Epiſcopi dicitur Palatium.* num. 78.
*Dictum Bouadillæ explanatur.* num. 79.
*Epiſcopus, ſeu eius Vicarius, quando aliquid committit iudici ſæculari alicuius Baronis ſuæ Diœceſis, an poßit vti formula præceptiua.* num. 80.

# DE PRÆEMINENTIA AC PRÆLATIONE EPISCOPORVM.

## CAPVT DVODECIMVM.

1 EPISCOPATVS non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen, & apex. *c. innotuit. de electION. c. niſi cum pridem. de renuntiation. c. venerabilis, de præbend.* Gloſſ. *in c. licet. eod. titul. lib. 6.* Felinus *in c. per tuas de ſimonia, & in rubrica de maior. & obedient.* Abbas *in c. ſolitæ. eodem titul.* Geminianus *in c. vltimo de ſentent. & re iudicata lib. 6.* Iaſon *in l. imperium, de iuriſd. omn. iudicum, num. 3.* Lopez *in l. 1 tit. 5. part. 1.* Rota Auiñon *deciſ.* 210. aliàs 2010. *num.* 7. Maſtrillo *de magiſtratu lib. 5. cap. 10. num.* 10. Biaxio *in directorio cap. 1. num. 7. & 8. part. 2.* Bonicontius *de appellat. §. 1. num.* 14. Corſeti *de poteſt. regia part. 4. num.* 22. Caſaneus *in catal. part. 4. conſ. 25. in princ. & conſ. 27.* Rebuffus *in prax. benefic. regula de vnionibus benefic. n. 4.* Millis *in reperter. verbo Cardinalis verſ. Cardinalis dignitas.* Iacobus à Graffis *lib. 3. cap. 2. num. 2.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. §. 1. n. 3.* Gambarus *de officio Legati, lib. 2. num. 41.* Zerola *in prax. part. 2. verbo Epiſcopus, num.* 13. Selua *de beneficiis, part. 1. quæſt. 3. num.* 12. Afflictis *in conſ. Neapolitanis in proœm.* Paulus Montanus *de tutore cap. 26. num.* 35. Cephalus *conſ. 1. num. 50. lib. 1. tom. 1.* Achilles de Pedroça *conſ. 32. num. 44. vol. 1.* Viuius *deciſ. 230. num. 1.* Camillius Borellus *in ſumm. deciſ. tit. 6. num. 6.*

Et in materia reſtringibili ſeu odioſa, 2

odioſa, non venit Epiſcopalis dignitas: quia eſt ſupremum dignitatis culmen. *c. eo tempore, de reſcriptis, lib.* 6. Gloſſ. *in c. licet de prabend. eod. lib.* Cardinal. *in clement. vnica de renunt. num.* 5. Abbas, Biaxio, Milis, & Selua *ſuprà.* Tuſchus *litera A, concluſ.* 5. *num.* 2. Rebuffus *in prax. lib* 2. *regula de diſpenſ. ratione ætatis verb. poſt Pontificalem, num.* 4. & *lib.* 3. *regula de publicand. reſignat. num.* 5. & *lib.* 1. *regula ſæculare beneficium quotuplex ſit, num.* 4. Sa *verbo Epiſcopus, num.* 9. Sylueſter *verbo confirmatio, num.* 3.

3 Sub generali diſpoſitione clericorum non comprehenduntur Epiſcopi, niſi in fauorabilibus. Abb. & eius Additionator *in rubrica de vit. & honeſtate clericor. num.* 4. & *in c. non potes. de ſentent. & re iudicata.* Monachus *in c. Inquiſitores, num.* 1. *de hæreticis, lib.* 6. Cephalus *conſ.* 1. *num.* 40. *vſque ad* 57. *lib.* 1. *tom.* 1. & *conſ.* 2. *n.* 6. Sa *verbo clericus, n.* 1.

4 Neque exiſtimes ideò debere Epiſcopos ſub generali clericorum diſpoſitione comprehendi, quia antiquitùs commune erat Epiſcoporum & Presbyterorum nomen vt multi affirmant: quæ ſententia neque mihi, placet, neque cum ſupradictis nullo modo conuenit.
5 Dictum eſt enim, etiam ab initio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopos magni fuiſſe habitos, & tunc exemptionibus, ac priuilegiis decoratos ferè ſicut hodie Papa, & numquam ſine magna reuerentia, & honore fuiſſe: quæ reuerentia & authoritas quòd omnibus Presbyteris communicaretur eſſet impoſſibile, & quòd in vna Diœceſi tot fuiſſent eiuſdem meriti, & prælationis; & omnes
6 Scribentes, & canones admonent, quòd Epiſcopi ſuos Presbyteros honorent, & habeant vt filios, non vt vaſſallos, ſeu ſeruos. Gloſſ. *in c. ſto ſubiectus* 95. *diſt.* Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 8. Sed ſi æqualitas in nomine & exercitio eſſet, hæc monitio ad quid neceſſaria. At verò, quod pro certiſſimo
habeo, Presbyteros tunc id egiſſe 7
quod Chorepiſcopi, hoc eſt, ſuperbire & vſurpare iuriſdictionem, & multa circa Sacramentorum collationem, & etiam Epiſcopale nomen. Ex quo aliqui re non accuratè perpenſa, exiſtimarunt aliquam æqualitatem habuiſſe: quod nullo modo eſt fatendum; nam ſemper Epiſcopis inferiores fuerunt, neque cum eis eorum nomen commune, niſi per vſurpationem: vt ſentit Gloſſ. *in c. legimus* 93. *diſt.* Cardin. Bellarm. *de controuerſ. cathol. fidei, tom.* 1. *lib. de clericis, cap.* 13. Barboſa *in paſtorali, c.* 2. *n.* 26.

Epiſcopalis apex non priuat alia 8
ſingulari dignitate: nam ſi Dux, Marchio, aut Comes eligatur Epiſcopus, non ideò deſinit eſſe Dux, aut Marchio. Menochius *de adipiſcenda poſſ. remedio* 10. *num.* 68. Cephalus *tom.* 1. *lib.* 1. *conſ.* 1. *num.* 58.

Sed non debet ſigillare vt Co- 9
mes, aut Dux: ſed vt Epiſcopus. *c. inter dilectos, de fide inſtrumentorum.* Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.* Gloſſ. 22. *num.* 93. Tiberius Decianus *reſponſor. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 92.

Epiſcopalis dignitas liberat à 10
conditione ſeruili & à patria poteſtate. *c. ſi ſeruus. el* 2. 54. *diſt. c. per venerabilem qui filij ſint legitim. author. ſed dignitas, & author. Epiſcopalis ordo. c. de Epiſcopis & clericis. auth. conſtitutio quæ de dignitatibus, §. palam. collat.* 6. *gloſſ. in §. filius familias*: & ibi Scribentes inſtituta, quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. *l.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. & ibi Montaluo *l.* 14. *tit.* 18. *part.* 4. & ibi Lopez. Abb. *in c. in decorum.*

*rum. de ætate & qualitate*, num. 4. Baldus *in l. Sacroſanctæ. c. de Epiſcopis & clericis.* Cynus *in l. ſed Epiſcop. c. eodem*, & ibi Sebaſtianus Brant. *in ſuo Rubricario.* Paulus de Caſtro *ſi filius, num.* 16. *ff. de liberis & poſthum.* Richardus *in §. cæteri qui teſtatoris, num. 3. & 4. inſtituta de hæredum qualitate & diff. lib. 2. tit.* 19. Minſingerius *in d. §. filiusfamilias, num.* 6. Salicetus *in author. Epiſcopalis dignitas, c. de Epiſcopis, & cleric.* Angelus Aretinus *de inſtitut. tit. quibus modis ius patriæ poteſtat. ſoluitur.* Ludouicus à Sardis *de legitimat. per reſcriptum, num.* 11. Randei *de diſpenſ. in 2. membro ante finem.* Hippolitus Riminaldus *in l. qui ſe patris. c. vnde liberi, num.* 50. Aldobrandinus *in §. 1. num. 19. & in §. filiusfamilias, num. 24. inſtitut. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.* Azor *in commentar. in lib. 1. codicis, & in l. decernimus. c. de Epiſcop. & cleric.* Graffis *cap. 55. num. 13. lib. 2.* Guillelmus Benedictus *in c. Rainutius, de teſtamen. verbo mortuo itaque teſtatore, part. 2. num.* 150. Lancellottus *in templo, lib 2. cap. 5. § 4. num.* 11. Milis *verbo filius, verſ. filius eximitur.* Sa *eodem verbo, num.* 11. Syluester *verbo Epiſcopus, num.* 6. Caſaneus *in catal. part. 7. conſ. 8. verſ. 6.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap. 2. § 2. num. 4.* Siculus *de præſtantia Cardinalium, quæſt. 1. baſilic. 1. num.* 54. Borgaſius *de irregularitate, part. 5. titulo de obligationibus ad ratiocinia, num. 3.* Vincentius Caracius *in deciſ. caſu* 116. *num. 2.* Dias de Luco *regula* 235. Molina *de iuſtitia, tract. 2. tom. 1 diſp. 179. in fine.* Menochius *de adipiſcẽda poſſeſſ. remedio. 10. num. 66.* Antonius Gomez *variarum tom. 1. cap. 9. num.* 11. Tiraquellus *in tractatu Le mort ſaiſit le vif. part. 7. declarat. 1. num. 2. & 3.* Nicolaus Neapolitanus *in l. qui in poteſtate*, & ibi Cynus & Cuneus. *ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* Ripa *lib. 1. reſponſor. c. omnium. 1. defuncto nouiſſimè Carolo in princ.*

Quod accipiendum eſt quoad no- 12
ciua, non quoad vtilia: nam ſucceſſibilis remanet patri, & iura ſuitatis non amittit, & ideò ſi ſit conſtitutio regia, ſeu ſtatutum, vt filiusfamilias conſtitutus in poteſtate patris gaudeat certo aliquo priuilegio, filiusfamilias Epiſcopus eo gaudebit, ac ſi eſſet in poteſtate conſtitutus. Tiraquellus *ſuprà n. 2.* Bart. *in l. 1. c. de dignitat. lib. 12. auth. conſtitutio quæ de dignitatibus. §. illud quoque. collat. 6.* Angelus, Siculus, Salicetus, Cynus, Cuneus, Ripa, Caſtro, Reminaldus, Aldobrandin. Mynſingerius, Richard, Benedictus, Carorius, Menochius, Vgolinus, Gomezius, Lopez, Luco, Molina.

Et ſi à patre prætereatur, erit te- 13
ſtamentum nullum, quia iura ſuitatis retinet. Gomez & Richardus *ſuprà.*

Sed ſi Epiſcopus regularis ſit, 14
non poterit ſuccedere patri per teſtamentum minus ſolemne. Argumento text. *in l. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. c. de teſtamentis. l. diſcretis. c. qui teſtament. facere poſſunt.* Andreas Siculus *de præſtant. Cardinal. quæſt. 3. baſilica 1. part. 1 num final.* vbi refert de Cardinali Peruſino, qui patri ſuo in vltimis conſtituto hæc dixiſſe fertur: Pater mi, ſi vis vt ſim hæres tuus, aſtringe manum meam in tuam; aſtrinxit, & nihilominùs non ſucceſſit.

Epiſcopus, qui antea quàm eli- 15
geretur erat Senator in aliquo conſilio, aut Prædicator Regis, poſt conſecrationem non debet ſe vocare Senatorem, aut Prædicatorem, quia iam officium amiſit: vt inquit Camillus Borellus *in ſumm. deciſ. tit. 6. per totum fol. 16. n. 19.*

At verò quoad honores in memoriam priſtinæ dignitatis Senator manet. Antonius Fauer *in ſuo codice titulo de Epiſcopis & Clericis, diff.13. num. 4.* illis verbis: Epiſcopus qui antea erat Senator, ſenator manet ad honores, etiamſi non reſideat: nec enim paruum Senatui ornamentum eſt, ſi ex Senatoribus aliqui ſint Epiſcopi.

15 Filij Epiſcopi antea vxorati per conſecrationem patris non liberantur à patria poteſtate, & ita habebit pater vſumfructum in bonis aduentitiis filiorum, ſicut antea. Auth. *conſtitut. quæ de dignit. §. illud quoque. collat. 6.* & ibi Scribentes. Baldus *in l. final. § neceſſitate. c. de bonis quæ liberis. num. 2.* Iaſon *in l. patre furioſo. col. pene. num. 49. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Diaz de Luco *regula 235. limit. 2.*

16 Non enim voluit Imperator eum, qui ita ſuæ poteſtatis ſit, perdere aliquod legitimorum ius: ſed quod ſint & generi ad eos, & ipſis ad genus intacta legitima. ita Iuſtinianus *in d. auth. conſtitut. col. 6.*

17 Pater Epiſcopi, etiamſi plebeius ſit, radiis filij corruſcat, & nobilitatur: ita vt deinceps non dicatur plebeius. *dict. auth. conſ. §. præterea. collat. 6.* & ibi Gloſſ. & Scribentes. Minſingerius *in §. filiusfamilias, num. 4. inſtit. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluitur.* Gama *deciſ. Luſitaniæ deciſ. 121.* Farinacius *in prax. criminal. part. 1. lib. 1. tit. 5. quæſt. 41. num. 60.* Riccius *in praxi, deciſ. 545. num. 5.* Tiraquellus *de nobilitate* 116. vbi plura congeſſit. Emanuel Rodriguez *cap. 67. num. 13.* ibi: *el Padre del Obiſpo ſiendo official mechanico, y honbre de baja ſuerte no puede ſer encarcelado, por deudas pues el Padre, goça de la nobleça del hijo.* Barboſa *in paſtor. p. 1. alleg. 1. n. 22.*

18 Præclara & ſingularis diſpoſitio ius honoratorum Parentes honeſtat, quia ſua affectione, cura, & labore, ac diligentia ſe propriis bonis ſpoliantes, cauſa ſui boni, & proſperitatis exiſtunt: & in tantæ affectionis quaſi præmium permittit radiis filiorum corruſcare. Auth. *conſtitutio quæ. § propterea. collat. 6.* & ibi Gloſſ. *verbo pro iſtis.* Et in ſolatium 19 ingratitudinis: nam ſtatim cum filij ſe in dignitate poſitos conſpiciunt, non ſolùm noſcunt parentes, gratificant, ſeu colunt: ſed quod iniquum eſt, oderunt, & fugiunt, exiſtimantes ob id ſuam dignitatem minui atque violari. 20 Recedunt namque à matris ac fratris colloquio, & ipſi inter ſe, quia diuites ſunt, conglutinantur, matrem ac fratrem diabolica inuidia perſequuntur, & ſerpentina prudentia ſuas colorant iniquitates. Et ſicuti impij Phariſæi diſcipulis obiiciebant, quòd quando manducabant, illotis manibus erat: ſic fratri minimo ſimilia imputant. 21 Sed ô improbi, parietes dealbatæ! quare vos tranſgredimini mandata Dei veſtri, & ſinitis parentes perire, dum vos ſuperfluè abũdatis. Sed dicite mihi, parentes, quid contriſtamini de filiorum ingratitudine, exiſtimatis quia filios maiores ditaſtis, ob id vos habituros maiorem retributionem, vos deceptos propria experientia docet: nam ferè ſemper permittit Deus, quòd filij maiores, qui veſtram ſalutem, & ſubſtantiam conſumpſerunt, & in quibus confidebatis, ipſi vos deſtituant, & crucient; at ætate minimi adiuuent. Interrogate Iſaac, quis ſuæ familiæ honor & refugium, Eſaü vir ruffus, & venator, quem abundanter alebat, & veſtibus valdè bonis induebat, aut Iacob, ætate minimus? & reſpon

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſpondebit, Iacob. Quos laudabit ex filiis, Dauid? Abſalon, & Aman, natu maiores? profectò non niſi Salomon ætate minimum. Quam vtilitatem ex filiorum multitudine eduxit Iacob, niſi amaritudinem, & triſtitiam perpetuam? & ex minimo Ioſeph, qui è domo patris nec tunicam portauit, ſed à fratribus venditus; (quia non recens eſt quòd maiores fratres minimum conculcent & perſequantur,) ſed quid faciebat Ioſeph vt fratres ad venditionem & occiſionem prouocaret? parentem ſociabat, & ipſi ſeruiebat. Sed quid vltra facturus hodie, (neque hodie alia cauſa requiritur quàm iſta ad fratrem minorem perſequendum, & conculcandum) ex Ioſeph dico, reportauit lætitiam, & ſenectutem bonam, & ingredi in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. Noſter enim Deus zelotes eſt, & quòd in illo homines fidant, vult, non in principibus, non in filiis hominium, in quibus non eſt ſalus; aliquando filios habere, & ſolatium, ac parentum ſalus fuit, & illi priuari fortis miſeria. Et ideò
22 quando Ægyptios commouere ad Iſraëliticum populum dimittendum voluit Dominus, omnes interfecit primogenitos: & hodie quando parentes affligere, & acriter punire, primogenitos deſinit, qui facultatibus pleni ſe voluptatibus & oblectationibus tradunt, & parentes contumeliis imbutos deſtituunt. Non miraretur profectò Vlpianus *in l. ſiquis à liberis. §. ſi impubes. ff. de liberis agnoſcendis.* quòd ſit filius qui
23 patrem egere patiatur, cum ipſe in facultatibus ſit, ſi aliquos huius ætatis filios noſceret, qui non ſolùm parentes nō adiuuant, ſed licèt eos perire, ac infirmitatibus premi videant, & affluant, derelinquunt. Pereant namque diuitiæ tuæ (diceret Iuriſconſultus) improbe fili, qui non es tuorum bono, ſed in parentum, fratrum, & conſanguineorum perniciem natus: pereant vana ac colorata verba, quibus Deum ſicut nos eludere exiſtimas: derelinque igitur parentes, derelinque & percute, percute & fratres, manduca, bibe, & epulare cum ebrioſis, veniet enim Dominus Deus in die qua non ſperas, & hora quam ignoras, & diuidet te partémque tuam ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Dic mihi ſtulte, quæ nunc paras, tunc cuius erunt? hîc enim ea deſeres (vt S. Chryſoſtom. ſuper verbis, quæ paraſti cuius erunt, inquit) non ſolùm nullum percipiens commodum, ſed & ſarcinam peccatorum portans ſuper humeros proprios, & quæ quidem à te congeſta ſunt, plerumque in manus peruenient inimicorum: à te verò ſuper his ratio requiretur. Honora ergo parentes, conſolare eos, & adiuua, vigila & ora, vt Redemptor noſter admonet, Marc. 13. quia neſcis an ſubitò rapieris, cum magis de vita cogitas. Pulchrè Perſius 3. Satyra.

*Diſcitéque ô miſeri, & cauſas cognoſcite rerum:*
*Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur: ordo*
*Quis datus: aut metæ, quam mollis fluxus & vnda,* &c.

Et ipſe alibi.

*Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum.*
*An paſſim ſequeris coruos, teſtâque, lutóque:*
*Securus quò ſpes ferat, aut quo ex tempore viuis.*

Ad quæſtionem vnde digreſſus 24
ſum, reuertar, quæ ſic ſe habet: 25

Vtrum Epiſcopus iam à patria poteſtate liberatus, parentes honorare teneatur, & ſibi præferre? & reſpondeo, quòd ſi loquimur de his quæ domi ſunt, non eſt dubium debere Epiſcopum, ſeu Papam Patri ſuo magnam exhibere reuerentiam, & ſibi præferre, in aſſurgendo, ſedendo, & in cæteris actibus particularibus, vt Taurus Philoſophus docuit. Refert Aulus Gellius *lib.*2. *noctium Atticarum, cap.* 1. Caſaneus *in catalog. part.* 7. *conſ.* 24. *verſ. in tantum eſt honorandus. el ſegundo.* Lancellottus *in templo, lib.* 1. *cap.* 5. §. 3. *num.* 71. Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 28. *num.* 8. *vſque ad* 12. Gratianus *diſceptat. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 35. *&* *cap.* 284. *d. tom.* 2. Iacobus à Graſſis *cap.* 55. *num.* 13. *lib.* 2. Tiberius Decianus *reſponſor. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 92.

At verò in his quæ foris ſunt, vt in Eccleſia, vel in actibus ſolemni-
25 bus, præcedet Epiſcopus, & habebit primum locum. Baldus *in l. ſenium. c. qui teſtament. facere poſſint.* (exhibita ſemper Patri ſuo reuerentia, quæ non in diminutionem Epiſcopalis dignitatis redundabit, ſed in laudem filij, qui ſic honorat quem Deus vult honorari, dum præcipit, quòd parentes venerentur, non diſtinguens an in publico, ſeu in ſecreto, an à paupere, ſeu à diuite. Sed proh dolor! & noſtri calamitoſi temporis infelicitas! nam parentes iam neque venerantur, neque æſtimantur: ſed perſequuntur) Valerius Maximus *lib.* 2. *titulo de magiſtrorum ac ordinum officiis, num.* 7. Caſaneus *in catalogo part.* 11. *conſ.* 12. *verſ. vltim. & conſiderat.* 16. *verſ. item quando filius.* Tiraquellus, Gratianus, Aulus Gellius, Graſſis, Lancellottus, & Decianus *ſuprà.*

26 Epiſcopus in omnibus litibus per procuratorem litigare poteſt, vt ſuperilluſtris. *c. quia Epiſcopus* 5. *quæſt.* 3. *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *del fuero Real.* ibi: *e ſi acaeciere que Rey, o infante fijo de Rey, o de Reyna, o Arçobiſpo, u Obiſpo, que aian pleito contra alguno, de cada vno de ellos quien raçone, por ſi ca no es quiſado, que otro ome les contradiga, lo que ellos dijeren.* Author. *vt ab illuſtribus. collat.* 5. *per totam. l.* 11. *tit.* 5. *part.* 3. & ibi Lopez. *& in l.* 63. *tit.* 5. *part.* 1. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, p.* 1. *c.* 2. §. 2. *n.* 4.

27 Neque in litibus debet dare fideiuſſorem. Author. *de ſanctiſſ. Epiſcopis.* §. *alium autem. collat.* 9. *l.* 95. *tit.* 5. *p.* 1. ibi: *la ſexta es que no le deben tomar fiador en ningun pleito.* & ibi Lopez.

28 Neque ſportulas iudicibus ſoluere. Auth. *de ſanctiſſ. Epiſcopis.* §. *ſportularum. collat.* 9. *l.* 65. *tit.* 5. *p.* 1. ibi: *la* 7. *es que non debe dar ninguna coſa a los Iudgadores, de aquello ſobre que hubiere pleito ſegun lodan los otros omes.* ibi Montaluo & Lopez.

29 Neque citari, vt corã aliquo compareat iudice. *l.* 65. *tit.* 5. *part.* 1. & ibi Lopez Auth. *de ſanctiſſ. Epiſcop.* §. *ſed neque pro qualibet. collat.* 9. Concil. Trid. *de reform ſeſſ.* 13. *cap.* 6. Vgolinus *ſuprà.* Randei *de diſpenſationibus in* 2. *membro.*

30 Conſtat namque ex variis Conciliis, & decretalibus, quàm antiqua ſit in Eccleſia iſta ſacra & canonica diſpoſitio, quod Epiſcopus non coram Rege, ſeu Imperatore, ſeu in Synodo, ſeu Concilio Epiſcoporum: de quo latè Fileſacus plura congeſſit, *in tract. de ſacra Epiſcopor. author. cap.* 1. §. 14. *vſque ad* 20.

31 Neque poteſt cogi ad tutelam cuiuſcumque perſonæ ſuſcipiendam. Auth. *de ſanctiſſimis Epiſcopis,* §. *Deo autem. collat.* 9. *l.* 95. *tit.* 5. *p.* 1. ibi. *la ſegunda es que no le puedan haçer guardador de guerfanos.* & ibi Lopez.

Baldus *in l.general.num.*11. *de Epiſcopis & clericis.* ibi: Epiſcopus immunis eſt ipſo iure à præſtatione perſonalium munerum, præſertim tutelæ, & curæ. Galganetus *de tutelis lib.*1. *tit.*6.*num.*36. Paulus Montanus *de tutore cap.* 35. *regula* 1. *de excuſat. tutoris, num.* 194. Molina *de iuſtitia, tom.* 1. *tractatu* 2. *diſp.* 221. Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.*36.

23 At verò miſerabilium perſonarum tutelam ſuſcipere tenetur, cùm Pater earum ſit. Gutierrez alios referens *de tutelis p.*1.*c.*1.*n.*30.

33 Poterit etiam tutelam honorariam ſuſcipere. Gutierrez *ſuprà.* Sed quæ dicatur tutela honoraria, & quis tutor honorarius, *l. iure noſtro* §. *honoris cauſa, cum gloſſ. ff. de teſtamentor. tutela.* Gutierrez *de tutelis part.* 1.
34 *cap.*17. *num.*1. vbi hæc: Dicitur autem tutor honorarius, qui datur vt pupillus ſit magis honoratus eius auctoritate, & protectione: puta ſi quis plebeius Magnatem aliquem, vel Antiſtitem, aut inſignem Rempublicam, tutorem vel tutricem filio reliquit, quò filius magis ab omnibus coleretur. Eſcobar. *de ratiocin. c.*18.*n.*20.

*Barça de decima tutorum c.*6.*n.*2.

35 Epiſcopus regularis puerum in baptiſmo tenere poteſt, & ſic fieri compater. multos citat Sanchez *in ſumm. de religione, tom.*3. *lib.*6. *cap.*6. *num* 24.

36 Epiſcopus accuſatus non debet ſtare, ſed ſedere ſimul cum iudice aliquantulùm inferiùs. Bald. *in l. quoties. c. vbi Senator. vel clariſſim. num.* 2. Felinus *in rubr. de maior. & obedient.* Antonius Corſeti *de poteſtate regia, part.*4.*num.* 22. Boherius *de ordine graduum vtriuſque fori, p.* 1. *num.* 9. Caſaneus *in catalog. part.* 4. *conſ.*25.*& part.*7.*conſiderat.* 3.*verſ.*11. Ludouicus Bologninus *de indulgentiis, part.* 1. *num.* 23. Siculus *de præſtantia Cardinalium, baſilica primæ partis, quæſt.* 8. *num.* 8. Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*5.§.4.*num.*11. Selua *de beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 12. *in fine.*

Hodie verò ſi Epiſcopi alicuius litis (propriæ ſeu ſuæ Eccleſiæ) cauſa, in Regio ſenatu, vel in regalibus cancellariis adſint, ſedebunt in tribunali inter ipſos Senatores, ad ſiniſtram Præſidis. Parladorius *in ſeſquicenturia quotidian. contro. differ* 10. *num.*27. 36

Neque tenetur ire coram aliquo iudice ad teſtimonium dicendum: ſed iudex debet ad ſuam domum miniſtrum mittere, vt quæ nouit ſpontaneè dicat, non coactè: neque ad iurandum compelli poteſt. *l. nec honore auth. ſed iudex. c. de Epiſcopis & clericis.* Auth. *de ſanctiſſ. Epiſcopi.* §. *nulli verò collat.* 9. *l.*65. *tit.*5. *part.*1. & ibi Lopez *l.*35. *tit.* 16. *part.* 3. & ibi Gloſſ. Panormitan. *in c. cum nuntius. de teſtibus, num.*5. Speculator *in tit. de diſpenſ. lib.* 1. *part.*1.§.5.*num.*23. Ludouicus Romanus ſingul. 169. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *centur.*1. *n.*1. Gambarus *de offic. Legati, lib.* 2. *num.*38. 37

Et dum iurat non tenetur tangere librum, ſat enim eſt quòd pectus ſuum tangat. *c. in cauſa. de iuramento calumniæ.* Gloſſ. *in c. quoties* 1. *quæſt.*7. Gloſſ. *in auth. ſed iudex. c. de Epiſcopis & clericis.* Gloſſ. *in* §. *nulli. auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. collat.* 9. *l.* 24. *tit.*11. *part.*3. *l.*24. *tit.* 16. *dict. part.* 3. & ibi Lopez, Rota *in nouiſſimis diuerſor. decis.*486.*num.*9 *&* 11.*part.*1. Randei *de diſpenſationibus in* 2.*membro.* Cardinalis *in Clement. conſtit. num.* 8. *de elect.* Bonifacius de Vitalinis *in Clement. multorum, de hæreticis num.*113. Ioannes Monachus *in c. vt circa de elect. lib.* 6. *num.* 16. Siculus *de præ-* 38

*ſtant.baſilic.*1.*part.*2. *quæſt.* 2.*num.*19. Ægidius Bloſius *titulo de oppoſitionibus contra teſtes,num.*83.*folio mihi* 308. Speculator *lib.*2.*part.*2.§.4. *tit. de iuram. calumniæ*, *num.*5. Lancellottus *in templo*, *lib.* 2. *cap.*5. §. 3. *num.* 40. Vgolinus *de offic. Epiſcopi,part.*1.*c.*2. *num.*4. §.2. Matthæus de Afflictis,*in conſtitut. Neapolitanis*, *lib.* 1. *rubr.* 6. *num.*5.Marqueſanus *de commiſſ.tom.*3. *quæſt.*3.*cap.*1.§ 1.*num.*10.Couarruuias *in c.quamuis pactum. de pactis.part.*1. §.1.*num.* 3. Examen Epiſcoporum. *lib.*4.*c.*17.*n.*19.

39 Sed fallit primò, quando Epiſcopus conſecratur: quia tunc fidelitatem, & alia Papæ committit, & quando ab hæreſi,vel ſchiſmate recedit: nam ſacra tangere tenetur. Deciſ.Rotæ *in nouiſſimis*.Speculator, Lancellottus, Marqueſanus, & Couarruuias.

40 Secundò, quando ſpecialiter eſt ſtatutum quòd Epiſcopus ſcripturam tangat, vel ſi in ſua Eccleſia conſtitutio aliqua ſit, quæ hoc requirat: nam tunc ſcripturam tangere tenetur, & ſeruare conſtitutionem,ſeu ſtatutum.Couarr.Vgolinus,& Marqueſanus *ſuprà*.

41 Epiſcopo ſine iuramento creditur in cauſis ciuilibus. Siculus *de præſtant. Cardinal. quæſt.* 2. *baſilica* 2. *num.* 19. Agia *de exhibendis auxiliis, concluſ.* 4.Bouadilla *in politica*, *lib.*2. *cap.*27.*num.*15.ibi: *A los Obiſpos ſeda credito ſin iuramento en los negocios ſeglares.c. omnes* 11. *quæſt.* 1. Abb. *in c. ſicut. de probationibus, num.* 7. *& in c. cum nuntius.de teſtibus,num.*5.Caſtillo *in l.* 3. *tauri. limitat.* 10. *col.*3 *fol.* 30. Lancellottus.*d.c.*5. §.4. Nicolaus de Paſſeribus *de ſcriptura priuata*, *lib.*3. *quæſt.*5.*num.*39.

42 Et facit, quòd Epiſcopo aſſerenti ſe eſſe de Diœceſi ſua expulſum, creditur.*Clement.*1. *de foro competent* & Cardinal.ibi: *& in* §. *ſanè num.* 3. Siculus *quæſt.* 1. *baſilica* 2. *num.* 9. §. *quod circa.*

Et Epiſcopo atteſtanti in literis clericatus Clericum ordinaſſe,de licentia proprij Epiſcopi creditur. Puteus *deciſ.* 363.*lib.* 1. *& deciſ.* 406. *lib.*2.Barboſa *in paſtoralis part.*2. *allegat.* 8. *num.* 19. pulchrè Nicolaus à Paſtoribus vbi ſuprà multa referens. 43

Et ad probandam non craſſam ſed iuſtiſſimam Epiſcopi ignorantiam,ſufficit eius iuramentum.Rota Romana Farinacij *tom.*8.*centur.*7.*deciſ.*96.*n.*6. 44

Poteſt Epiſcopus ſententiam ſuam per alium legere: vt *el* Caſtris per textum *in l.*2.*c. de ſentent. ex pericul. recit.c. & ſi ſententiam*, *de ſentent. & re iudicata*, *lib.* 6. & Geminian. ibi *num.*9.Felinus *in c.eam te.de reſcriptis num.*1.Caſaneus *in catal.part.*7.*conſ.*3. Vgolinus *de officio Epiſcopi part.* 1. *c.*2.§.2.*n.*4. 45

Confirmatus & nondum conſecratus, neque Epiſcopatus gubernator, non gaudent iſto priuilegio. *d.c.& ſi ſententiam.* & ibi Geminian. *num.*8. Felinus *ſuprà*. Selua *de beneficiis p.*1.*q.*2.*n.*31. 46

Obtinere minorem dignitatem non permittitur Epiſcopo, non ratione imdemnitatis, ſed ſuperioritatis. Tuſchus *litera E*, *concluſion.* 237. 47

Et ſic ſi antea fuit Tabellio, nequit exercere tabellionatus officiũ. Baldus *in c. poſt ceſſionem. de probationibus,num.*6.

Neque officium Procuratoris,ſeu fideiuſſoris. Lancellottus *in templo*, *lib.*2.*cap.*5.§.3.*num.*36.

Habet Epiſcopus thronum,& ſolium, in ſignum ſuæ magnæ celſitudinis ac poteſtatis. D. Ambroſius *lib.de dign. Sacerdot.* D. Gregorius 48

Nazian

Nazianzenus *in oratione ad Principem iraſcentem.* D. Chryſoſtom. *in lib. de Sacerdote.* Agia *de exhibend. auxil. fundament.6.* Baldus *in c. ſolita. de maior. & obedient. n.2.*

49 Habet etiam faldiſtorium. Durantus *in rationali diuinor. lib.2. c. de Epiſcopo.* Liber Pontificalis *titulo de conſecrat. electi in Epiſcop. fol.13.*

50 Et in ſua Eccleſia Cathedrali poterit vti Baldachino, (vulgò *doſel*) etiam in præſentia Proregis: vt ſapientiſſimus Philippus II. Hiſpaniar. Rex decreuit: teſte Maſtrillo *de Magiſtratu, lib4.cap.13.num.133. alias 233.*

51 Et in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis, etiam regularium, & exemptorum, ſolium, thronum & Baldachinum habere poteſt: & excommunicare exemptos, ſi contradicere intentauerint: vt habetur in decreto Clementis VIII. datum die 10. Iunij anno de 1603. incipit, decet Epiſcopos. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, part.1. cap. 20. §. 5. num.3. & 4.* Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 467. num.54. tom.3.* Riccius *in prax. reſolut. 313. num. 2.* Emanuel Rodriguez *tom. 4. de ſus obras cap. 67. num. 35.* Barboſa *in paſtorali, part.3. alleg. 80. num.14.*

52 Abbates ſancti Benedicti & cæteri Abbates, non poſſunt vti Baldachino, neque throno, vel ſolio, etiam in Eccleſiis ſibi ſubiectis, vel in proprio monaſterio, vt ſacra congregatio declarauit, cuius decretum ad literam transſcripſit Auguſtinus Barboſa *d. allegat. 80. num.18.*

53 Quòd teſtamentum coram Epiſcopo factum valeat etiam ſine teſtibus, dummodò Epiſcopi præſentia per duos teſtes probetur. Caſtillo *in l.3. tauri. limit.10. col.3. fol.30.*

54 Sed hæc Caſtelli doctrina meo iudicio in hoc fundatur, nam teſtamentum coram Principe factum valet ſine teſtibus. *l. omnium.19.* & ibi Gloſſ. *verbo teſtibus. c. de teſtament.* Epiſcopus enim quòd ſit Princeps ſpiritualis & temporalis diximus in hac prima parte, *cap. 8. num. 48.* ex quo dicebat Iacobus Albenſis *conſ. 64. incipit, quia Articulus, num.76. & 77.* Quòd ſi Epiſcopus conſideratur vt Princeps temporalis, poterit omnia, quæ poteſt quilibet Princeps: & ita ad eum extenditur priuilegium quòd teſtamentum coram eo factum ſine teſtibus teneat.

Sigillum Epiſcopi cum indictione & die obtinet vim publicæ carthæ, vel inſtrumenti. Baldus *in c. poſt ceſionem. de probationibus, num.* . *& 7.* 55

Quòd Epiſcopus feudum retinere ſine priuilegio nequeat, tenent Guidus Bancirolus *conſ. 111. num. 1. incipit, Ioannes Papa.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap.2. de Rege & origine Regum, part.1. §.1. num.21.* Ludouicus de Peguera *in repetitionibus, verſ.7. num. 15.* & per plures limitationes *à n.19. vſque ad finem.* 56

Alij verò contrarium tenent, & dicunt poſſe retinere ſine priuilegio, & ratione feudi iurare Domino temporali fidelitatem. *c. ſolitæ. de maioritate & obedientia.* Paris, de Puteo *in inuentario de clerico citato ſuper inuentar. n.29. col.3. fol.19.* 57

Habet Epiſcopus merum & mixtum imperium in ſua Diœceſi vbi poteſt clericum etiam non ſubditum ibi delinquentem, vel laicum in cauſis mixti fori detrudere: ſcelera autem & adulteria inquirere, vlciſci, & iudicare abſque aliquo impedimento. *c.1. de offic. Ordinarij.* Baldus *in author. cauſa quæ. num.6. c. de Epiſcopis & clericis.* Iaſon *in l. imperium ff. de iuriſdict. omnium iudicum, num.19.* & ibi Purpuratus *num. 144.* 58

Milis

Milis *in repertorio*, *verbo Epiſcopus, verſ. Epiſcopus & ſuperiores*. Baldus *in c. conſtitutio. num. 7. de conſtitutionibus*, Agia *de exhibendis auxil. fundam.* 4. Abb. *in c. quod ſedes. de officio ordinar. num.* 7. Lancellottus *in templo*, *lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *de dignitate Epiſcopi*, *n.* 10. Bouadilla *in politica*, *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 14. Iacobus Berretta *conſ.* 3. & 4. *incipit*, *quod Epiſcopo non liceat. n.* 24. Zilettus *conſil. crim. tom.* 1. *conſ.* 93. *num.* 17. Barboſa *in paſtorali*, *part.* 3. *alleg.* 107. *n.* 20.

59 Vnde euenit, quòd carcerem habere poſſit, tam ad cuſtodiam, quàm ad pœnam delinquentium. *c. quamuis.* 3. *de pœnis.* & ibi Scribentes. Vgolinus *de off. Epiſcopis*, *cap.* 4. §. 12. *n.* 3. Pax *in praxi*, *c. vnico part.* 4. *num.* 4. Barboſa *in paſtorali*, *part.* 3. *alleg.* 107. *num.* 20.

60 Primus qui conceſſit quòd poſſint habere carcerem, fuit Eugenius primus, propè annum Domini de 656. Illeſcas *in vita eiuſdem Eugenij*, *lib.* 4. *cap.* 11. *fol.* 214.

61 Et poteſt habere Fiſcalem, licèt talis Fiſcalis non habebit priuilegia Fiſcalia. Antonius Sola *in conſtitutionibus Sabaudiæ*, *cart.* 71. *gloſſ.* 1. *incipit literis. fol.* 315. Pax *vbi ſuprà*.

62 Et creare Notarios in ſua Diœceſi. Cardinalis Tuſchus *litera E*, *concluſio.* 291. *num.* 1.

Et alios iam creatos examinare, iuxta Concilij Tridentini decretum, *in c.* 10. *ſeſſ.* 22. Pax *ſuprà dict. num.* 4.

63 Habet etiam territorium, ex quo
64 eiicere delinquentes poterit, & ad triremes damnare, flagelliſque afficere. Textus ſingularis *in c. in Archiepiſcopatu. de raptoribus.* Iacobus Berretta *conſil.* 6. *num* 25. *vſque ad finem.* Camillius Borrellus *in ſumm. deciſion. tit.* 6. *num.* 31. Toller *in practica criminali*, *quæſt.* 15. Bouadilla *in politica*, *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 29. illis verbis: *podra el Obiſpo mandar, echar grillos eſpoſas, y otras priſiones, y dar tormentos à legos en las cauſas de ſu iuridicion, y por manos de ſus propios miniſtros, e imponer deſtierro de galeras, y acoſtes: los quales ſe imponian por pena de derecho diuino, y aunque de ellos ſalieſſe alguna gota de ſangre, de laqual effuſion noſe incurrira irregularidad; y a ſi meſmo pueden condenar a ſeñalar en el roſtro loqual noſe puede haçer ſin ſacar alguna gota de ſangre. C. ad audientiam de crimine falſi.* ibi, & in ſignum maleficis characterem aliquem imprimi faciat, & prouinciam ipſam eos abiurare, compellens abire, permittat, & poſtea Bouadilla: *y de aqui es que el clerico conſejero del Rey podra aſſiſtir, y vitar en las cauſas criminales donde ſe imponen las dhas penas. d. c. in Archiepiſcopatu.* Cæſar Manenttis *conſ.* 62. *incipit, ſupponunt illuſtres Domini*, *num.* 11. Iacobus Berretta *tom.* 1. *conſ conſ.* 4. *num.* 13.

At verò in caſu vbi mors, ſeu mutilatio interuenire poteſt, debet Epiſcopus abſtinere à ſententia, & 65
delinquentes curiæ tradere ſæculari, dummodò priùs ab ordinibus degradentur. *c. in Archiepiſcopatu. cum gloſſa de raptor.* & ibi Scribentes *c. at ſi clerici. c. cum non ab homine de iudiciis*, *c. ad abolendam. de hæreticis. c. excommunicamus*, el 2. *eodem titulo*, *c. ad falſariorum*, *de crimine falſi*, *c. nouimus. de verbor. ſignificat.* vbi dicit Papa, quòd poſt traditionem & degradationem, debet Epiſcopus efficaciter intercedere precibus & ſuaſionibus, vt citra mortis periculum circa eum ſententia moderetur: neque aliud facere debet quàm degradare, & denuntiare iudici ſæculari, vt talem degradatum ad ſuum forum recipiat, cùm iam non ſit de

iuriſdi

iuriſdictione Eccleſiæ. Ioannes de Rojas Epiſcopus Serguntenenſis *in ſingularibus iuris in fidei fauorem, litera D, ſingulari* 48.*num*.4.

66 Poterit tamen Epiſcopus qui iuriſdictionem habet temporalem punire delinquentes per delegatum laicum: & licèt pœnam mortis delegatus imponat, non incurrit Epiſcopus irregularitatem. *c. Epiſcopus, ne clerici vel monachi, lib*.6. & ibi Geminianus, *num*. 1. Abbas *in c. in Archiepiſcopatu*. & ibi Gloſſ. *de raptoribus*. Bonifacius de Vitalinis *in Clem. quamuis, §. eiſdem num*. 22. *de foro competenti*. Lancellottus *in templo, lib*.2. *cap*.5.§.3.*num*. 27. Nauarr. *conſil*.1.*de conſtitut.num*. 85. Armilla *verbo Epiſcopus, num*.24.& *verbo irregularitas, num*.18. Ioann. Cephalus *tom*.1. *lib*. 1. *conſ*.1. *num*. 58. Bouadilla *in politica, vbi proximè, num*.30.

67 Aduertat tamen ne laico delegato committat delinquentem, ad ſpecialiter corporaliter puniendum: nam adhoc vt irregularitatem fugiat debet generaliter cauſas delinquentium delegare. Geminianus *in c. Epiſcop. ne clerici vel monachi, n*. 9. Speculator *titulo de diſpenſationibus*, §.4.*lib*.1.*p*.1.*n*.42.

68 Poteſt etiam Epiſcopus inuocare brachium ſæculare, & ſi ſæcularis poteſtas impartiri auxilium recuſauerit, per cenſuras compelli poterit. *c*. 1. *de off. ordinarij*, & ibi Gloſſ. *verbo publicum. c. Principes. c. adminiſtratores*, 23.*quæſt*.5.*c*. 2. *de maledicis, l*. 4. *tit*.1.*lib*.3.*ordinam*.& ibi Didacus Perez, Menochius *de arbitrariis, caſu* 451.*num*.4. Cenedo *in collectan. ad decretales, collect*. 101. *num*. 12. & 13. Ludouicus Rodolphin *in tractatu de brachio ſæculari, num*. 45. Oldradus *conſ*.89.*incipit, Epiſcopus inuocat*. Bouadilla *in politica, lib*.2.*cap*.17. *n*. 80. Farinacius *in praxi criminal.quæſt*.97. *num*.82. Decianus *in tractat.criminal. lib*.4.*cap*.10.*num*.3.*verſ*.8. Barboſa *in paſtoral.part*.3. *alleg*. 107. *num*. 25. & 26. Zilettus *conſ*.93.*num*. 16. Iacobus Berretta *tom*.1. *conſilio* 4. vbi latè per plura fundamenta.

Sed eſt quorumdam opinio, non teneri iudicem ſæcularem Eccleſiaſtico iudici auxilium impartiri, niſi præcedat cauſæ cognitio ſaltem ſummaria, ex qua cōſtet iuſtè petere auxilium Eccleſiaſticus, & ſic debet notificari iudici ſæculari. Egregiè Nauarrus *in c. cùm contingat. de reſcriptis, remedio* 2. *num*. 8. & 12. Baldus *in l. in criminali. num*. 4.*c. de iuriſdict. omnium iudicum*. Azeuedo *in l*. 15. *tit*.1.*lib*.4.*recopilationis*. Cenedo, Barboſa, & Didacus Perez *ſuprà*. 69

Epiſcopus habet Fiſcum, cui mulctas applicare poteſt. *c. ſi quis. el* 4. 17. *quæſt*. 4. *cum ſequentibus. c. quia diuerſitatem*. & ibi Gloſſ. *verbo præter. de conceſſ. præbendæ*. Tuſchus *litera E, concluſion*. 253. *num*.6. Couarruuias, *lib*.2.*variar. c*. 9. *num*. 11. Oldradus *conſil*.302.*col*.2. Riccius *in prax. reſolution*. 387. *num*.2. Agia *de exhibend. auxil. fundam*.4. Bouadilla *in politica, lib*.2.*cap*.16.*num*.10. & *cap* 17.*n*.199. Auendaño *de exequendis mandatis, part*.1. *cap*.7.*num*.1. Arias *in l*.7. *tauri.num*.75. Barboſa *in paſtorali, part*.3. *alleg*.107.*n*.16. 70

Sed non debet ſibi aut ſuæ cameræ mulctas applicare, licèt conſuetudo in ſui fauorem extet: ſed in pios vſus conuertere, niſi reditus Epiſcopatus ita tenues fuiſſent, quòd ad honeſtam Epiſcopi ſuſtentationem non ſufficerent. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ*.25.*cap*.2. & 14. & ſic ſacra congregatio declaraſſe teſtatur. Barboſa *ſuprà num*. 19. Lancellottus *in templo, lib*.2.*cap* 5.§.3. *num*.74. 71

Et poteſt habere familiam arma- 72

tam, & familiares armatos armis
non prohibitis, vſque ad ſolitam
horam: & quòd in practica ita ſer-
uetur, teſtantur Vincentius de An-
na *allegat.ſeu ſingular.* 171. *fol.* 235.
multos citat Iacobus Berretta *conſ.*
3. *incipit, quod Epiſcopo, num.* 14.
Bonacoſſa *de ſeruis & famulis, quæſt.*
14. Camillius Borellus *in ſumm. de-
ciſ. tit.*6. *num.* 35. Fuſcus *de viſitation.
lib* 2. *cap.*32. *num.* 16. Menochius *de
arbitrariis, caſu* 394. *num.* 70. Fran-
ciſcus Penna *in director. inquiſitor.
quæſt.*56.*comm.*105. Matth. de Affli-
ctis *in conſtitutionibus Neapolitanis,
lib.* 1 *de illicita portatione armorum,
num.* 7. *rubrica* 9. Gambarus *de off.
Legati de latere, lib.* 1. *num.* 6. Tuſchus
*litera E, concluſion.*253. *num.* 1. *&* 12.
Siculus *de præſtantia Cardinalium,
quæſt. vltim. num.*18. Franciſcus Leo
*in theſaur. part.*1.*cap.*9.*num.*23.*& p.*2.
*cap.*1.*num.* 16. Cucus *in tract. de Epi-
ſcopis num.*73.*cum ſequenti.* Agia *de ex-
hibendis. fundam.* 7. Bouadilla *lib.* 2.
*cap.*15.*num.*9.*&* 28.*& cap.*17.*num.*87.
*& cap.*18.*num.*85. Barboſa *in paſtor.
p.*3.*alleg.*107.*n.*1.

73 Familia Epiſcopi gaudet priuile-
gio fori, licet ſint ſæculares, & in
laicali habitu ſeruiant. Narbona *in
l.*20.*tit.*1. *lib.*4. *recopilationis, gloſſ.*22.
*num.* 4. Abbas *in c. nullus num.* 6. *de
foro competenti, & in c. dilect. de officio
Archidiaconi, num.* 5. *& in c. cum non
ab homine, num.*2.*de iudiciis, & in c.
Eccleſiæ, de immunitate Eccleſiar. n.*9.
Cardinalis *in Clement.* 1. *de reliquiis
& venerat. Sanctor. num.* 3. Tuſchus
*litera E, concluſion.*299.*num.*4. Oldral-
dus *conſ.*293.*num.*5.*verſ. poteſt & alia.*
Laudenſis *de priuilegio & reſcripto, q.
vltim.* Iulius Clarus *lib.*5.*ſentent.*§.*fin.
quæſt.*35.*verſ. quæro numquid.* Zerola
*in prax. verbo Epiſcopus, num.*11.*p.*1.
*& part.*2.*verbo Epiſcop. num.*24. Anto-
nius de Butrio *in c.* 2. *de foro compe-
tenti, num.* 3. Gratianus *diſceptation.
forenſ. tom.*2. *cap.* 340. *& cap.*342.*n.*9.
Afflictis *in conſtitutionibus Neapoli-
tanis lib.*1.*dicta rubrica* 9.*num.*7. De-
cianus *in tractat. crimin. tom.*2. *lib.* 6.
*cap.*25.*num.* 14. Antonius Natta *conſ.*
576. *num.* 6. Lancellottus *in templo,
lib.*2.*cap.* 5. §. 4. Hyppolitus *conſ.*67.
*num.* 60. Franciſcus Leo *in theſaur.
part.*1.*cap.*11. *num.* 17. Barboſa *in pa-
ſtorali, part.*3.*allegat.*107.*num.*1.*&* 9.
vbi extendit hoc fori priuilegium
ad Notarios curiæ Epiſcopi, Fiſca- 74
les, nuntios, cuſtodes carcerum,
lictores, & alios miniſtros, & offi-
ciales, & allegat Stephanum Gratia-
tianum *diſcept.*233.

Palatium Epiſcopi gaudet eadem 75
immunitate ſicut Eccleſia. *c. id con-
ſtituimus* 27.*quæſt.*4. & ibi Gloſſ. Ar-
milla *verbo Epiſcopus, & verbo im-
munitas, num.* 19. Barthol. *in author.
de mandatis principum.* §. *ſed neque.
col.* 3.

Sed ad hoc vt hac immunitate 76
gaudeat requiritur, quòd palatium
intra quadraginta paſſus Eccleſiæ
ſit. Decianus *in tractat. crimin. tom.*2.
*lib.*6.*cap.*25.*num.*14. Bouadilla *in po-
litica, lib.*2.*cap.*14.*num.*84. Couarru-
uias *lib.* 2.*variar. cap.*20. *num.*5.*verſ.*
5. infertur, vbi multos citat. Iulius
Clarus *ſentent. lib.*5.§.*fin. quæſt.*30.*n.*3.
Antonius Scappus de iure non ſcri-
pto *lib.* 1. *cap.* 26. *num.*4. Camillius
Borellus *in ſumm. deciſion. tit.*3.*num.*5.
de his qui ad Eccleſiam confugiunt:
& dicit eſſe communem, Pax *in pra-
xi, tom.* 1.*cap.*3.§.3.

At verò quòd licet extra quadra- 77
ginta paſſus Eccleſiæ palatium ſit,
gaudebit immunitate ſicut Eccle-
ſia, nam aliàs nullum eſſet priuile-
gium. Panormitan. *in c. Eccleſiæ, n.*9.
*de immunitat. Eccleſiar.* Cardinal.
Tuſchus *litera E, concluſio.*10.*num.*8.
*& concluſion.* 299. *num.* 2. Syluester

*verbo*

*verbo immunitas* 3.*num*.1. Franciſcus Leo *in theſauro,part*.1.*cap*.13. *num*.14. Gregorius Lopez *in l*.4.*tit*.11.*part*.1. Zerola *in praxi* , *verbo Epiſcopus.p*.2. & *verbo palatium* , *part*. 2.Remigius *de immunitate Eccleſiarum ampliat*.15. vbi dicit, etiam procedere, licèt in domo cappellam non habeat?

78 Epiſcopi domus vocatur Palatium, quod iam vſus & conſuetudo approbauit: & ita eam vocant Bartol.*in l*.1.*ff de noui operis nuntiat. n*.3. & Sa *verbo Eccleſiæ immunitas. in pr*. & Panormitanus, Tuſchus, Sylueſter, Decianus, Armilla, Lopez & Remigius *ſupra*.

79 Neque obſtat quòd Bouadilla *in lib*.2.ſuæ politicæ dicat, *cap*.16.*num*. 93. nullam niſi Regis domum vocari debere Palatium: nam loquitur de Principum ſæcularium domibus, non de Epiſcoporum, qui cum in ſpiritualibus Reges ſint, *c. duo ſunt*. 12.*quæſt*.1.& Regibus præſtantiores: Cardin. Bellarminus *in apologia pro reſponſione ad Iacobum Regem Britãniæ cap*. 4. *de comparatione Regis & Cardinalis*.itaque non inconueniens eſt quòd eorum domus Palatium ad inſtar domus Regiæ vocetur.

80 Epiſcopus, ſeu eius Vicarius generalis committens examẽ teſtium, vel alicuius cauſæ iudici ſæculari alicuius Baronis ſuæ Diœceſis, & intra illam, poteſt vti formula præceptiua. Foller. *in practic. criminal. can. in verbo* , *teſtibus diligenter examinatis* , *cap*. 8. *num*.50.*fol.mihi* 127. Scacia *de iudiciis lib* 2.*cap*.9. *num*.737. cum aliis.

### SVMMARIVM.

*Epiſcopus an quotidie audire Sacrum teneatur*.num.1.

*Si non audit,an peccet*.num.2.

*Altare viaticum vtrum Epiſcopis permiſſum*.num.3.

*Quid poſt conſtitutionem Concilij Tridentini* num.4.

*An eo vti liceat extra Diœceſim*. num.5.& 6.

*An poſsit Epiſcopus concedere licentiam celebrandi in altari portatili in caſu neceſsitatis*. num. 7.8 & 9.

*In aliena Diœceſi an celebrare permittatur Epiſcopo ſine licentia ordinarij illius loci*.num.10.

*Et an tunc poſsit emittere benedictionem ſolemnem* , *cum verbis*, *Sit nomen Domini benedictum*. num.11.

*An poſsit ante auroram* , *vel poſt meridiem celebrare,aut ſibi facere celebrari*.num.12.

*Cardinales S.R.E. an gaudeant iſto priuilegio*,num.13.

*Epiſcopus cùm primùm populum ſalutat in Miſſa* , *quid debeat dicere*.num.14.& 15.

*Celebrare ſine Diaconorum præſentia vtrum permiſſum* Epiſcopo. num.16.

*An poſsit caput dum celebrat cooperire*.num.17.& 18.

*Si Epiſcopus Miſſam perficere nequit* , *vtrum ſimplex Sacerdos poſsit*.num.19.

*Tempore interdicti an celebrare queat Epiſcopus*.num.20.

*Familia Epiſcopi an tunc ſacrum audire poſsit*.num.21.

*Tempore ceſſationis à diuinis Epiſcopus celebrare poteſt*. num.22.

*In altari in quo Epiſcopus celebra-*

uit, an alius Sacerdos illo die celebrare poſſit. num. 23. & 24.
Presbyter coram Epiſcopo in ſua Diœceſi exiſtente celebrans quid obſeruare teneatur. num. 25.
Epiſcopus excommunicatus qui facit ſibi coram ſe celebrari, an irregularitatem incurrat. num. 26.
Irregularitas numquam debet admitti, niſi ſit in iure expreſſa. num. 27.
Epiſcopus ſuſpenſus à pontificalibus, in illis celebrando an irregularis fiat. num. 28.
Illegitimus, qui ſine diſpenſatione ad ſacros Ordines aſcendit & celebrauit, vtrum irregularis ſit. num. 29.
Clerici an poſſint celebrare ſine licentia dioceſani Epiſcopi. n. 30.
Quando Epiſcopus priuatim celebrat quibus debet vti. num. 31.
Quid quando Pontificaliter celebra, tobſeruare debeat Capitulum Eccleſiæ Cathedralis. num. 32. & 33. & 34.
Imperator vel Rex etiamſi nullum Ordinem habeat, officium Diaconatus exercere poterit miniſtrando Epiſcopo in Pontificalibus celebranti. num 35.
Vtrum habere debeat ſolium, & Baldaquinum in Eccleſia vbi celebrat Pontificaliter. n. 36.
Pſalmos & orationes recitare tenetur ante omnia num. 37.
Caligis vtitur Epiſcopus. num. 38.
Et ſandaliis num. 39.
Quando pro defunctis in Pontificalibus celebrat an eis vti poſſit. num. 40.
Epiſcopus regularis antequam amictum accipiat debet ſe induere rocheto. num. 41.
Poſtea lauat manus. num. 42.
Amictus quid ſignificet. num. 43.
Quid alba, & ſuccinctorium. num. 44.
Quid pectorale, & an proprium Epiſcoporum ſit, & qua de cauſa eo cœperunt vti Epiſcopi. num. 45.
Epiſcopi antiquitùs in denſis portabantur, adinſtar hodie Papæ. num. 46.
Adorabantur ſumma veneratione, & cultu. num. 47.
Ad quid ante ſe ſacra ſymbola & reliquias Sanctorum geſtabant Epiſcopi: ſicut hodie Papa ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum. num. 48.
Papa ad quid portat crucem in pede dextero: & ad quid Epiſcopus pectorale ante pectus. num. 49.
Pectoralis vſus in Eccleſia antiquiſſimus apud Epiſcopos. n. 50.
Stola quid ſignificet, & debet eſſe ab humeris dependens: presbyter autem ea debet vti tranſuerſa ante pectus. num. 51. & 52.
Prima tunica quid ſignificet, & quid dalmatica. num. 53. & 54.
Ad quid vtitur chirothecis. n. 55.
Caſula quid denotet. num. 56.
Et quid mitra. num. 57.
Antiquitùs tempore Apoſtolorum vtebantur Epiſcopi loco mitræ corona aurea regali. num. 58.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vſus mitræ antiquiſsimus in Eccleſia*.num.59.

*Moſcouitarum Rex loco coronæ regalis vtitur mitra, & loco ſceptri baculo paſtorali*.num.60.

*Moſcouitarum Epiſcopi quibus mitris vtantur*.num.61.

*In feſto Innocentium quam mitram debeat aſſumere* Epiſcopus. num.62.

*Baculus quid ſignificet*.num.63.

*Inſulanus Epiſcopus loco baculi quid portet*.num.64.

*Annulus ad quid* Epiſcopo *datur*. num.65.

*Quare apponatur in quarto digito manus ſiniſtræ minimo vicino*. num.66.

*Laici vbi annulum portare debeat, & ob quid*.num.67.

*Manipulum quando aſſumere debeat* Epiſcopus.num.68.

*In Miſsis defunctorum à quibus abſtinere* Epiſcopus *debet*. num.69.

*Papa non vtitur baculo, & ob quid*. num.70.

*Pallium quibus competat, & eius ſignificatio remiſsiuè, & quibus diebus eo vti debeant Archiepiſcopi*.num.71.& 72.

*Papa an ſemper pallio vti poſsit*. num.73.

*Archiepiſcopus vtrum proceſsionaliter poßit exire de* Eccleſia *cum pallio*.num.73.

*Extra prouinciam cum pallio an poßit celebrare* Epiſcopus *de licentia Ordinarij*.num.74.

*Hieronymi de Leyua opinio*. n.75.

*Pallium an accommodari poſsit*. num.76.

*Intra prouinciam vtrùm celebrare permiſſum Archiepiſcopo ſine permiſſu Suffraganeorum cum pallio*.num.77.

*Quid in loco exempto ſuæ Diœceſis*. num.78.

*Archiepiſcopus an celebrandi in Diœceſi Suffraganei ſine eius licentia, aut in territorio exemptorum ſine eorum permiſſu concedere poſsit*.num.79.

*Archiepiſcopus ſi transfertur ad aliam Eccleſiam an pallium cum eo transferatur*.num.80.

*Mortuorum corpora an cum ornamentis pretioſis ſepeliri poſsint*. num.81

*Antiquorum mos qualis circa funerale mortuorum*.num.82.

*Quando aliquem canonizabant quid obſeruabant*.num.83.

*Epiſcopi cum ornamentis pretioſis ſepeliuntur, & quare* num.84.

*Si Archiepiſcopus in mari decedat, an cum eo debeat eiici pallium*. num.85.

*Si pallium perdatur, ſeu concremetur, alium petere tenetur*. num.86.

*Archiepiſcopus antequam pallium accipiat, an coram ſe queat facere portare Gion*.num.87.

*Vtrum ſine licentia ordinaria liceat* Epiſcopo *extra Diœceſim* Pontificaliter *celebrare*. num.88. *Et vtrum emittere benedictionem ſolemnem*.num.89.& 90.

*Verba Concilij in cap. 5. de reform.*

*ſeſſ. 6. explanantur.*num. 90.

*Benedictionem ſimplicem dare itineribus nudedo* Epiſcopus *nequit.*num. 91. *& quare.*n. 92.

*Audire confeſſiones extra Diœceſim an poſsit Epiſcopus.* n. 93. *&* 94.

*Epiſcopus non conſideratur extra Diœceſim, niſi vt perſona priuata.*num. 95.

Prædicare *in aliena Diœceſi ſine Ordinarij licentia vtrum permittatur* Epiſcopo.num. 96.

*Illud Matth.* 9. *& Marci vltimo qualiter accipiendum.* num. 97.

*Munus Epiſcopi quale, & eius doctrina valde neceſſaria.* n. 98.

*Illud Canticor.* 4. *interpretatur* num. 99.

*Epiſcopi multitudine negotiorum occupati eligere poſſunt qui eos adiuuent in prædicatione Euangelij.*num. 100.

*Ad Epiſcopum, non ad Capitulum, attinet eligere verbi Dei concionatorem.*num. 101.

*Prædicare nemini permiſſum ſine Epiſcopi Diœceſani venia.* num. 102.

*Religioſorum Societatis Ieſu priuilegium quale.*num. 103.

*Examinari an debeant Regulares accedentes pro licentia concionandi.*num. 104.

---

# DE CELEBRATIONE MISSARVM.

## CAPVT DECIMVMTERTIVM.

1 EPISCOPVS quotidie celebrare, vel audire debet Miſſam. *c. quoniam de priuilegiis, lib.* 6. & ibi Geminianus, *num.* 2. Abbas *in c.* 1. *de vita & honeſtate clericorum num.* 8. Tuſchus *litera E, concluſion.* 234. *num.* 6. Zerola *in praxi verbo Epiſcopus num.* 36. *p.* 1. Riccius *in praxi, in addition. ad deciſionem* 577.

2 Quo non ſeruato non peccat mortaliter, niſi ex contemptu procedat, aut ſcandalum ſequatur: quia nullum præceptum eſt quod ipſum ad quotidie celebrandum obliget, vel ad audiendum ſacrum. Canones verò, & Doctores ſuprà relati conſilium dant, non præceptum. Rodriguez *tomo* 4. *de ſus obras c.* 67. *de los Obiſpos, alias* 57. *num.* 25. Hieronymus Venero à Leyua *in examine Epiſcoporum lib.* 4. *c.* 17. *n.* 15.

3 Ad hoc enim illi conceſſum extat habere altare viaticum, in quo priuatis locis, & diebus, & dum eſt in itinere poſſit celebrare, vel ſibi facere celebrari. *c. fin. de priuileg. lib.* 6. & ibi Geminianus *num* 1. Sylueſter *verbo Epiſcopus, num.* 9. *& verbo altare, num.* 5. Angelus & Armilla *verbo Epiſcopus*, ille *num.* 21. iſte *num.* 22. Milis *in repertorio verbo Miſſa.* Ægid. Coninck *de ſacram. quæſt.* 83. *art.* 3. *dub.* 1.

*dub.*1. *num.* 224. Nauarrus *conſ.* 5. *de priuilegiis num.* 1. Vgolinus *de offic. Epiſcopi,part.*2.*cap.*2.*num.*4. Additionator.ad ſpeculatorem, *lib.*1.*part.*1. *titulo de diſpenſat.* §. 5. *liter.*C.Rodriguez *quæſtionum regularium tom.* 1. *q.*28.*art.*3.

4 Neque exiſtimes iam hoc Epiſcoporum priuilegium Epiſcopis per Concilium Tridentinum ſublatum: nam ſacra congregatio declarauit poſſe Epiſcopos, ſicut anteà, vti altari portatili, die nona Iunij anno de 1586. tam in itinere, quàm in infirmitate. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus num.*24. Emanuel Rodriguez *quæſtionum regularium tom.*1. *quæſt.*28. *art.* 3. *& in tom.*4.*de ſus obras cap.*51. *num.*18.ibi: *y porque andan viſitando, y caminan los Obiſpos de ordinario ſegun derecho pueden lleuar conſigo vn altar portatil, para que en el digan Miſſa, don de les pareciore, el qual priuilegio no reuoca el Concilio Tridentino, como lo declare la Congregation de los Cardenales año de* 1586.*y porque el Concilio fue hecho para extirpar los abuſos, y en nueſtro caſo nole habia, pues de ordinario andan los Obiſpos auſentes, y eſtando en ſu Cathedral,no pueden commodamente ir à ſu Igleſia, cadadia por loqual la pueden oir,u decir en ſu caſa, como tanbien por cauſa de enfermedad, les es licito ſegun derecho.* Nauart.*conſil.*16. *num.*2. *de priuilegiis* multos authores citat. Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad decretum Concilij, de extirpandis & euitandis in celebration. Miſſar.num.* 5. *ſeſſ.*22. Vgolinus *de officio Epiſcopi,part.*1.*c.*2. §.2.*n.*4.

5 Dubium autem illud eſt, vtrùm poſſint Epiſcopi extra diœceſim vti altari portatili, & in eo celebrare ſine licentia Ordinarij. Nauarrus *conſ.*5.*&* 16.*de priuilegiis.*& Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num.* 24. tenent, non licere, ſi in Diœceſi illa, vbi miſſare in altari portatili vult receptum Concilium Tridentinum ſit, & Epiſcopus ipſius Diœceſis prohibuiſſet celebrare extra loca ſacra, vel quæ ad ſolum miſſandum ſpecialiter ab eo eſſent deputata.

Sed quòd hæc Nauarri opinio non debeat admitti, primò ex eo patet, nam Concilium non directè prohibet celebrare in altari portatili, ſed quòd hoc minimè Epiſcopi concedant, dicit. Et ad hoc quòd hæc Nauarri opinio procedat etiam requiritur, quòd Epiſcopi decretum prohibitorium extet:ſed ſi non prohibent vt in vſu receptum eſt, neque Concilium vetat, quid nobis obſtat, quis tantum Epiſcoporum priuilegium contradicere audet? & aſſerere reuocatum eſſe, ſi neque ex Concilio,neque ex aliqua Epiſcopali conſtitutione reuocatum eſſe apparet. At verò quòd Epiſcopus extra ſuam Diœceſim exiſtens celebrare,vel ſibi facere celebrari poſſit ſine licentia Ordinarij, affirmant textus *in c.fin.de priuilegiis*, & Gloſſ. ibi: *verbo indulgemus.* Hieronymus Venero de Leyua *in examine Epiſcoporum lib.*4.*cap.*17.*num.*14. (dum non ſit in vrbe Romana) Vgolinus *de officio & poteſt. Epiſcopi lib.* 1. *part.* 1. *cap.*2.§.2.*num.* 4. Azor *inſtitut. moralium, lib.*10. *cap.*26.*quæſt.*4. *&* 5.Beia *in reſponſ. caſuum conſcientiæ part.* 4. *caſu* 33.*verſ.& quamuis iure.*Emanuel Rodriguez *quæſtion. regularium d. quæſt.* 28. *art.* 3. Barboſa *in paſtorali part.*2.*alleg.*23.*num.*5.*fol.*151.Mandoſius *de ſignatur. gratiæ titulo de altari portatili,fol.*109. vbi dicit,poſſe etiam eo vti tempore interdicti. 6

Vtrùm Epiſcopus licentiam celebrandi in altari portatili in domo priuata, videlicet infirmo magnati, ſeu aliis perſonis concedere poſſit, 7

ſtante

ſtante Concilij Tridentini conſtitutione, partem negatiuam tenent Nauarrus *in manuali cap.* 25. *num.* 81. Fuſcus *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. Gutierrez *canonicarum lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 25. Azor *inſtitutionum moralium lib.* 10. *cap.* 26. *quæſt.* 3. & 5. Beia *caſuum conſcientiæ part.* 4. *caſu* 33. Riccius *in praxi, deciſ.* 538. *num. vltimo, in* 1. *edition.* Miranda *in Manuali, tom.* 1. *quæſt.* 40. *art.* 9. *concluſ.* 3. *ante finem.* Nauarrus *conſil.* 1. *de conſtitut. num.* 76. & *conſ.* 16. *de priuilegiis, num.* 2. Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad decretum Concilij, de obſeruand. & euitand. in celebrat. Miſſarum.* & dicit ita ſacram Congregationem declaraſſe.

8 Affirmatiuam autem ſententiam, imò quod poſſit, tenent Emanuel Sa *in aphoriſmis, verbo Miſſa num.* 20. Henriquez *cap.* 27. §. 1. & Beia à ſuperiori recedens opinione, *vbi ſuprà verſ. tertiò dico.*

9 Sed conciliatio erit, quòd negatiua opinio procedat extra caſum neceſſitatis, quia tunc minimè concedere poteſt, cùm in Concilio Tridentino ſibi præcipiatur, quòd pro viribus prohibeant. Affirmatiua verò in caſu neceſſitatis, & cum cauſa. Cum cauſa namque poterit Epiſcopus diſpenſare vtens antiqua facultate, nam in Concilio non reuocatur, neque reuocationis vlla verba ibi adſcribuntur. Sed ſolùm commendat, quòd Epiſcopi prohibeant extra loca ſacra celebrare: in quo non comprehenditur neceſſitas vrgens, nam ea interueniente, poteſt Epiſcopus in maioribus diſpenſare, neque indecentia ex eo ſequetur, ſi in domo priuata per tres ſeu plures dies, cum decentia & omni veneratione, ſi neceſſitas adeſt, celebretur. Neque hoc contra Concilij Tridentini decretum erit. Emanuel Rodriguez *quæſtion. regular. tom.* 1. *quæſt.* 28. *art.* 3. Auguſtinus Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *allegat.* 23. *num. finali.*

Et quòd in aliena Diœceſi priua- 10
tim ſine licentia ordinarij celebrare poſſit Epiſcopus, *c. in his, de priuilegiis.* Gloſſ. *in c. nos. de auth. & vſu pallij. verbo in aliena.* Gloſſ. *in c. vltimo de priuileg. lib.* 6. & Geminianus ibi *num.* 3. Panormitanus *in c. final. de auth. & vſu pallij, num.* 1. Zerola *in prax. Epiſcopor. verbo Epiſcopus, part.* 1. *num.* 35. Riccius *in praxi, reſolut.* 203. *num.* 3. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *allegat.* 27. *n.* 64.

Et tunc poterit etiam vti (licèt 11
celebret ſine licentia Ordinarij) Epiſcopali benedictione cum verbis: *Sit nomen Domini benedictum,* &c. Cęremonialis Epiſcoporum, *lib.* 1. *cap.* 29. & ita deciſum fuiſſe poſt longam diſputationem à peritiſſimis viris teſtatur Zerola *dict. part.* 1. *n.* 35. Riccius *dict. reſolut.* 203. *num.* 6. Emanuel Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras, cap.* 67. *de Obiſpos. fol. mihi* 99. *num.* 2. Praxis *noua Epiſcopor. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *verbo benedictio.* Barboſa *ſuprà num.* 64.

Licet etiam Epiſcopo ante auro- 12
ram, vel poſt meridiem, dum eſt in itinere celebrare, ſeu ſibi facere celebrari. Gloſſ. *in c. final. de priuileg. lib.* 6. Fauius Incarnatus *in ſcrutinio ſacerdotali, part.* 2. *tract.* 2. *verſ. quare Miſſa. fol.* 44. Armilla *verbo Miſſa, num.* 3. Ægidius Coninck *de ſacramentis, quæſt.* 83. *art.* 2. *dubitat.* 4. *num.* 217. Azor *inſtitut. moral. lib.* 10. *cap.* 25. *quæſt.* 5. *verſ. ſi quæras.* Emanuel Sa *verbo Miſſa, num.* 17. Ludouicus de Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 40. *art.* 10. *concluſ.* 1. Gregorius Lopez *in l.* 48. *tit.* 4. *part.* 1. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *alleg.* 23. *num.* 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et omnes relati concludunt, poſſe etiam cum aliis Clericis diſpenſare, vt ante diem, vel poſt meridiem celebrent.

13 Quod Cardinales S. R. E. gaudent iſto priuilegio celebrandi ante auroram, vel poſt meridiem tenet Soto *in 4. ſententiarum diſt. 13. quæſt. 2. art. 2. ante finem.*

14 Epiſcopus celebrans cum primò populum ſalutat debet dicere, Pax vobis: vt Chriſtum imitetur, qui ſtatim poſt reſurrectionem primam vocem dixit Apoſtolis, Pax vobis. Gloſſ. *in c. hoc quoque. de conſecrat. diſt.* 1. Soto *in 4. ſent. quæſt. 2. diſt. 13. art. 4. col. 9.* Bertach. *de Epiſcopis p. 2. quarti libri, num.* 101. Durantus *in rational. diuinor. c. de ſalutatione, lib. 4. col. 3.* Innocentius III. *de ſacro altaris myſter. lib. 2. cap. 24.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. de Epiſcopo, §. 3. num. 72.*

15 Aduerte quæſo, quòd quoties in Miſſa, *Gloria in excelſis Deo*, non dicitur, tunc neque *Pax vobis*. Durantus & Innocent. *ſuprà.* Miſſalis Romanus *in rubrica titul. de retibus.*

16 Et non debet celebrare Epiſcopus ſine præſentia ſaltem trium Diaconorum. *c. Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. Bertach. *ſuprà num.* 93.

17 Neque debet celebrare capite cooperto. *c. nullus de conſecrat. diſt.* 1. Soto *in 4. ſentent. diſt. 13. quæſt. 2. art. 4. tom. 1. col. 5.* Bertachin. *ſuprà num.* 100. Syluester *verbo Miſſa, num.* 2.

18 At verò neceſſitate infirmitatis interueniente poterit ſe amicto cooperire. Vgolinus *de off. & poteſt. Epiſcopi part. cap. 16. §. 1. num. 3.* Emanuel Sa *verbo Miſſa num.* 17. vbi dicit, poſſe etiam aliis clericis concedere quòd celebrent capite cum amicto cooperto, ſi neceſſitas id popoſcerit.

Si dum Miſſam celebrat ex aliquo morbo cadit, ita vt nequeat perficere, poterit alius Sacerdos perficere. *c. illud. 7. quæſt.* 1. Syluester *verbo altare, num.* 5. Bertachinus *ſuprà num.* 95. Armilla *verbo altare, num.* 13. Angelus *num.* 8. 19

Tempore interdicti celebrare aut ſibi facere celebrari poterit Epiſcopus, ſi ipſe interdictus non ſit, neque cauſa interdicti: & excluſis interdictis ſubmiſſa voce ianuis clauſis, & campanis non pulſatis. *c. quoniam cum gloſſ. de priuileg. lib. 6. c. quod non multis eodem titulo in decretalibus.* Vgolinus *de offic. & poteſt. Epiſcopi, cap. 2. §. 2. num. 4. part.* 1. Speculator *titulo de diſpenſ. lib. 1. part. 1. §. 5. n. 23.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. §. 4. num.* 21. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num.* 16. Armilla *num.* 22. Angelus *num.* 221. Syluester *n.* 9. 20

Et poterit familiam ſuam ſecum ducere, vt tunc ſacrum audiant. *c. licet vobis de priuilegiis lib. 6.* Soto *in 4. ſentent. diſtinct. 22. quæſt. 3. art. 1. col. 8.* 21

Poteſt etiam tempore ceſſationis à diuinis Miſſam celebrare ſecretò, ianuis clauſis excommunicatis, excluſis, & interdictis. Ioannes Andreas *in c. dilectis, de appellationibus, col.* 1. Ioannes Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 10. num.* 6. 22

In altari vbi Epiſcopus illo die celebrauit, nullus Sacerdos celebrare poteſt. *c. final. de conſecrat. diſt.* 2. Syluester *verbo altare, num.* 5. Armilla *eodem verbo, num.* 13. & Angelus, *num.* 8. Gregorius Lopez *in l. 66. tit. 5. part.* 1. Baſilius de Leon *variar. diſputation. lib. 1. c. 2. in pr.* 23

Et licet in practica receptum ſit, quòd ſtatim cùm Epiſcopus priuatim celebrauit, aut altare ita operitur quòd nullus celebrare poſſit, aut ab Epiſcopo celebrante licentia pe- 24

titur vt ibi alij Miſſare valeant, tamen in iure hoc non habetur, neque textus *in c. final. de conſecrat. diſt.* 2. hoc requirit, niſi quando Epiſcopus in Pontificalibus celebrauit ſolemniter, vt ex litera textus conſtat: ibi, in altari in quo Epiſcopus Miſſam cantauit, vt aduertit Vgolinus *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 4.

25 Presbyter coram Epiſcopo in eius Diœceſi celebrans, in princ. quando accedit ad altare, ei moderatam reuerentiam exhibeat & in confeſſione dicat, & vobis Pater Reuerendiſſime, & fratres, cum aliqua ſubmiſſione, in præparatione calicis ad eum aquam mittat vt ipſe eam benedicat, dicens Acolytus, Benedic Reuerendiſſime Pater: poſtea ad eum Pacem cum Acolyto mittat; in fine verò Miſſæ ei reuerentiam exhibeat, & benedictionem ad aliam partem vbi Epiſcopus non eſt impartiatur, quia inferior ſuperiorem benedicere non debet; Denique Euangelio Diui Ioannis dicto, & omnibus peractis, quando recedit antequam de altari exeat, exhibeat ei magnam reuerentiam. *c. denique,* 21. *diſt. c. ecce ego.* 95. *diſt. c. cum ad celebrandas, de conſecrat. diſt.* 1. *Cæremonial. Epiſcopor lib.* 1. *cap.* 30. Bonifacius de Vitalinis *in Clementina, Archiepiſcopo final. de priuileg. num.* 9. Emanuel Sa *verbo Miſſa, num.* 52.

26 Epiſcopus excommunicatus qui facit ſibi, & coram ſe celebrare, ex authoritate irregularis efficitur. Gloſſ. *in Clementin. vltim. de priuilegiis,* & Bonifacius de Vitalinis ibi, *n.* 10. Abbas *in c. illud de clerico excommunicato celebrante,* & Hoſtienſis ibi. Syluester *verbo irregularitas, num.* 15. Nauarrus *in Manuali cap.* 27. *numero* 244.

27 Sed meo iudicio contrarium tenendum eſt: nam cùm Epiſcopus qui ſibi & coram ſe celebrare facit, exerceat actum iuriſdictionis, non ordinis: & cùm propter exercitium actus iuriſdictionis numquam irregularitatis pœna imponatur in iure; habetur enim numquam eſſe vllam irregularitatem admittendam, niſi ſit in iure expreſſa. *c. is qui* 18. *de ſentent. excommun. lib.* 6. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 276. *n.* 21. Nauarrus *conſ.* 55. *de ſentent. excommun. num.* 4. & in Manuali *cap.* 27. *num.* 194. & 195. Armilla *verbo irregularitas, num.* 22. Ægidius Coninck *de ſacramentis, diſput.* 18. *dub.* 3. *n.* 23. Franciſcus Leo *in theſauro, part.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. Victor *in ſumm. Sacram.* §. *de confeſſ. num.* 131. *in fine.* Gutierrez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. Speculator *lib.* 1. *part.* 1. *tit. de diſpenſat.* §. 4. *num.* 36. vbi dicit, quòd Epiſcopus ſuſpenſus à Pontifi- 28
calibus in illis celebrando non eſt irregularis, quia ſine Pontificalibus poterat celebrare: & quòd hæc irregularitas non debet admitti, neque fateri, quia non eſt in iure expreſſa. Rebuffus *in praxi, regula de diſpenſat. ſuper defectu natalium, num.* 13. vbi extendit ad illegitimum, qui ſine vlla diſpenſatione ad ſacros Ordines promotus celebrauit; 29
qui irregularis non erit, licèt peccet celebrando, quia in iure cautum non eſt. Ergo cùm neque in iure cautum inueniatur, quòd Epiſcopus irregularis fiat, ſi faciat ex authoritate coram ſe celebrare, licèt peccet, non tamen irregularem eſſe dicendum eſt. ita Cardinalis Toletus *in ſumm. lib.* 1. *num.* 8. *cap.* 72. Ægidius Coninck. *de ſacram. diſp.* 18. *dub.* 6. *in fine.*

Poteſt Epiſcopus prohibere ne 30
Clerici alterius Diœceſis ſine ſua licentia ibi ſacerdotalia officia exerceant

ceant celebrando, aut baptizando. Azor *inſtitution. moral. part.* 1. *lib.*12. *cap.* 18. *quæſt.* 9. Concil. Trident. *ſeſſ.*22. *in decreto de obſeruand. & euitand.* Lancellottus *in templo*, *lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 7. Barboſa *in paſtorali*, *part.* 2. *allegat.* 21. *num.*1. *cum ſequentibus.* Barth. ab Horrario *in repertorio Alberici verbo Epiſcopus.*

31 Et quando priuatim celebrat, non debet vti mitra, baculo, pallio, aut ſandaliis, ſed benè pectorali; Cæremonialis Epiſcopor. *lib.*1. *cap.*19.

32 Secus verò quando Pontificaliter celebraturus eſt: nam ad hoc particularia indumenta ornatus cauſa myſteriosè illis adaptauit Eccleſia.

33 Primò enim quando Pontificaliter celebraturus eſt, ſi palatium Epiſcopi eſt propè Eccleſiam, ad Epiſcopi cubiculum Canonici, & dignitates, ac inferiores de Capitulo, & Capellani accedere debent, & cum eo proceſſionaliter ire, vſque ad primam portam Eccleſiæ cathedralis: & ibi vnus ex dignioribus Capitularibus porrigere ei debet aſperſorium cum oſculo, & poſtea idem reuerentèr aſperſorium ſuſcipere: poſtea verò Miſſâ & ſolemnitate peracta, omnes Capitulares ac Capellani Epiſcopum ſociare debent vſque ad oſtium palatij Epiſcopalis, Epiſcopo præcedente, ipſiſque ſubſequentibus. Et Epiſcopus pro ſua prudentia, quando Pontificaliter celebraturus eſt, debet deputare horam in qua dignitates, Canonici, & cæteri de Capitulo debeant venire. Et quando priuatim accedit, vt horis diurnis, vel ſacrificio Miſſæ aſſiſtat, tunc multi Canonici & dignitates debent venire ad oſtium Eccleſiæ, & tunc vnus ex Capellanis Epiſcopi porrigit aſperſorium, in reditu verò idem Capitulares obſeruant. Hoc enim ita practicare vidi, & ſi Epiſcopi palatium ab Eccleſia cathedrali multùm diſtet, non tenetur Capitulum ad palatium accedere, quando Pontificaliter celebraturus eſt: ſed tantum expectare ad primam Eccleſiæ portam. Marſilla *in declarationibus ſacræ Congregationis*, *titulo de clericis non reſidentibus*, *tit.*5. *lib.* 1 *fol. mihi* 1. §. 5. Hieronymus de Venerò Leyua *in lib. dicto examen Epiſcoporum lib.*4. *cap.*40. *fol. mihi* 344.

Et Epiſcopo celebranti in Pontificalibus, ſeu alia Pontificalia exercenti aſſiſtere, & inſeruire Canonici & dignitates ſuæ Eccleſiæ cathedralis debent, in decantatione Epiſtolæ, Euangelij, & ſimilium functione, per ſe ipſos: at verò quando priuatim celebrat, aſſiſtere non tenentur, neque inſeruire. Concilium Tridentinum *de reformat. ſeſſ.* 23. *cap.*8. Vgolinus *de officio Epiſcopi*, *cap.*19. §. 3. *num.*1. *part.*1. Mandoſius *ſignat. grat. titulo diſp. de non reſidendo*, *col.*2. *verſ.* Concil. Trident. Barboſa *in paſtoral. part.* 3. *allegat.* 53. *num.*139. & 141. Marzilla & Leyua *ſuprà.* 34

Si verò Canonici & dignitates renuerint, poterunt ab Epiſcopo compelli, etiamſi celebret, vel Ordinationes faciat extra Eccleſiam cathedralem, & ſub vrbe, non verò extra ciuitatem. Et ad Epiſcopum ſpectat nominare illos, qui ſibi inſeruire tenentur, niſi conſuetudo in contrarium extet, quam ſeruandam admonet Cardinalium congregat. Hieronym. Venero & Marzilla *ſuprà.*

Imperator ſeu Rex etiamſi nullum Ordinem habeat, officium Subdiaconatus vel Diaconatus exercere poteſt, Epiſcopo in Pontificalibus celebranti miniſtrando. Gloſſ. *in c.* 35

*Valentinianus*, *verbo ordinem.63.diſt.* Martinus Laudenſis *de principibus, quæſt.* 83. Caſaneus *in catal. part.* 5. *conſ.* 24. *num.* 105. Lancellottus *in templo, lib.1.cap.* 1. *de Imperatoris ornatu.* §. 1. *ſumm. Imperator eſt mundi Dominus, num.6.*

36 Et in Eccleſia vbi celebraturus eſt, ſibi debet parari Baldaquinum ſolium, & puluinar, vt in cæremoniali Epiſcoporum, & in Pontificali notatur.

Et antequam ad alia pergat, ſedens
37 ſub baldaquino quoſdam Pſalmos & Orationes præmittit: iuxta illud Pſalmiſtæ. Pſal.94. *Præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei*: vt quidquid immundum quinque ſenſuum tranſgreſſione commiſit, quinque pſalmorum oratione detergat. Primus eſt: *Quàm dilecta tabernacula tua.*83. *Benedixiſti.*84. *Inclina.*85. *Credidi.* 115. *De profundis.* 129. In ipſis quædam continentur quæ celebraturis conueniũt, & orationes quæ poſtea dicit, aptæ ſunt ad impetrandam cordis & corporis munditiam. Innocent. III. *de ſacro altar. myſterio lib.1.cap.*47. Liber Pontificalis *in pr.*

38 Deinde caligis induitur vſque ad genua protenſis, ibique conſtrictis: nam Epiſcopus pedibus ſuis rectos greſſus facere debet, & genua debilia reparare. Diuus Thomas *in additione ad lib.3 ſentent. quæſt.* 40. *art.*7. *num.* 60. Durantus *in rationali diuinor. c. de ſandaliis, lib.* 3. Soto *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 24. *quæſt.* 2. *artic.* 4. Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. Innocentius *vbi ſuprà. cap.*48. Petrus Gregorius *ſyntagmatum, lib.*15. *c.*12. *n.*38. *p.*2. Caſaneus *in catal. p.*1. *argument. conſiderat.*3.

39 Et pedibus ſandalia aſſumit. Abb. *in c. fin. de auth. & vſu pallij, num.* 3. Gloſſ. *in c. nonnulli.*93. *diſtinct.* ſignificant pulchritudinem greſſus: iuxta illud Eſaiæ capite 52. *Quàm ſpecioſi ſunt pedes Euangelizantium bona.* Sandalia verò de ſubtus integram habeant ſoleam, ad Epiſcopum admonendum ne terrena affectibus tangat, ſed deſpiciat: deſuper autem quaſapinum ſericum feneſtratum, & ideò feneſtratum locis quibuſdam, ad ſignificandum myſteria fidei non omnibus eſſe aperienda, neque reuelanda, ſed quibuſdam quibus dictum eſt, *vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Matth. 13. Lucæ 8. Durantus *c. de ſandaliis, lib.* 3. Innocentius, Lancellottus & Soto *vbi ſuprà.*

Sed quando in Pontificalibus pro 40
defunctis celebrat, neque caligis, neque ſandaliis vtitur. *c. quia nos.* & ibi Abbas & Baldus *de author. & vſu pallij.* Liber Pontificalis *in rubrica.* Cæremonialis Epiſcoporum, *lib.* 2. *cap* 11.

Si Epiſcopus regularis eſt, quia 41
iſti numquam rochetum portant, antequam ad alia pergat, debet aſſumere ſupellicem loco rocheti, quam etiam induere debet quando priuatim celebraturus eſt. Et idem facere debet Epiſcopus ſæcularis, ſi ordinariè rochetum non portat: & in hoc cauti ſint, quia multoties vidi Epiſcopos ſæculares ac etiam regulares non aſſumentes rochetum, antequam alia ſacra indumenta, quod eſt contra rubricas Miſſalis, & cæremonialis, ac etiam contra Eccleſiæ ritus. Emanuel Rodriguez *tom.*4. *de ſus obras cap.*68. *num.*6. Barboſa *in paſtorali, cap.* 4. *titulo* 1. *num.*17.

Deinde corporaliter lauat manus, 42
vt ſpiritualiter mundet actus, & vt purgare procuret tam interiora mentis, quàm exteriora corporis.

Inno

Innocentius *de ſacr. altar. myſter lib.* 1. *cap.* 49.

43 Et amictum aſſumit, qui ſuper humeros circumquaque diffunditur, per quem operum fortitudo ſignificatur: quia Epiſcopus qui fortis eſt, & habet principatum ſuper humerum, ſupponat humerum ad ſubditorum labores portandos. Innocent. *lib.* 1. *cap.* 35. *&* 50. Durantus *c. de amictu.*

44 Poſtea Albam, quæ fit ex byſſo, vel de lino. Sicut enim byſſus, vel linum candorem, quem ex natura non habet, multis tunſionibus attritum per artem acquirit; ſic Epiſcopi caro munditiam, quam non obtinet per naturam, multis caſtigationibus macerata ſortitur per gratiam. Innocent. *cap.* 36. *&* 51. Durant. *c. de Alba.*

Eámque & lumbos ſuccinctorio præcingit: nam Epiſcopis dictum eſt, *ſint lumbi veſtri præcincti.* Innocent. *ſuprà* Diuus Thomas *in addit. ad lib.* 3. *ſuper* 3. *ſentent. quæſt.* 40. *art.* 7. *num.* 60. Soto *in* 4 *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 4. Caſaneus *dict. conſ.* 3.

45 Deinde aſſumit crucem auream reliquiis Sanctorum imbutam, catenulis aureis inſertam, quam ante pectus à collo ſuſpenſam ponit, (& vulgò dicitur *pectoral*) ſucceſſit enim loco laminæ, quam veteris legis Pontifex gerebat in fronte, & myſterium quod in quatuor literis aureis ibi continebatur, in quatuor partibus crucis hîc explicatur. Innocentius *cap* 52. Durant *c. de ſuccinctorio & rorali. lib.* 3. vbi ponit ſignificationem. Lancellottus *in templo*, *lib.* 2. *cap.* 5. Caſaneus *in catalog. part.* 1. *conſ* 5. Diuus Thomas *ſuprà num.* 40. Liber Pontificalis *de conſecrat. electi in Epiſcopum.* Cæremonialis Epiſcoporum *lib.* 2. *cap.* 8. *col.* 8. Petrus de Vergamo *in tabula aurea Diui Thomæ*, *verbo Epiſcopus num.* 13. Miſſalis Romanus *in rubrica de ritibus celebrandi.* §. 1.

At verò autores allegati loquuntur de cruce & eius ſignificatione, & magis ex eorum verbis colligitur eſſe indumentum ſolius Papæ, quàm Epiſcoporum: ſed in contrarium extat antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper permiſit Dominis Epiſcopis pectorali vti; & aliqui ex ſuprà allegatis licèt Epiſcoporum eſſe dicant, non tamen declarant vtrùm ab Eccleſia illis fuiſſet conceſſum, anve ab ipſis vſurpatum: & ſic dicendum iudicaui quòd poſt aliquam ſpeculationem certum eſſe exiſtimo.

Antiquitùs namque in tanta fuerunt obſeruantia Epiſcopi, quòd 46
quemadmodum hodie Romanus Pontifex in denſis portatur in diebus ſolemnibus, ita tunc Epiſcopi, vt diximus in hac prima parte *cap.* 47
11. *num.* 1. & tali cultu & reuerentia venerabantur, & tanta ſubmiſſione: nam genuflexu adoro te dicebat quilibet fidelis, ſi obuium haberet Epiſcopum; & ideò numquam in publicum abſque ſacris ſymbolis prodibant. Fileſacus *de ſacra Epiſcopor. author. cap.* 1. §. 2. *fol.* 4. Vtebantur namque ſacris ſymbolis, & ante ſe reliquias Sanctorum geſtabant, vt diximus *d c.* 11. *num.* 1. ne adoratio illa ipſis in totum tributa videretur, ſed ſacris ſymbolis, & reliquiis Sanctorum.

At verò poſtquam in diuerſis 48
Conciliis in denſis portari, & ſacris ſymbolis & reliquiis Sanctorum à collo ſuſpenſis vti prohibitum fuit, cum nihilominùs eadem reuerentia, cultu, & adoratione venerarentur, pio & ſanctiſſimo zelo aſſueuerunt crucem auream reliquiis Sanctorum imbutam ante pe-

ctus geſtare, vt adoratio Cruci non
ſibi facta videretur! (vt videre eſt
49 in Pontifice Romano qui ob id in
pede dextero crucem habet) quam
geſtare diuinum fuit, & mirabile.
Nam æquiſſimum eſt quòd Eccleſiæ
Patres, ac Domini Ieſu Chriſti Vi-
carij eius vexillum publicè ante pe-
ctus portent, vt Sacramentum quod
veteris legis Pontifex tunc præfere-
bat in fronte, Epiſcopus recondat
in pectore: cuius vſus ita anti-
quiſſimus eſt in Eccleſia, nam tem-
50 pore Nicolai primi Pontificis Ma-
ximi, prope annum Domini de 860.
publicè ab anterioribus temporibus
Epiſcopi crucem, vulgò *pectoral* re-
liquiis Sanctorum imbutam, & ca-
tenulis aureis inſertam ante pectus
portabant: conſtat ex Epiſtola Ro-
chalei Sucſſionenſis Epiſcopi ad Ni-
colaum Papam. Fileſacus *vbi ſuprà*
*c.*1.§.2.*fol.*4.

51 Poſtea ponit Stolam ab humeris
dependentem, quæ ſignificat pa-
tientiam quam Epiſcopus habere
debet, vt promiſſiones reportet:&
ideò cum ſuccinctorio nexibus qui-
buſdam colligatur, quia virtutes
virtutibus ſocientur, ne aliquo ten-
tationis moueatur impulſu. Inno-
cent.*cap.*54.Durantus *c.de ſtola.* Cæ-
remon. Epiſcopor. *lib.* 2. *cap.*8.*col.*8.
Miſſalis Romanus & Lancellottus
*ſuprà num.*14.

52 Presbyter autem iuxta decretum
Bracarenſis Concilij debet vti ſtola
tranſuerſa ante pectus, ſub excom-
municationis pœna. Innocent. &
Lancellottus *ſuprà num.* 11. *&* 12.
nam ſtola aliud ſignificat in Epiſco-
po, aliud in ſimplici Sacerdote: vt
latè Gratianus diſceptat,*forenſ.tom.*2.
*cap.*298.*num.*61.*fol.*401.

Deinde induit tunicam ſericam
53 poderim id eſt talarem, ſignifican-
tem perſeuerantiam, & illam tuni-
cam inconſuttilem, ſuper quam
miſerunt milites in die paſſionis
ſortem Innocentius *lib.*1. *cap.* 39. *&*
55. Durantus *c.de tunica.* Soto *in* 4.
*diſt.*24.*quaſt.*2.D.Thom.*ſuprà n.*80.&
Lancellottus *num.*11.

Super tunicam induit Dalmati- 54
cam, ſic dicta quia in Dalmatia
fuit reperta, quæ charitatis largi-
tatem ſignificat: & ideò largas ha-
bet manicas, nam Epiſcopus manus
debet habere largas ad eleemoſy-
nas, iuxta illud Eſai.38. *Frange eſu-*
*rienti panem tuum, & egenos vagoſque*
*duc in domum tuam,*&c. ob id enim
Diaconi ſpecialiter Dalmaticis v-
tuntur,quia ab Apoſtolis electi ſunt
vt ex officio pauperibus inſeruirent
in eleemoſynis elargiendis,& etiam
Epiſcopis. Innocent. *de ſacro altar.*
*myſter. cap.* 40. *&* 55. Durantus. *c.de*
*Dalmatica.* Diuus Thomas Soto &
Lancellottus.

Manus autem operit chirothecis, 55
nam multoties bonum opus quod
agitur innani corrumpitur fauore,
& ideò cautelam ſignificant, qualis
fuit. Rebeccæ quando Iacob manus
pelliculis circumdedit hædorum:ob
quod dixit Dominus, attendite ne
iuſtitiam veſtram faciatis coram
hominibus vt videamini ab eis, ſed
neſciat ſiniſtra veſtra quid faciat
dextera. Habent enim circulum au-
reum deſuper,ad bonorum operum
prudentiam & ſplendorem ſignifi-
candum. Soto *ſuprà* Petrus Grego-
rius *ſyntagmat.part.*2. *lib.* 15. *cap.* 12.
*num.*41.Innocent.*c.*41.*&* 56.Durant.
*c.de chirothecis.*

Caſula omnibus ſacerdotibus 56
communis eſt, Charitatem, quæ
multitudinem operit peccatorum,
& vſque ad inimicos extenditur,ſi-
gnificat: de qua latè Innocent. *cap.*
42.*&* 57.Durantus.*c.de planeta.* Soto
D.Thom.Lancellott.

Poſtea

Poſtea Mitram aſſumit, vtriuſque teſtamenti ( in quibus Epiſcopus debet eſſe peritus ) ſignificantem diſciplinam. Circulus aureus qui anteriorem & poſteriorem partem complectitur, indicat quòd omnis ſcriba doctus in regno cælorum de theſauro ſuo noua profert & vetera. Innocent. *c.59.& cap.*44. Soto, Caſaneus, Lancellottus, & Petrus Gregorius, Petrus à Biaxio *in director.election.cap.50.part.3.num.1.*

58 Apoſtolorum autem tempore Epiſcopi vtebantur in capite loco mitræ lamina aurea, ſiue bratea aurea in modum coronæ regalis, vt ex Clemente Alexandrino, & Euſebio

59 refert Epiphanius, hæreſi 29. & 78. quòd ab antiquo vſi ſunt Epiſcopi mitris pretioſis, gemmis ornatis, refert Baronius, Epiphanium citans anno Chriſti 34 *n.*85.& 86.

60 Et ſicuti antiquitùs Epiſcopi vtebantur corona regali loco mitræ, hodie è contrario Moſcouitarum Rex loco coronæ regalis vtitur mitra, & loco ſceptri baculo paſtorali. Ioannes de Perſia *en ſus relaciones lib.3.relat.3 fol.*136.

61 Epiſcopi & Archiepiſcopi Moſcouitarum mitris rotundis & nigris vtuntur: Natuagardenſis Epiſcopus alba bicorni more noſtro. Petrus Gregorius *ſyntagmat. lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 39. & Lancellottus *ſuprà.*

63 Deinde baculus ei datur, qui ſignificat cuſtodiam, quam habere debet vt Paſtor, & caſtigationem ſiue coërctionem vt diligens Paterfamilias: & ideò eſt acutus in fine, rectus in medio, retortus in ſummo, quia Epiſcopus debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos. Gloſſ. *in c. vnico, de ſacra vnct.* Innocent. *cap.*45.& 61. Durantus *c. de baculo.* Diuus Thomas, Petrus à Biaxio, Petrus Gregorius, & Caſaneus. Bouadilla *in politica, lib.*2. *num*4. *in fine, cap.*17.

Apud Vtopienſes inſulanus Epiſcopus loco baculi portat Cereum, 64
quia bonæ vitæ eſt ſymbolum, & in Epiſcopo magis quàm in aliis bonæ vitæ ſplendor niteſcere debet. Petrus Gregorius *ſuprà num.*39.

Deinde annulum, in ſignum ſpi- 65
ritualis matrimonij accipit aureum, rotundum, & gemmatum, & eſt fidei ſacramentum, in quo Chriſtus ſponſam ſuam ſanctam Eccleſiam ſubarrauit, vt ipſa dicere poſſit, *Annulo ſuo ſubarrauit me Dominus meus,* id eſt, Chriſtus: cuius pædagogi & cuſtodes ſunt Epiſcopi. Innocent. *cap.*46.& 60. Diuus Thomas, Soto, & Lancellottus, Pontificalis *titulo de conſecrat. electi in Epiſcopum.* Panormitan. *in c. antiqua, de priuileg. num.*10. Selua *de benefic. part.*1. *quæſt.*4. *num.*31. Sarmiento *de reditibus, p.*4. *cap.*6. *num.*11.

Et collocatur in quarto digito à 66
pollice manus ſiniſtræ, qui minimo vicinus eſt: quia annulus in ſignum mutui amoris datur. *c. fœminæ* 30. *quæſt.*5. & cum propria amoris ſedes cor ſit, & cor ſignari nullo modo valeat, ſignatur annulo quartus digitus, vbi vena ſeu neruus à corde procedens eſt.

Datur etiam annulus in amoris 67
pignus, vt illo pignore mediante deſponſatorum iungantur corda: at verò pignus cordi applicari nullo modo poteſt, ſed quid faciendum, applicetur vbi cordis veſtigia ſunt, hoc eſt in quarto digito. Et ſic Epiſcopus à ſponſa annulum recipiens in mutui amoris ſignum & pignus, quia in corde recondere ſeu reponere nō poteſt, ibi collocat vbi cordis (amoris ſedes) neruus adeſt: vt per eum ſemper recordetur fidei promiſſæ

miſſæ ſponſæ; & ſicut ille qui verè amat, vt communiter dicitur, in id quod amat transformatur, ita Epiſcopus intelligat iam ipſe ſibi non viuere, ſed in ſponſa, & ſponſa in eo: vt Paulus dicebat, *viuo ego, non ego, viuit in me Chriſtus.* Et iam cor ſuum non eſſe ſuum, ſed ſponſæ, & cor ſponſæ eſſe ſuum, & ſic annulum pro ſigno ferunt in teſtimonium.

Ex quo infero per abuſum introductum, quòd Epiſcopi in quarto digito manus dexteræ annulum portent, & ſæculares in minimo eiuſdem manus dexteræ: non quia in eis ea ratio quæ in Epiſcopis procedit, ſed in ſignum ſuperioritatis quam quartus digitus manus ſiniſtræ inter alios habet, vtpote cordis ornamento decoratus: nam ex eo quidem neruus de corde natus prorſus pergit vſque ad quartum digitum, manus ſiniſtræ, & illic deſinit implicatus cæteris eiuſdem digiti neruis; & ideò viſum veteribus fuit, vt ille digitus annulo tamquam corona circumdaretur. Aulus Gellius *in lib. Ægyptial. lib.* 10. *cap.* 10. Petrus Gregorius *ſyntagmat. iur. lib.*8. *cap.*7. *num.*1. *tom.*1.

68 Manipulum tunc aſſumit, cum in altari confeſſionem dixerit, & ei apponitur in manu ſiniſtra, vt ſudorem mentis abſtergat, & ſoporem cordis excutiat: nam ideò dicitur manipulum, ſiue mappula, vel ſudarium. Innocent. *cap.*58. Durant. *c. de manipulo.* Lancellott.

69 In Miſſis defunctorum aſſumere debet manipulum ante planetam vt cæteri Sacerdotes, neque debet vti ſandaliis, chirothecis, baculo paſtorali, neque orationes dicit aliàs dicturus ſi eis vteretur. Cæremonial. Epiſcopor. *lib.*2. *cap.*11. & in Pontifical. Neque vti poteſt pallio. *c. quia nos.* & ibi Panormitan. *num.*3. & 6. & Baldus *num.*1. *de auth. & vſu pallij.*

Romanus Pontifex numquam vtitur baculo paſtorali, quia à nemine niſi à Deo recipit poteſtatem, vel propter illud hiſtoriæ; referunt namque quòd cum B. Petrus: Marcellum diſcipulum ſuum (quem Dominus inter diſcipulos conſtituit dicens, niſi efficiamini ſicut paruulus iſte non intrabitis in regnum cælorum) miſit cum quibuſdam aliis ad prædicandum Germanis, qua in via ad viginti dietas defuncto collega eius, rediit ad nuntiandum Petro, cui Petrus, accipe dixit baculum hunc, & tangens defunctum dic, ſurge in nomine Domini, & prædica, & à die vigeſimo mortis ſuæ tetigit, & ſurrexit, & tunc baculum à ſe amouit Petrus, & hodie cum maxima reuerentia Treuerenſis ſeruat Eccleſia. Innocentius *de ſacr. altar. myſter. cap.*61. *c. vnico de ſacra. vnct.* Zerola *in prax. verbo baculum, part.*1. Lancellottus *in templo lib.*2. *cap.*1. *num.*3 *de Pontificis maximi ornatu. ſumm. cruce vtitur Pontifex.* Diuus Thomas, Soto, Caſaneus, Petrus Gregorius, Bonadilla, Barboſa *in paſtorali, tit.*1. *cap.* 5. *num.* 14. Hieronymus de Leyua *in examine Epiſcoporum, lib.*4. *cap.*10. *num.*21. 70

Archiepiſcopus, ſeu Patriarcha inter Miſſarum ſolemnia vtitur pallio, quod ſignificat diſciplinam: nam Archiepiſcopus non ſolùm debet regere ſuos, ſed etiam omnes de prouincia. Fit de candida lana contextum, habens deſuper circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ab vtraque parte dependentes, quatuor autem cruces retrò, & à dextris, & à ſiniſtris: ſed à ſiniſtris eſt duplex, & ſimplex à dextris. Tres autem acus pallio infiguntur, ante 71

ante pectus, ſuper humerum, & poſt tergum, hæc omnia moralibus ſunt imbuta myſteriis, & diuinis grauida ſacramentis, quæ mirabiliter exponit Innocentius *c. de pallio* 62. Durantus *c. de pallio*. Hieronymus Roman. *en ſu republica Chriſtiana cap. 6. lib. 3.* Armilla & Syluester *verbo pallium*. Abbas *in rubrica de author. & vſu pall.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 1. de ornatu & de pallio. & cap. 4. de Archiepiſcopo.* Cæremonialis Epiſcoporum *lib. 1. cap. 16.*

72 Sed non ſemper eo vti poterit, niſi in feſtiuitatibus ſolemnibus, vt in die Natiuitatis Domini, S. Stephani, S. Ioannis, in die Circumciſionis, in Epiphania, in Ramis palmarum, in Cœna Domini, in Sabbato ſancto, triebus diebus Reſurrectionis, & etiam Pentecoſtes, in Feſtiuitate omnium Sanctorum, omnium Apoſtolorum, in Dedicatione Eccleſiæ, in die Anniuerſarij ſuæ conſecrationis, in ordinationibus clericorum, in conſecrationibus Epiſcoporum & in principalibus feſtiuitatibus Eccleſiæ ſuæ. Gloſſ. *in c. ad honorem. de auth. & vſu pallij. c. final. de feriis. c. ad honorem. c. quia nos, cum ſimilibus de auth. & vſu pallij. c. final. de feriis.* Rodeanus *de ſimonia part. 1. cap. 17. num. 9. fol. mihi 60.*

73 Papa verò quolibet die, loco, & tempore eo vtitur. *c. ad honorem.* & ibi Panormitan. & Scribentes, *de author. & vſu pal.* Marius Alterius *de cenſuris tom. 1. lib. 5. diſp. 12. cap. 2. col. 5. litera B.* Hieronymus de Leyua *in examine Epiſcoporum, lib. 4. cap. 10. num. 20.* Rodeanus *n. 10.*

73 Archiepiſcopus quando proceſſionaliter exiit de Eccleſia pallium non portat, ſed tenetur preciſè in porta Eccleſiæ relinquere, ob magnam reuerentiam illius veſtimenti: nam datur ſibi in ſignum Pontificalis officij, vt eo inter Miſſarum tantùm ſolemnia vtatur, non verò per vias, *c. 1.* & ibi Abbas *de auth. & vſu pallij.* Emanuel Sa *verbo pallium. n. 1.* Hieronymus de Leyua *n. 14.* Liber Pontificalis *titulo de pallio.*

Neque poteſt extra prouinciam cum pallio celebrare, etiam de licentia Ordinarij illius loci, quia ſtrictior eſt vſus pallij quàm Pontificalium. Gloſſ. *in Clement. vltim. de priuileg.* & Cardinalis ibi *num. 6. verſ. ſimili. c. ex tuarum. 5.* & ibi Abbas, *& in c. cum ſis. num. 3. de auth. & vſu pal.* Hoſtienſis *in ſumm. eodem tit. §. & quo loco.* Liber Pontifical. *dic. titulo.* Sa *verbo pallium, n. 1.* 74

Sed quòd poſſit pallio vti extra prouinciam de licentia Ordinarij illius loci, tenet Hieronymus de Leyua *in lib. dicto exam. Epiſcopor. c. 10. lib. 4. n. 17.* 75

Neque poteſt intra prouinciam cum pallio celebrare ſine Suffraganei illius loci permiſſu: licèt de iure antiquo liberè poterat. Emanuel Rodriguez *cap. 4. de ſus obras, cap. 67. de los Obiſpos, num. 24.* 76

Et licèt poſſit alium Archiepiſcopum inuitare ad celebrandum in ſua Eccleſia, & illi accommodare ſuum Pontificale, ſpecialiter cautum eſt in pallio ne accommodare poſſit. *c. ad hoc 2.* & ibi Panormitan. *num. 3. de auth. & vſu pallij.* Liber Pontificalis, Hoſtienſis, Sa, Leyua *num. 18. ſuprà.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 4. de Archiepiſcopo.* 77

Archiepiſcopus ſeu Epiſcopus in loco exempto ſuæ diœceſis poteſt in Pontificalibus celebrare, etiam cum pallio, & populum ſolemniter benedicere, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*: & habere Canonicos qui ei aſſiſtant, etiam ſine licentia exemptorum. *Clement. vltim.* 78



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de priuileg.* & Cardinal. ibi. *num.* 9. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 467. *tom.* 3. Franciſcus de Pauinis *de viſitat. quæſt.* 3. *partis ſecundæ, n.* 9. Tuſchus *litera E, concluſione* 243. *num.* 3. Syluester & Angelus *verbo pallium, n.* 5. *&* 6. Cæremonialis Epiſcoporum, *lib.* 1. *cap.* 4. Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 80. *num.* 14. *& allegat.* 105. *num.* 66.

79 Sed quod facere Patriarcha, Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus nequit, illud eſt: concedere alteri Epiſcopo licentiam in loco exempto ſuæ Diœceſis vel in Diœceſi Suffraganei celebrandi, ſine licentia ordinarij, aut exemptorum. Neque ibi ipſe Archiepiſcopus, ſeu Epiſcopus, ſine exemptorum licentia prædicare poterit, licèt intra limites ſuæ Diœceſis aut prouinciæ ſint. Gratianus *num.* 31. *vſque ad* 37. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 6. *num.* 14.

80 Archiepiſcopus ſi ad aliam transfertur Eccleſiam, pallium cum eo transfertur, ſed non quoad vſum: nam ſi Eccleſia Archiepiſcopalis eſt, alium petere tenetur, non verò ſuo vel prædeceſſoris vti. Si verò Epiſcopalis tãtùm, id ſeruare debet, vt poſtea cum eo ſepeliatur, vel cum ambobus, ſi aliud ſibi conceſſum eſt. Gloſſ. *in c. ex tuarum*, & ibi Abbas *in c. ad hoc. de auth. & vſu pallij.* Idem Abbas *in c. bonæ memoriæ d.* 2. *in fine, cum gloſſ. de poſtulat. Prælator.* Hoſtienſ. *titulo de pallio*, & Liber Pontifical. *eodem titulo* Emanuel Sa *verbo pallium, num.* 3. Rodeanus *p.* 1. *tit. de ſimonia. c.* 17. *n.* 10. Hieronymus Venero *c.* 10. *n.* 14.

81 Et licèt prohibitum ſit mortuorum corpora cum ornamentis pretioſis & annulis ſepelire. *l. medico.* §. *mulier. ff. de auro & argento legato. l. & ſiquis* §. *impenſa. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. l. ſeruo alieno* 113. §. *ineptas. ff. de legatis primo.*

Veterum enim mos ſolemnis 82
fuit apud multas receptus prouincias, quòd in exequiarum die vita functus mirificè exornaretur, ſicuti in die ſupremæ ac magnæ lætitiæ: vt videre eſt latè apud Alexandrum ab Alexandro *dierum genialium*, & ibi Tiraquellus *lib.* 3. *cap.* 7. Plutarchus *problem. cap.* 13. *&* 25. Homerus *lib.* 18. *de cadauere Patrocli.* Suetonius *in Nerone cap.* 50. Pomponius Mela *lib.* 2. *cap.* 2. Valerius Maximus *lib.* 2. *cap.* 1. *& lib.* 4. Valerius Tribunus *in illa eleganti oratione apud Liuium* 4. *decada. lib.* 4. Egregiè & latè Ioſeph de Acoſta Ieſuita *in hiſtoria naturali de las Indias* vbi plura refert, *lib.* 5.
*cap.* 8. Conſtat etiam ex eo quòd illi 83
qui canonizandi erant, in ſolemnitatis die defuncti effigies pretioſis induebatur ornamentis, vt refert Alexander ab Alexandro: & ibi Tiraquellus cum aliis, *dierum genialium lib.* 6. *c.* 4. *fol. mihi* 844. vbi canonizationis formam in hunc refert modum: Qui conſecrandus, ac in Sanctos referendus erat, vita functo, tunc pyram in tabernaculi formam conſtruebant, auro & ebore ſigniſque & tabulis pictis exornatam mirificè, alium deſuper tabernaculum breuiorem vſque ad tertiam conſignationem erigebant, aquila cum omnium Deorum aggeſtu in ſummo culmine locata, lectóque conſtructo purpura & auro, in quo defuncti effigies qui conſecrandus erat, valde exornata iacebat. Senatus, Equeſter ordo, atque magni viri triumphales, quique ampliſſimos honores geſſerant, cum magno applauſu procedentes, lectum deferebant in pyram, cum carmine & hymnis, omnibus humanis diuiniſque aggeſtis honoribus. Demum

mum incenſa pyra cùm vapore & fumo aquila agitata è ſummo culmine tabernaculi aëra petiiſſet, religio incuſſa fuit ipſius animam per inane cælum tranſiſſe, ipſámque quod mortale erat, defæcato & caduco in numero, cæleſtium & in Deorum conſilio receptam fuiſſe: & hanc conſecrationem Græci apotheoſim appellabant.

84 At verò in Epiſcopis contrarium deciſum extat; vt Gloſſa & Baldus notarunt in capite 2. de auth. & vſu pallij, vt tam in vita, quàm in morte, corpus armatum incedat contra inimicorum inſidias, & tunc tremendus & terribilis infernalibus poteſtatibus appareat, ad eúmque accedere timeant, cùm eum tamquam fortem militem cæleſtis militiæ Pontificalibus indumentis, cum pallio, baculo, & mitra munitum viderint: & ideò dicitur mitra à minando. Gloſſ. *in c.* 9. 49. *diſt.* quaſi minans dæmoni; vel ideò quia mitræ, qua cæleſtem Sion eſt ingreſſurus, benè eſt quod corpus habeat veſtem, & ornamenta nuptialia, quæ ſibi tradidit Sponſa in die coronationis ſuæ. Coronationis dies tunc eſt cùm laqueus contritus fuerit, & à miſerrimo corporis carcere liberati fuerimus: igitur ornetur tunc maieſtuosè, quando eius anima cæleſtem gloriæ coronam acceptura eſt, ne ſibi dicatur, *Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?*

85 Archiepiſcopus in mari vita functus, non proiicitur in mare cum pallio. Argumento textus *in l. quidem. ff. de condition. inſt.* ſed debet ſeruari, & poſtea ſepeliri in Eccleſia, neque ideò rei animatæ ſepultura dicetur. Baldus *in c. ad hæc. de authorit. & vſu pallij, num.* 1.

86 Si pallium caſu accidentali perdatur, vel crémetur, alium petere debet à Papa, non ipſe eligere. Hieronymus de Leyua *in examine Epiſcopor. lib.* 4. *c.* 10. *n.* 19.

Archiepiſcopus electus, confirmatus, & conſecratus donec pallium accipiat non poteſt facere portare coram ſe crucem, (vulgò *Gion.*) Liber Pontifical. *titulo de pallio.* Cæremonial. Epiſcoporum *lib.* 1. *cap.* 4. Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 4. *de Archiepiſcopo.* Rodeanus *titulo de ſimonia, cap.* 16. *part* 1. Angelus *verbo Archiepiſcopus, num.* 3. & Syluester *eodem verbo, num.* 6. *c. quod ſicut. § ſuper eo. de elect.* Cardinal. *in Clement. vltim. de priuileg.* 87

Exiſtens Epiſcopus in aliena Diœceſi poteſt ſine licentia Ordinarij in Pontificalibus celebrare, hoc eſt, Miſſam cum mitra, & baculo, & cæteris ornamentis Pontificalibus cantare. Gloſſ. *in Clement. vltim. de priuileg. verbo etiam celebrare,* & Cardinalis ibi, *num.* 6. idem Cardinal. *in Clement.* 1. *de foro competenti.* Panormitanus *in c. ex tuarum, & in c. fin. de auth. & vſu pallij, & in c. antiqua de priuilegiis, num.* 10. *& in c.* 1. *vt lite pendente, num.* 7. Iacobus à Graffis *in deciſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Syluester *verbo Archiepiſcopus, num.* 6. *& verbo Patriarcha verſ. ex quo infertur* Nicolaus de Milis *in repertorio, verbo Epiſcopus, verſ. Epiſcopus etiam.* Franciſcus de Aretio *conſ.* 150. *incipit reſpondendo breuiter, num.* 3. Couarruuias *variar. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 9. Bonacina *de ſacramentis omninò videndus diſput.* 3. *quæſt. vnic. punct.* 2. *num.* 13. Barboſa *in paſtorali, tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 23. *& part.* 2. *allegat.* 30. *num.* 16. *& part.* 3. *alleg.* 80. *num.* 14. 88

Et tunc poterit etiam populum ſolemniter benedicere, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum,* &c. 89



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bonacina *vbi ſuprà* citans Henriquez; ſed contrarium tenent. Panormitanus *in c. antiqua de priuilegiis, num.* 10. & Sylueſter *verbo Patriarcha.* ſed Bonacinæ & Henriquez opinio æquior.

90 Neque obſtant verba Concilij Tridentini *in c. 5. de reformat. ſeſſ. 6.* vbi prohibetur Epiſcopis Pontificalia in aliena Diœceſi exercere ſine Ordinarij licentia: nam nomine Pontificalium de quo ibi, debet intelligi de vſu Pontificalium cum aliquo exercitio, qualis eſt clericos ordinare, chriſma conficere, aras & calices conſecrare, indumenta cultui diuino parata benedicere, &c. Cardin. Toletus *in ſumm. lib. 1. cap. 49. num. 2.* non verò Miſſæ celebratio cum mitra, & baculo, quæ non ſuperioritatem ſeu iuriſdictionem, ſed grauitatem, & tantæ dignitatis maieſtatem denotant. Sylueſter *verbo Patriarcha. verſ. ex quo infertur.* Iacobus à Graffis *d. lib. 3. cap. 2. num.* 10. & patet ex eo quòd Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, vel à Pontificali officio, non fit irregularis etiamſi celebret cum mitra, & baculo, & aliis Pontificalibus indumentis, eo quòd ſub nomine Pontificalium, vel Pontificalis officij non comprehenditur Miſſæ celebratio. Gloſſ. *ſingular. in extrauag. 2. Ioann. 22. de elect. verbo à Pontificalibus.* Gloſſ. *in c. dilectus, de conſuetudine, verbo à ſuſpenſis.* Gloſſ. *in c. quia Pontificali 2. de officio delegati, lib. 6. verbo ſacerdotale, verſ. ſcias.* Emanuel Sa *verbo ſuſpenſio. num.* 8. Zerola *in praxi, verbo Epiſcopus, part. 2. num.* 26. Paulus Borgaſius *de irregularitate, part. 6. titulo de ſententia ſuſpenſionis, num.* 32. Speculator *titulo de diſpenſationib. lib. 1. part. 1. §. 4. num.* 36. Armilla *verbo ſuſpenſio. num.* 9. Couarruuias *in Clementin. ſi furioſus, part. 1. §. 1. verſ. ſecundum.* Iacobus à Graffis *in deciſ. lib. 4. c. 25. num.* 3. & ſic Concilium non prohibet Miſſæ celebrationem cum Pontificalibus ornamentis, vt ex textu Concilij accipitur, vbi tantùm loquitur de vſu Pontificalium, cum exercitio, ibi: *Pontificalia in perſonas eidem Ordinario ſubiectas*, & ibi: *& ſic ordinati.* Non verò de Miſſæ Pontificalis celebratione, quæ Ordinario nihil detrahit, ſeu vſurpat; & mens Concilij eſt, quòd nemo niſi in ſuam meſſem falcem mittat, vel iuriſdictionem exerceat. Et cùm Epiſcopus Pontificaliter celebrando neque iuriſdictionalem actum exerceat, neque Ordinario præiudicet, dicendum eſt cum Bonacina, Couarruuia, Henriquez, & Barboſa, poſſe extra Diœceſim celebrare Pótificaliter, ſine licentia Ordinarij, & vti benedictione ſolemni, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum:* ſine aliquo ſuſpenſionis metu.

Sed non debet extra Diœceſim 91
benedictionem ſimplicem dare itineribus eundo. Stephanus Gratianus *diſceptation. forenſium. cap. 467. num. 58. tom. 3.* Hieronymus Venero *in examine Epiſcoporum, lib. 4. cap. 17. num. 19. fol. mihi 288.* Vgolinus *de off. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. c. 3.*

92 Et ratio eſt, quia Epiſcopi benedictio (vt poſtea dicemus) venalia peccata dimittit, quæ niſi per Superiorem dimitti nequeunt. *c. quod autem. de pœnitent.* & cùm Epiſcopus extra Diœceſim nihil iuriſdictionis habeat, ſeu ſuperioritatis, ergo talem benedictionem ſimplicem impartiri non debet. 93

Interrogauit enim me in caſu 94
occurrenti quidam præſtantiſſimus Præſul extra propriam Diœceſim exiſtens, vtrùm poſſet in hac Matritana curia confeſſiones audire; &

tentes

reſpondi ſine dubio poſſe, ſi pœnitentes ſubditi eſſent: quia ſacramentalis confeſſio, & abſolutio, ſine ſtrepitu iudiciali fit, & inter volentes exercetur, & ſic quia de voluntaria iuriſdictione eſt, exerceri extra territorium poſſe. Gloſſ. *in c. nouit. & in c. excommunicatio. de offic. delegati.* Gonzales *in reg. 8. cancellar. gloſſ. 62. num.* 10. Cardin. *in Clement. 1. de foro competent.* Menochius *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 43. num.* 16. *&* 17. Toletus *lib. 1. cap. 16. num. 14. & lib. 3. cap. 13.* Victoria *in ſumm. titulo de confeſſ. num.* 138. Henriquez *lib. 6. cap. 7.* §. 1. Gregorius Lopez *in l. 21. verbo parochianos. tit. 4. part. 1.* Hoſtienſis *in ſumm. de pœnitent.* §. *cui confitenti. verſ. & numquid.* Et poſſe etiam, licèt ſubditi non eſſent, ſi Ordinarij licentiam haberet omnia exercendi, quaſi in propria exiſte-
95 ret Diœceſi.

Si verò hanc licentiam non haberet, neque pœnitentes ſubditi fuiſſent, nullo modo poſſe: quia extra Diœceſim in alienos ſubditos nullam habet iuriſdictionem, neque aliqua exercere ſibi permittebatur, ſine Ordinarij illius loci permiſſu, & ideò Epiſcopus extra Diœceſim non conſideratur niſi tamquam perſona priuata. Ancharranus *in Clem. quamuis de foro competenti. num.* 1. Carolus Ruinus *conſ. 155. num. 7. vol. 4.* Stephanus Gratianus *diſceptation. forenſ. tom. 2. cap. 298. n. 90. & c. 383. n. 1.*

96 Neque poteſt Epiſcopus in aliena Diœceſi ſine Ordinarij licentia prædicare, vt deciſum extat à Clemente VIII. anno de 1600. referunt Gratianus *diſceptation. cap. 383. n. 10. & 11.* Riccius *in prax. deciſ. 543. n. 5. & deciſ. 706. num. 6.* Fuſcus *de viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 23.* Directorium Inquiſitorum *2. parte in c. excommunicamus,* §. *quia verò. num. 2. & 3.* Barboſa *in remiſſionibus ad c. 2. Concilij Tridentini ſeſſ. 5. de reformat. fol. 9. num. 3. & in paſtorali part. 3. allegat. 76. num.* 2. & verba illa, *Ite, & prædicate Euangelium hoc omni creaturæ.* Matth. 9 Marci vltim. nihil ge-
neralitatis inducunt: nam poſtquam 97
Epiſcopatuum diuiſio facta eſt, ſunt intelligenda in proprio populo, non in alieno, niſi illius populi Præſul præſtet aſſenſum. ita Fuſcus Gratianus, Riccius, & Barboſa.

Epiſcoporum namque præcipuum 98
munus prædicatio eſt: & ideò Apoſtolus 1. Timoth. 3. Epiſcopum vult eſſe Doctorem, *vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere*; ſicuti iniqui & peccatores hoc munus aſſequi prohibentur, ita indocti & imperiti à tali officio retrahuntur, illi enim exemplo ſuo vitam bonorum corrumpunt, iſti ſua ignauia iniquos corrigere neſciunt. Quomodo enim Epiſcopi docere poterunt, ſi ipſi non didicerunt, & ſi neſciunt docere, deſinant locum docendi, quem habent: ignorantia quippe Præſulum, vitæ non congruit ſubditorum: nam ex officio tenentur ſubditos docere, atque inſtruere, & aduerſarios & impios reuincere, qui niſi refutati fuerint, atque conuicti, facilè poterunt ſimplicium corda peruertere. Meritò enim de illis dicere poſſu-
mus quod ſcriptum extat Canticor. 99
*Mille clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium:* Sed quare mille clypei pendent, ſi ſibi vnum ſufficit? quia Epiſcopus non ſolùm debet eſſe peritus ſibi, ſed etiam ſubditis & eſſe omnium armatura, & ſcutum, vt debiles ſua doctrina, & prædicatione munire, & fortificare valeat. Pendent etiam ex eo mille clypei, vt in eis iacula ſubditis iacta recipiat, & vt ad eum omnes accedentes ita



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fortes & munitos mittat ſua ſapientia, & ſcripturarum diſciplinis, quòd illud eis ſeruiat contra inimicorum inſidias, pro ſcuto pendent etiam ex eo mille, vt inter ſubditos elargiatur, hoc eſt, doctrinam & eruditionem quam habet, ita ſubditis communicet, quòd intelligant in eo habere doctorem & protectorem, qui in neceſſitatibus eorum ſcutum ſit, vt eis ſubueniat. Hac enim de cauſa valdè Epiſcopis in propria Diœceſi reſidentia commendatur & omnibus prohibetur ibi prædicare, quia indecens & inconueniens eſt, quòd oues alieno defendantur ſcuto, atque alantur pabulo, & meretricum more, ſubditi, qui filiorum vicem obtinere debent, exponantur, vt alieno alantur lacte, & extraneorum protegantur ſcuto.

100 Sed quia ex infirmitate, ſeu ex alia iuſta cauſa non ſemper prædicare Epiſcopi queunt, permiſſum in diuerſis Conciliis eſt eligere verbi Dei concionatores peritos, qui diuini verbi myſteria ſedulò populo & ſubditis annuntient. *c. Epiſcopus nullam.* 88. *diſt. c. inter cætera. de offic. ordinar.* Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *&* *de reformat ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Latè Fileſacus *de ſacra Epiſcopor. auth. cap.* 1. §. 4. *& cap.* 15. *per tot.* Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *alleg.* 76. *num.* 4.

101 Et ſic ad Epiſcopum, non ad ciuitatis communitatem, aut ad Eccleſiæ Capitulum pertinet eligere Prædicatores, quacumque conſuetudine ſeu priuilegio non obſtante. Barboſa *ſuprà num.* 6. Et ſic in Aduentu, Quadrageſima, & in cæteris feſtiuitatibus, ad eum ſpectat electio, & ſoluere Prædicatoribus ſtipendium, ratio eſt, quia ipſe ex officio prædicare tenebatur, & ob infirmitates, ſeu ob impedimenta, alium loco ſuo ponit: igitur ad eum ſubſtitutum gratificare ſpectat, non ad Capitulum Eccleſiæ, niſi ſede vacante, vt ſacra Congregat. declarauit, *ſuper cap.* 8. *Concil. Trident. de reformat. ſeſſ.* 24. teſte Vincentio de Marzilla *lib.* 1. *tit.* 4. *de verbi Dei concionatore. fol. mihi* 51.

Et quia Epiſcoporum proprium munus prædicatio eſt, prohibetur omnibus Religioſis concionari, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, niſi à ſuis Superioribus examinati de moribus, & ſcientia, & approbati in ſcriptis ſe præſentauerint coram Epiſcopo illius loci, vt benedictionem, & licentiam obtineant. Emanuel Rodriguez *tom.* 3. *quæſt. regular. quæſt.* 32. *art.* 5. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.* 105. *num.* 26. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis c.* 26. *iuxta finem.* idem Barboſa *in remiſſionibus ad cap.* 2. *ſeſſ.* 5. *de reformat. num.* 7. *fol.* 9. & ibi Henriquez & Rodriguez referunt, Religioſos ſanctiſſimæ Societatis IESV habere 102
priuilegium à Gregorio XIII. conceſſum, quod vbicumque itinerantes poſſint prædicare, & confeſſiones audire, ſi ſemel approbati fuerint, dummodò id fiat non contradicentibus curatis, vel in locis vbi Epiſcopus adeſt, petita ab eo, & obtenta licentia. 103

Regulares accedentes pro concionandi licentia obtinenda, ab Epiſcopo non debent examinari, niſi conſuetudo in contrarium extet: quia cēſentur mitti examinati à ſuis Prælatis, & in Concilio Trident. *cap.* 2. *ſeſſ.* 5. non fit de examine faciendo mentio, ſed tantùm de benedictione petenda. Miranda *in Manuali q.* 50. *art.* 2. *concluſ.* 1. *in medio.* Barboſa *in paſtoral. p.* 3. *alleg.* 76. *n.* 23. 104

SVM

## *SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopo ſæculari an ſit teſtari prohibitum*.num.1.

*An obligetur ad paupertatem*. num.2.

*De reditibus quare nequeat teſtari Epiſcopus*.num.3.

*De quibus bonis teſtari queat Epiſcopus*.num.4.

*Regularis* Epiſcopus *non abſoluitur à paupertatis voto, neque efficitur redituum Dominus*. num.5.

*Abdicatio dominij an obſtet* Epiſcopali *ſtatui*.num.6.

*De hæreditario iure prouenientibus an teſtari poſſit Epiſcopus regularis*.num.7.

*Ius ſuccedendi an recuperet Regularis* Epiſcopus.num.8.

*Ius condendi teſtamentum vtrùm recuperet*.num.9.

Papa *Regularis vtrũ teſtari queat*. num.10.

Epiſcopis *Regularibus quis ſuccedat*. num.11.

Epiſcopo *Regulari titulari quis*. num.12.

*Ex bonis* Epiſcopi *decedentis quid habere debeat Eccleſia: & quid ſeruare teneantur Capitulares cùm primò Epiſcopus Pontificaliter celebrat*.num.13.

*Inuentarium ad quid facere debent Epiſcopi tàm regulares, quàm ſæculares*.num.14.

*Inuenta tempore mortis Epiſcopi ex quibus bonis acquiſita intelligantur*.num.15.

*Si Epiſcopus quod emit emere ex propriis bonis dicat, an credatur*. num.16.

*Textus in l. ſi defunctus. c. de arbitraria tutela. explanatur*. num.17.

Epiſcopo *mercaturã exercere vtrùm permittatur*. num.18.

*Quare ex bonis Eccleſiæ, & non aliunde præſumantur acquiſita inuenta tempore mortis Epiſcopi*.num.19.

*Epiſcopus regularis vtrùm poſſit reuocare teſtamentum, quod fecit antequam habitum ſuſcepiſſet regularem*.num.20.& 21.

Epiſcopus *ſæcularis de quibus teſtari poterit, etiam in infirmitate conſtitutus, ex qua diſceſſit*. num.22.

Epiſcopus *ſæcularis titularis an teſtari poſſit*.num.23.

*Epiſcopis quis teſtandi licentiam concedere valeat*.num.24.

Epiſcopus *regularis quid exprimere teneatur, ſi licentiam teſtandi petit*.num.25.

*Et quid ſi de patrimonialibus teſtari deſiderat*.num.26.

*Ad hoc vt Regularis Epiſcopi teſtamentum valeat, vtrùm requiratur quòd dicat ſe habere licentiam teſtandi*.num.27.

*Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo ſeu Cardinali, an morte Papæ concedentis extinguatur*. numero 28.

*Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo an aliquid operetur, ſi Epiſcopus non condito teſtamento moriatur.* num. 29.

*Epiſcopus licentiam teſtandi petens, an exprimere teneatur quòd ex alia cauſa ſeu priuilegio de aliqua ſumma diſponere poteſt.* num. 30.

*Epiſcopus, cui licentia teſtandi conceſſa eſt, an codicillos ſeu donationem facere virtute licentiæ poßit.* num. 31. & 32.

*Licentia teſtandi an conualeſcere faciat teſtamentum antea factum.* num. 33.

*Quid facere debeat ad cautelam.* num. 34.

*Licentia teſtandi conceſſa Cardinali ſeu Epiſcopo, an primo teſtamento facto extinguatur.* num. 35. *vſque ad* 37.

*Teſtatoris voluntas vſque ad mortem deambulatoria.* num 36.

*Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo, an intelligatur ad pias cauſas, ſeu ad prophanas.* numero 38.

*Licentia teſtandi ſimpliciter conceſſa an valeat ad hoc, vt virtute eiuſdem maioratum inſtituere poßit Epiſcopus.* numero 39.

*Maioratum de reditibus* Epiſcopa*tus an facere Epiſcopus poßit dum viuit.* num. 40.

*Quid ſi eſt conſtitutus in ea infirmitate, ex qua diſceſsit.* numero 41.

*Vtrum maioratum facere liceat ex reditibus, quos aliàs conſumere tenebatur in ſuæ familiæ ſuſtentationem, & ipſe parcè viuendo ſeruauit, ad de eis diſponendum.* num 42.

*Epiſcopus ſæcularis, qui patrimonium habet, an reditus ex patrimonio prouenientes ſeruare poßit, & ſe ac familiam alere ex reditibus* Epiſcopatus*, vt poſtea poßit de reditibus patrimonij diſponere.* num. 43.

*Teſtamentum Epiſcopi vel Cardinalis an ſubiiciatur querelæ.* num 44.

*Cardinalis ſæcularis poteſt teſtari de eo ſtipendio quod ſibi datur intuitu galeri Cardinalitij.* num 45.

*Epiſcopus an ſepulturam ſibi eligere extra Diœceſim valeat: & expenſæ ex quibus bonis fieri debeant.* num. 46.

*Quibus expenſis* Epiſcopi *ſint ſepeliendi remiſsiuè.* num. 47.

*Epiſcopo defuncto non electa ſepultura vbi ſepeliri debeat.* n. 48.

*Quid ſi decedit extra cathedralem Eccleſiam, vel extra Diœceſim. Quid ſi eſt externi Epiſcopi coadiutor.* num. 49.

*Heredes* Epiſcopi *defuncti an teneantur reficere deteriorata in bonis Epiſcopatus.* num. 50.

*Compenſatio in his rebus vtrùm habeat locum.* num. 51.

*De ſpolio Epiſcopi defuncti an debeatur regalis decima.* num. 52.

DE

# DE TESTAMENTIS.

## CAPVT DECIMVMQVARTVM.

1 PRo huius primæ partis complemento placet agere de vltimarum voluntatum diſpoſitione, quia quantò difficilior eſt eius materia, cautiùs circa ea agendum eſt, ad cuius enodationem præmitto.

2 Epiſcopo ſæculari ratione ſuæ perſonæ non eſſe teſtari prohibitum, cum ad paupertatem aliquo voto non obligetur. Diuus Thomas 2.2. *quæſt.* 185. *art.* 6. Soto *de iuſtitia & iure quæſt.*4.*art.*3.& ſic tam in vita quàm in morte de bonis propriis, & de aliunde quæſitis, quàm ex reditibus Eccleſiæ teſtari poterit, ſeu diſponere. Laſarte de Alcaualas. *c.* 19.*num.*49.Didacus de Spino *in ſpeculo teſtamentor. part.* 14. *num.* 22. Sarmiento *de reditibus, part.*3.*cap.*3. *num.*4. Molina *de iuſtitia, diſp.* 147. *concluſ.*1.*col.*5.

3 De reditibus verò Epiſcopatus nequit in morte diſponere: ſed hoc non prouenit ratione perſonæ, ſed ratione rei, & ex natura ipſius rei, hoc eſt, Epiſcopatus, quem ſiquis obtinuerit à fructuum diſpoſitione in morte priuatur. Laſarte, Spino, & Sarmiento.

4 Et ſic conſtat Epiſcopum ſæcularem liberè poſſe diſponere, & teſtari de rebus ante Epiſcopatum habitis, & de à parentibus, ſeu cognatis relictis, & de acquiſitis ſua induſtria, & labore, & etiam de prouenientibus ratione Ordinis ſacerdotalis, dum non ſint prætextu Epiſcopatus vel Eccleſiæ, vel comparatis intuitu Eccleſiæ. *c. quicumque cum ſequentibus* 12. *quæſt.* 13. *c. fixum. cum multis ſequentibus*, 12. *quæſt.* 5. *auth. licentiam. c. de Epiſcopis & clericis. can.* 1. *de ſucceſſioribus ab inteſtato.* Molina *de Hiſpaniar. lib.*2.*cap.*10. *num.*27. vbi alios citat. Couarruuias *in c.* 1. *de teſtamentis, num.* 11. Mantica *de coniecturis vltimarum, lib.* 2. *tit.* 9. *num.*4. Ægidius de Bellamera *conſ.*1. *num.*47. *fol.* 17. Thomas Docius *conſ.* 58. *incipit vito themate. n.* 3. Nauarrus *de reditibus in apologia, quæſt.* 3. *monit.* 4. Baldus *in auth. licentiam. c. de Epiſcopis & clericis, num.*1. & ibi Salicetus, Franciſcus Leo *in theſauro part.*3. *cap.*3. *num.*1. & 2. Siculus *de præſtant. Cardinal. baſilica* 1. *part.* 3. *num.*5. Sebaſtianus Brant. *in rubrica. c. de Epiſcopis, & clericis.* Decianus *reſponſo* 80. *tom.* 4. *diuerſor.* Laſarte *dict. cap.* 19. *n.* 49. Rodriguez *tom.*4.*cap.* 67. *de los Obiſpos. num.* 34. Couarruuias *tom.*2. *variar. cap.*1. *num.* 3. & 11. *vſque ad finem.* Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.* 114. *num.* 10. Sylueſter *verbo Epiſcopus, n.*9.& Emanuel Sa *eodem verbo n.*32.

Epiſcopus regularis cùm à paupertatis voto non liberetur, neque efficiatur Dominus redituum Epiſcopatus, (ſicuti eſt Epicopus ſæcularis) Gloſſ. *in c. quorumdam verbo mendicantium. de elect. in* 6. & *in c. de Monachis. verbo diſcedere* 16. *quæſt.* 1. & *in c. vnico verbo legimus* 18. *quæſt.* 1. Diuus Thomas *quæſt.* 88. *art.* 11. *ad* 5

4. *& quæſt.* 185. *art.* 4: *ad* 3. *& in* 4. *ſentent.:diſt.* 38.*quæſt* 1. *art.* Nauarrus *in comm.*1. *de regul. num.* 31. *& comment.*2.*num.* 17. *verſ. quæſtionis eſt. & de reditibus quæſt.* 1. *monit.* 9. *num.* 1. *& monit.* 11. *num.* 1. *& monit.* 52. *num.*1.Henriquez *in ſumm lib* 10. *de ſacram.Ordinis*, *cap.* 32. §. 5. *& c.*33. §.3.Couarruuias *in cap.* 1. *num.* 8. *de teſtamentis.* Gregorius de Valentia. 2.2. *diſp.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 8. Azor *inſtitution. moralium*, *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *quæſt.*2. *verſ. profectò* Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 114. *num.*19.

6 Eo quòd abdicatio ( vt iam diximus. *cap.*5.*num.*in hac prima parte.) omnis dominij non obſtat regulari Epiſcopo dummodò habeat liberam & amplam omnium bonorum adminiſtrationem,de quibus in vita tam amplè poteſt diſponere licitè, quàm amplè Epiſcopus ſæcularis. Nauarrus *de reditibus quæſt.*1 *monit* 8. *& monit.* 33. *num.*1. Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium*,§.*regularia beneficia*, *num.* 47. & ſic deciſum fuiſſe in Rota teſtatur Barboſa *num.*21.

7 Et ſic teſtari,vel in morte diſpo-
nere , etiam de iure hæreditario
prouenientibus , vel derelictis ab
amico nequit:(nam licèt ius ſucce-
8 dendi patri, vel alij conſanguineo,
recuperet. *c.vnico* 18.*quæſt.*1.*l.*1. *c. de*
*ſentent.paſſis & reſtitutis.* & ſic poſſit
petere legitimam ſuam, non vt ſibi
acquirat, ſed vt poſt mortem relin-
quat. Rodriguez *in quæſtionar. verbo*
*Epiſcopus*,*& tom.*4. *de ſus obras. c.* 68.
9 *num* 4.Barboſa *num.*29.)Non tamen
recuperat ius condendi teſtamentum, cùm non poſſit id ſibi appropriare ,vt in morte de eo diſponat, ob votum paupertatis. Gloſſ. *in author.licentiam. c. de Epiſcopis*,*& clericis*,& ibi Baldus *num.* 3. *auth. ingreſſi.* *c.de Sacroſanctis Eccleſiis.* Panormitanus *in c.cum olim de priuileg.num.*7. Stunica *de vera religione*,*lib.*2.*cap.*27. *de voto paupertatis.* Siculus *de præſtant. Cardin. quæſt.* 3. *baſilica primæ partis*, *num.* 52. Diuus Thomas 2.2. *quæſt.* 185. *art.* 8. *num.* 8. Thomas Docius *conſ.* 58. *incipit viſo themate. num.* 2. Rodriguez *quæſt. regular. tom.*2.*quæſt.*58. *art.* 7. *& tom.* 3.*q.* 69. *art.*4.Ioannes de la Cruz *in director. lib.* 1.*cap.* 2. *dub.* 7. Molina *de Hiſpaniar. lib.*2.*cap* 10. *num.*28.Molina Theologus *de iuſtitia*, *tom.* 1. *tract.*2. *diſput.* 150. Simon de Præris *de interpretat. vltimar. vol.*1. *lib.*2. *dub.* 1. *interpret.* 1. *fol.* 4. *incipit*, *habilis qui tempore*,*n.*61.*fol.mihi.*83.

Aliter eſt in Papa,qui licèt regu- 10
laris ſit, (*auth. licentia c. de Epiſcopis & clericis ſeruata*) teſtari poterit. Gloſſ.*in l. cum hæredes.c.qui teſtamenta facere poſſunt.* Martinus Laudenſis *de principibus*, *quæſt.* 243. Nauarrus *de reditibus*, *in apologia quæſt.* 3. *monit.* 2. *num.*8. *& monit.* 6.*num.* 2. ſed non ad vſus prophanos,ſed ad pios. Nauarrus ibi.

Et licèt de iure antiquo bona 11
Epiſcopi decedentis non monaſterio , ſed Eccleſiæ competebant poſt eius mortem , hodie verò Camera Apoſtolica ſuccedit Epiſcopis regularibus in omnibus bonis,quolibet modo acquiſitis, & ſæcularibus in acquiſitis intuitu Eccleſiæ , & etiam ex reditibus Epiſcopatus , ſi licentiam de eis diſponendi non habeant : quod non ab antiquo introductum eſt , ( teſtantur Valencuela , & Nauarrus ) ſed à tempore ; cuius initij apud pleroſque habetur memoria. Nam anteà non ſolitum erat ex hæreditate Epiſcopi decedentis , niſi aliquid , puta rem vnam , quam Camera eligebat, deducere ex ſupellectile , quæ lu-

ctuoſa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctuoſa vocabatur. Valencuela *conſ.* 98. *incipit quamuis priorum. num.* 33. Nauarrus *in apologia de redditibus, quæſt.*3.*monit.*4. Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras cap.*68. *num.* 4 *fol.*103. Molina *de iuſtit.tract.* 2. *diſp.* 147. *col.*5. *fol.*517.

12 Quod etiam procedit in Epiſcopo titulari, cui Camera ſuccedit. Azor *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 10. *quæſt.* 7. *ante finem.* Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.* 114. *num.*29.

13 At verò Eccleſiæ cathedrali ex bonis Epiſcopi decedentis, ſiue regularis, ſeu ſæcularis ſit, competunt omnia ornamenta Pontificalia: & in hoc includitur mitra, baculus, annulus, calix, & abacus argenteus, & deauratus, baldaquinum, puluinar, & cætera quibus vtebatur cum Pontificaliter celebrabat, licet etiam eis vteretur priuatim in ſuo ſacello, & in domo. Et ad hoc ſeruari ſolet, quòd quando prima vice Pontificaliter celebraturus eſt, Capitulum habeat Notarium, qui numeret, & teſtificetur tam ornamenta quàm abacum, baldaquinum, & puluinar: vt licèt poſtea in domo priuatim eis vtatur, conſtet ex Pontificali eſſe, & quòd Eccleſiæ pertinet, tam in morte quàm in tranſlatione, ſeu in renuntiatione; ſed in hoc eccleſiarum conſuetudines attendantur.

14 Et etiam vt mortis tempore contentiones, & fraudes euitentur, debent Epiſcopi ſæculares inuentarium facere illarum rerum, quas habent, ſiue ex propriis reditibus, ſiue ex patrimonio antequàm primi Epiſcopatus poſſeſſionem obtineát. *c.manifeſta.c.ſint manifeſta* 12.*quæſt.*1. *c.Syracuſanæ.*28.*diſt.* Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.* 114. *num.* 15. Quod etiá Epiſcopi regulares facere tenentur, ne monaſterium defraudetur in libris, & in aliis rebus, quas habent tempore quo creantur Epiſcopi: nam ſi hoc non faciunt, ſemper præſumitur quòd omnia quæ habent tempore mortis, eſſe intuitu Eccleſiæ acquiſita. Gloſſ. 15
*in c.ſint manifeſta* 12. *quæſt.* 1. niſi probetur aliunde acquiſiuiſſe, vel coniecturæ concurrerent ex quibus conſtaret non ex Eccleſiæ reditibus, ſed aliunde, vel ex patrimonio habuiſſe: & quod ſemper in dubio requiratur plena probatio, quia præſumptio in fauorem Cameræ Apoſtolicæ extat. *auth. licentiam.* & ibi Gloſſ. & Salicet. *num.*3. *c. de Epiſcop. & clericis.* Innocentius *in c.* 1. *& in c. cum in officiis. de teſtamentis*, & ibi Panormitan. *& in d. cap.* 1. *num.* 1. Molina *de iuſtit.tom.*1. *diſput.* 147 Tiberius Decianus *reſponſor. tom.* 4. *reſponſor.* 80. *numero* 2. *&* 3.

Quod adeò verum eſt, quòd ſi Epiſcopus aliquid emat, & dicat emere ex bonis propriis, & non ex bonis Eccleſiæ: nam & tunc præſumitur ex Epiſcopatus reditibus eſſe, niſi contrarium probetur. Emanuel Rodriguez *tom.*4.*cap.*67.*de los Obiſpos, num.*34. 16

Neque in contrarium facit textus *in l.ſi defunctus* 10.*c. de arbitraria tutela.* vbi dicitur, quòd ſi tunc temporis quando tutor acceſſit ad gerendam tutelam, eſſet pauper, & finita geſtione reperiatur diues, præſumitur ſua induſtria, & labore, non ex bonis pupilli ditatus: & ſi contrarium pupillus dicere vult, probare tenetur. Et cum Epiſcopus tutori aſſimiletur, & Eccleſia pupillo, idem videbatur dicendum: nam non eſt Epiſcopo pauperi augmentum patrimonij, quod laboribus multis, & induſtria acquiſiuit, 17



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interdicendum. Quam difficultatem ſentit Gloſſ. *in d. auth. licentiam. & v. ſine manifeſta.* ſed ſine ſolutione relinquit; ſed ni fallor, hæc eſt, quòd tutor mercaturam, vel alterius negocia, ſeu aliud miniſterium exercens, ſua induſtria, & labore multa poteſt acquirere ſibi: quia licèt tutelam habeat, poteſt licitè in aliis rebus & officiis ſe occupare, ex quibus emolumentum ſentiat.

18 Sed Epiſcopus qui totus ſubditorum curæ & ſaluti ſemper, & continuò ſe impendere tenetur, quomodo valet mercaturam, vel alia negocia, ex quibus commodum reportet, exercere: & ſi fortè

19 exercuerit, quia turpiter quærit, acquiſita ex eis, ex bonis ſponſæ, ne in eo turpe detur lucrum, cenſentur habita. Argumento textu. *in l. Quintus Mutius* 51. *ff. de donationibus inter vir. & vxorem. l. etiam ſi vxoris. c. de donationibus. l.* 2 *tit.* 15. *part.* 3. Egregiè Abbas *in c. cum eſſes. num.* 25. *de teſtamentis.* Et ſi licitè acquiſiuit, ex donatione facta ab amico, vel ex alia cauſa probare tenetur: quia in dubio præſumptio contra eum extat.

20 Sed licèt Epiſcopus regularis teſtari nequeat, poterit teſtamentum quod fecit in ſæculo antequam Religionis habitum ſuſcepiſſet, poſtea creatus Epiſcopus reuocare. Argumento text. *in l. ſed ſi mors* 13. ibi, ita tamen vt non adimatur marito licentia eam reuocare. *ff. de donation. inter virum & vxorem.* & ibi Bartol. *num.* 2. Iaſon *in author. ingreſſ. c. de Sacroſanct. Eccleſiis, num.* 17. & ibi Petrus de Bergnia *in addit. ad Butrigar. limit.* 6.

21 Contrarium, nempe non poſſe eum reuocare, tenent Tapia *in dict. author. ingreſſ. c. de Sacroſanct. verbo ideòque neque de his. cap.* 1. *num.* 67. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *alleg.* 99. *num.* 15.

Epiſcopus ſæcularis de fructibus mobilibus ex reditibus Epiſcopatus habitis, etiam conſtitutus in ea infirmitate, ex qua deceſſit, teſtari poterit, relinquendo, ſeu donando ſeruis ſuis in remunerationem, dummodò abſit fraus, ſeu dolus. *c. relatum* 2. *de teſtament. c. ſi quis. de peculio clericor. c. hæc. c. charitatem. c. quicumque* 12. *quæſt.* 2. Panormitan. *in c. cum olim.* 2. *de priuileg. num.* 8. *& conſil.* 10. *part.* 2. *num.* 3. Molina *de Hiſpaniar. primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 24. Molina Theolog. *de iuſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 148. *concluſ.* 4. Tuſchus *liter. E, concluſ.* 282. *num.* 1. Tiberius Decianus *reſponſor. tom.* 4. *reſponſ.* 80. *n.* 10. 22

Epiſcopus ſæcularis, cuius Epiſcopatus apud infideles conſiſtit, de omnibus bonis teſtari & diſponere poterit, neque contra eum eſt præſumptio, ſi acquiſiuit ex reditibus Eccleſiæ, cùm non percipiat ex ea reditus. Baldus *in author. licentiam. c. de Epiſcop. & cleric.* Thomas Docius *conſ.* 58. *incipit viſo themate.* 23

Epiſcopo regulari, ſeu ſæculari ſolus Romaus Pontifex licentiam teſtandi concedere valet. Ægidius de Vellamera *conſil.* 1. *num.* 47. Hoſtienſis *in ſumm. de pœnitent. & remiſſ.* §. *confitendum. verſ. cui Cardinales.* Andreas Siculus *de præſtant. Cardinal. part.* 1. 3. *&* 4. *baſilica primæ partis.* Franciſcus Leo *in theſauro, part.* 3. *cap.* 3. *num.* 31. Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 189. *art.* 8. Iaſon *in author. ingreſſi. c. de Sacroſanct. Eccleſiis.* Molina *de Hiſpaniar. vbi ſuprà num.* 28. Alter Molina *diſput.* 147. *conſil.* 1. *num.* 11. Armilla *verbo Epiſcopus, num.* 8. Mieres *de maioricatu part.* 1. *quæſt.* 1. *tom.* 1. *num.* 52. Decianus 24

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25 nus *reſponſ.*80.*num.*14.*tom.*4.vbi contrarium tenentes refutat.

Epiſcopus regularis ſi petit Papæ licentiam teſtandi, duo exprimere tenetur, vnum quòd eſt religioſus, aliud quòd eſt Epiſcopus. Sanchez *in ſumma tom.* 3. *de religione. lib.* 6. *cap.*6. *num.* Rodriguez *tom.*4.*cap.*68. *num.* 4. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *alleg.vltim.n.*29.

26 Sed ſi diſponere tantùm vult de bonis patrimonialibus, vnum tantùm exprimere tenetur, dicens, qòud eſt Religioſus Barboſa ibi *num.*25.

27 Dum Epiſcopus teſtatur, non requiritur quòd exprimat ſe teſtari virtute priuilegij. Molina *de iuſtit. tom.*1.*diſp.*140.

28 Licentia teſtandi Epiſcopo ſeu Cardinali conceſſa, non expirat morte Pontificis concedentis, etiam ſi antequam executioni mandetur, moriatur Papa. Argumento text. *in l.* 1. *ff. de conſtitut. princip. & in leg. imperialis.*§.1. *verſ. ſed & ſi talis. c.de nupt.*& ibi Doctores *l.*53.*tauri.* & ibi Antonius Gomez *c.precarium. fin. de precario.c.ſi ſuper gratia de off.delegati. lib.*6.*c.ſi gratioſè de reſcriptis eodem lib.* & ibi Geminianus & Ancharranus, Molina *de iuſt.tom.*1.*diſp.*141.*in fine. deciſ.*Rotæ *in nouiſſim.deciſ.*47.*part.*1. *n.*15.*fol.mihi* 29 Riccius *in prax.reſol.* 386.Nauarrus *de reditibus q.*3.*in apolog.monit.*8 *&* 9. Sanchez *de matrim. l.*8.*diſp.*28.*n.*82.Azeuedo *in l.*2. *tit.*7. *l.*5.*recopil.n.*5.Rodriguez *q.reg.tom.*2. *q.*46.*art.* 7. & latè *in art.* 8 *& tom.*3. *q.*69.*art.*6.Barboſa *in paſtorali.part.*3. *alleg.*114.*num.*25.

29 Sed ſi Epiſcopus deceſſerit non condito teſtamento, licèt haberet licentiam teſtandi, nihil prodeſt ad hoc vt bona non applicentur Cameræ, niſi in licentia cautum ſit: quòd ſi non condito teſtamento decedat, ſuccedant proximiores ab inteſtato. Franciſcus Leo *in theſaur.p.*3. *c.*3. *n.*30. Anellus Amattus *conſ.* 1. *n.*52.*vol.*1.

Si in aliqua Eccleſia priuilegiũ ſit, 30
quòd eius Epiſcopus poſſit tempore mortis diſponere vſque ad ſummam centum, ſi impetrat licentiam teſtandi, tenetur exprimere, ac facere mentionem de primo priuilegio. Menochius *de arbitrar.lib.* 2. *cent* 3. *caſu* 203.*num.*36.

Epiſcopo cui teſtandi licentia 31
cõceſſa eſt, licebit etiam codicillos, 32
& donationem mortis cauſa facere. Text.*in l.filiusfamilias* 7.*ff.de donationibus*, ibi, vt donare & mortis cauſa, & non mortis cauſa poſſint, cum teſtamenti factionem habeant. *l. Marcellus* 15.*ff.de donationibus cauſa mortis.* Quintilianus Mandoſius *in prax. tit.de ſign.& grat.*§ *de licentia teſtandi verſ per formulam præmiſſam.* Ægidius Coninck *de ſacramentis.diſp.*33.*dubit* 2.*n.*19 Simon de Prætis *de interpretat.vltim.voluntat. vol.*1.*l.*2. *dub.*1. *interpr.* 1.*ſolut.* 4. *incipit inhabilis qui tempore,n.*63. *&* 64. *fol.* 83. Contrarium probare nititur Philippus Decius *conſ.*512.*per totum.*

Licentia teſtandi cõceſſa Epiſcopo 33
regulari, ſeu ſæculari qui vult teſtari de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, conualeſcere facit teſtamentum antea factum.*l.ſi quis filio.*§.*irritum ff de iniuſto rupto*:& ibi Paulus de Caſtro *n.*4.Immola *n.*2.& Bart.*n.pene vltim.* nam Papa non requirit niſi quod licentia teſtandi tẽpore mortis adeat, virtute cuius teſtamentum antea factum robur ſumat, & effectum. Iaſon *in auth.ingreſſi.c.de Sacroſanct. Eccleſ.* Tellus Fernandez *in l.*4.*tauri.num.* 4. Antonius Gomez *in l.* 41. *tauri.n.*2. *verſ.*3. *infertur.* Sanchez *de matrim. l.*8 *tom.*3.*diſp.* 1.*n.*9. Molina *de iuſtit. tom.*1.*diſp.*141.*ante finem.* Nauarr.*in apolog.de reditib.q.*3.*monit.* 9. *& de re-*

*gularibus tom.2. num.57.* Barboſa *in paſtorali,p.3. alleg.114. n.27.* Surdus *conſ.351.num.48.*

34 Sed ad maiorem ſecuritatem poſtquam licentiam teſtandi acceperit, debet coram Notario & teſtibus per ſcripturam declarare, quòd virtute talis licentiæ confirmat teſtamentum antea factum. Simon de Prætis *ſuprà num.64.*

35 Licentia teſtandi Epiſcopo ſeu Cardinali conceſſa intelligitur de primo teſtamento tantũ, adeò quòd non poſſit ſemel factum reuocare, vel ſemel factum minùs ſolēne, aut nullum iterùm condere, aut confirmare. Philipp. Decius *per plura fundamenta, conſ. 512. incipit cùm Reuerendiſſimus Cardinalis col. 2. n. 3.* Socinus Iunior *conſ. 89. vol.1.* Quintil. Mandoſius *in prax.tit.de ſignat. §. de licentia teſtandi. verſ. per formulam præmiſſam.* Tiraquellus *in l. boues. §. hoc ſermone, num. 128. de verbor. ſignificat.* Couarruuias *in c. cum in officiis.de teſtament.num.8.in antiqua edit.*

36 Sed contrarium teſtantur eſſe veriſſimum omnes regnicolæ, & cæteri Scribentes, nempe, quòd licentia teſtandi data Epiſcopo, ſeu Cardinali, non extinguatur primo actu; ſed quòd licebit ſæpiùs pro libitu mutare teſtamentum, nam per dictam licentiam conceditur libera teſtamenti factio. Argumento text. *in l.ſi quando 35.c. de inofficioſ. teſtam.* Gloſſ *in cap.1.de reſcript.* At verò legitima teſtamenti factio ita vſque ad mortem deambulatoria eſt, quòd ſæpiùs mutari poterit. *l.ſancimus 27. c.de teſtamentis.l.quod ſi iterum 4. ff.de adimend. legatis.l.ſi quis.in pr.22. ff.de legatis 3.l.omnium 19.c.de teſtament.§. poſteriora.* & ibi Viglius *inſtituta quibus modis teſtamenta infirmentur.* Mantica *de coniecturis vltimar.lib.12. titulo 1. num.1.* Angelus & Alexander *in l. quidquid adſtringendæ. ff. de verbor.oblig.* Tiraquellus *in d.l.boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. num. 46. & limitat. 32. num.1.*

Et cùm Epiſcopi per dictam licentiam legitimam & conſuetam teſtandi factionem recipiant, poterunt ſæpiùs pro libito mutare teſtamentum, & aliud de nouo, ſeu alia facere. Tellus Fernandez *in l.4.tauri. num.3.& 6.cum ſequenti. & in l.35. in pr.* Matienço *in l.9.tit.4.lib. 5. recopil.* Gloſſ.1 *num.3.Deciſiones* Rotæ *in nouiſſimis diuerſor. auditor.deciſ.47.p.1. fol.mihi 29. num. 1.* Riccius *in prax. reſolut.386.* Gregorius Lopez *in l.32. tit.9.part.6.quæſt.17.& 21.* Molina *de Hiſpaniar.primog.lib.1.cap.11.num.45.* Sarmiento *de reditibus p.4.cap 4.n.3. cum ſequenti.* Nauarrus *tom.2.de reditibus q.3.monit.9.* Tiraquellus *in d. l. boues.§.hoc ſermone.limitat.17. num.1. & 2. & limitat. 15. num. 5.* Molina Theologus *de iuſtitia & iure, tom.1. diſp.141.ante finem.* Couarruuias ſibi ipſi contrarius *in d.c.cum in officiis de teſtam. num.* 8.in editione Salmanticæ anno de 1578. Simon de Prætis *de interpretat vltimar.voluntat. vol. 1. lib.2.but.1.interpretat.1.ſolut.4.num.42. fol.83.* Emanuel Rodriguez *tom. 3. q.69.art.5.* Beralta *in l.ſi quis in princ. num.94.de legatis 3.* Æmillius Ferretus *conſ.13 in pr.* Ægidius Coninck *de ſacrament.diſp. 33. dub. 2. num. 18.* Barboſa *in paſtoral. part.3. alleg.114. n.25.& 26.* 37

38 Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo intelligitur ad pias cauſas, non ad prophanas: licèt in conceſſione dicatur ad quoſcumque vſus, ſi non exprimatur etiam ad prophanos. Molina Theol.*de iuſt.tom 1. tract.2. diſp.147.& diſp. 141.* idem Molina *de maioricatu & tributis, diſput. 604. num. 4.* Alter Molina *de primogenitis, lib.2.cap.9.num. 67. & in d.lib.2.c.10. num.30.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.*30.Nauarrus *in apologia de reditibus q.3.monit.6.n.2.*

39 Et etiam ſi habeat licentiam teſtandi ad quoſcumque vſus, maioratum inſtituere nequit,cùm licentia intelligatur ad vſus pios,& cum maioratus ſit ad profanos, nihil prodeſt,niſi in licentia diſponere ad profanos concedatur: quia tunc quoad forum exterius valebit inſtitutio maioratus,quoad interius ipſe videbit,an cum cauſa ſecum ſit diſpenſatum. Molina *de primogeniis,l.2. c.10.n.30.alios referens.*

40 Poteſt Epiſcopus maioratum tuta conſcientia inſtituere de fructibus, qui iuxta dignitatem ſuam erant neceſſarij ad ſuæ familiæ ſuſtentationem,& tamen genus ſuum fraudando conſumere noluit, ſed conſeruare ad maioratum inſtituẽdum: ſed nihilominus ad hoc vt talis inſtitutio quoad forum exterius valeat, debet interuenire Papæ licentia. D. Thomas 3.2. *quæſt.* 85. *art.*7. Nauarr.*in man cap.*25.*num.*127. Soto *de iuſtitia quæſt.* 4. *art.* 3. Molina *de Hiſpaniar. primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.*50.

40 Epiſcopus ſæcularis dum viuit recta valetudine, donare, aut maioratum inſtituere de bonis acquiſitis ex reditibus, etiam ad profanos vſus, & licèt grauiter peccet, valebit:dummodò per contractum inter viuos irreuocabilis fiat,& poſſeſſionem tradat; nam ſi eſt reuocabilis, vitiatur, & nullum operatur effectum. Molina *de Hiſpaniarum.lib.* 2. *c.*10.*n.*31.*vſque ad* 34. Alter Molina *tom.*1.*diſp.*148.*in pr.*

41 Et etiamſi maioratum inſtituat, aut donationem faciat, conſtitutus in ea infirmitate, ex qua è vita migrauit,dũmodò irreuocabilis ſit, & poſſeſſionem tradat,valebit, neque mortis cauſa factus cenſetur, niſi aliquæ coniecturæ adſint, ex quibus cauſa mortis donauiſſe conſtet. Molina *de Hiſpaniar. ſuprà num.* 77. & Molina Theolog.*concluſ.*5.

Poterit etiam Epiſcopus ſæcularis 42
qui patrimonium habet, vel redi- 43
tus aliundè quàm ex Eccleſia, vel Epiſcopatu,poterit illos reditus,vel patrimonium conſeruare, & ſe alere, & familiam ex reditibus Epiſcopatus,& poſtea in morte relinquere conſanguineis,vel perſonis ſibi gratis,vel de eis aliter diſponere. Emanuel Rodriguez *tom.*4.*cap.*68.*num.*5. Marcellus de Mauro *alleg.* 63. *n.*10. *fol.* 193. alios referens. Innocentius & Panormitan. *in c. Epiſcop. de præbend.* Felinus *in c. poſtulaſti, de reſcriptis, num.*6 Soto *de iuſtit. lib.*10.*q.*4. *art.* 3. Nauarrus *de reditibus quæſt.*1. *num.* 78. Couarr. *in c.*1. *de teſtament. num.* 1. Hoſeda *de incompatibilitate beneficior.cap.*18. *num.* 45. Menchaca *illuſtr.controuerſ.c.*105.*n.*9. Menoch. *de arbitrar.caſu* 145. Cenedo *in collect.ad decretalis,collect.*53. *n.*4. Barboſa cum aliis *in paſtoral.p.*3.*allegat.* 114 *n.*36.

44 Teſtamentum Epiſcopi vel Cardinalis non ſubiicitur querelæ de inofficioſo teſtamento:iuxta diſpoſitionem textus *in l.cum lege* 45. *c de Epiſcopis & clericis.* Andreas Siculus *de præſtantia Cardinal. quæſtione* 3. *baſilica primæ partis, numero* 8. & 9.

45 Cardinalis poteſt ſi ſæcularis eſt, teſtari de eo ſtipendio,quod intuitu galeri Cardinalitij àPapa ſibi datur. Mantica de coniecturis, *lib.* 2. *tit.* 9. *num.*3.Couarruuias *in c.*1. *de teſtam. num.* 11. Nauarrus *de reditibus,q.*1. *monit.* 19. *num.* 1. Rodriguez *tom* 4. *cap.*67. *de los Obiſpos, num.*34. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *allegat.vltima,num.*10.

46 Poteſt Epiſcopus ſibi ſepulturam eligere

gere extra Diœceſim, & extra remotos limites prouinciæ,& debent fieri expenſæ ex bonis ipſius defuncti,licèt acquiſitis intuitu Eccleſiæ. Geminianus *conſ.*1.*num.*5. Hieronymus Venero *in examine Epiſcopor. lib.*4.*cap.*17.*num.*7.*fol.*288.

47 Quibus expenſis Epiſcopi ſint ſepeliendi.Paulus de Caſtro *in l.*1.§. *de impenſa.ff.ad legem falcidiam.* Garcia *de expenſis,cap.*7.*num.vltim. & de nobilitate gloſſ.*18.*num.* 44. *& gloſſ.*35. *num.*59.

48 Si epiſcopus ex hac vita diſcedit, non electa ſepultura,debet ſepeliri in Eccleſia cathedrali, quia ibi domicilium vt cum vxore habere reputatur.

49 Si verò extra ciuitatem vbi habet ſedem epiſcopalem,reducuntur oſſa ad ſuam eccleſiam cathedralem. Et ſi fortè duos epiſcopatus habuiſſet, quorum vnus alteri vnitus eſt,ſepelietur in Eccleſia cathedrali cui vnita eſt altera Eccleſia cathedralis, nam illa vt principalis habetur: Si duos epiſcopatus diſpenſatiuè habuiſſet,in Eccleſia cathedrali vbi ferè continuò reſidebat. Si fuiſſet alterius Epiſcopi coadiutor, in illius epiſcopi cathedrali, cui datus erat coadiutor. Si extra propriam Diœceſim,& in ciuitate alterius Epiſcopi,in cathedrali illius ciuitatis. Sebaſtianus de Medicis *de ſepulturis quæſt.*7.*num.*6.*fol.*184.

50 Hæredes Epiſcopi mortui tenentur propriis ſumptibus reficere omnia, quæ tempore mortis Epiſcopi deteriorata ſui diminuta inuenientur,ad quod cópelli poſſunt. Gloſſ. *in auth.idem de Neſtorianis.c. de hæreticis.*Ioan.de Platea *in l.vnica,c.de colonis Illiricanis,lib.*11.*num.*4. Molina *de primogenitis lib.* 1. *cap.* 27. *num.*2. Alter Molina *de maioricatu tract.* 2. *diſp.*646.*num.*3. Gregorius Lopez *in l.*7.*tit.*9.*p.*6.Ioannes Garcia *de expenſis c.*11.*n.*66.*vſque ad* 74.

In quo non habet locum compenſatio: nam ſi Epiſcopus defunctus multa conſumpſiſſet in alios vſus neceſſarios epiſcopatui, & alia deteriorata fuiſſent,non admittitur compenſatio;ſed nihilominus tenetur reficere deteriorata.Argumento text.*in l.ſi quis negotia aliena.* 1.*ff. de negotiis geſtis.* Gregorius Lopez, & Ioannes Garcia *ſuprà*, & Molina *de primogeniis dict.num.* 3. hiſce verbis; quod nos in hæredibus Prælatorum non ſemel pronunciatum accepimus,imò in caſu contingenti, vidimus Prælatum, qui pluſquam ſex millia ducatorum in ædificiis Epiſcopatus conſumpſerat,condemnatum fuiſſe ad reſtitutionem rerum deterioratarum,meliorationis computatione non admiſſa. 51

Sed hoc non placet Molinæ Theologo *vbi ſuprà num.*5.

De ſpolio epiſcopi decedentis, quod pertinet Pontifici, non debetur regalis decima: ſecus verò de ſpolio, quod ad hæredes ſeu conſanguineos pertinet:latè Laſarte de Alcaualas *c.*19.*num.*48. *&* 49 cum aliis. 52

*Finis primæ Partis.*

DE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE
# PRÆSTANTIA,
## PRÆEMINENTIA,
## AC POTESTATE
### SACRI ORDINIS
### EPISCOPALIS,

## *PARS SECVNDA.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE

# PRÆSTANTIA, PRÆEMINENTIA, AC POTESTATE SACRI ORDINIS EPISCOPALIS,

## PARS SECVNDA.

### SVMMARIVM.

*CONCILIA congregari quo tempore cæperunt.* num. 1.

*Concilium generale qualiter appelletur: & qui in eo congregentur.* num. 2.

*Epiſcopi an debeant vocari ad Concilium.* num. 3.

*Epiſcopi titulares an vocentur, & quid de illis qui renuntiarunt loco, non dignitati.* num. 4.

*Contra Auguſtinum Barboſam inſurgit author.* num. 5. *vſque ad* 8.

*Epiſcopus, qui duas Eccleſias habet, vtrum habebit in Concilio duas voces* num. 6.

*Vocem quòd habent* Epiſcopi *in Concilio, vtrùm ſit ratione Eccleſiæ, an ratione dignitatis.* num. 7.

*Epiſcopi titulares verè* Epiſcopi *ſunt, ac priuilegia* Epiſcopalia *retinent.* num. 8.

*In* Concilio *generali qui habeant vocem deciſiuam.* num. 9.

*Epiſcopi quali ornatu debeant ingredi in Concilio generali.* num. 10.

*Antiquitùs primum locum obtinebant in ſedendo Epiſcopi.* numero 11.

*Olim an Epiſcopi meliori ac honorabiliori loco ſederent, quàm Cardinales. S. R. E.* num. 12.

*Epiſcopi, & Archiepiſcopi qualem ordinem in ſedendo obſeruent.* num. 13.

*Decretum Concilij Meliuitani refertur* num. 14.

*Concilium generale an poſſit cognoſcere de controuerſia orta ſu-*

*per Papatu.*num.15.

*Quid facere debet Concilium ſi contendentes Concilium congregare recuſauerint.* num.16.

*Concilium generale an ſit iudex* Papæ.num.17.

*Decianus, Philippus Decius, Rojas, & alij carpuntur.*num.18.

Papa an poßit in hæreſim incidere. num.19.*vſque ad* 23.

*Locus Matthæi cap.*16. *explicatur.* num 20.

*C. à nobis* 2. *de ſententia excommunicationis explanatur.* numero 21.

*Papa an poßit errare, & vtrùm poßit peccare.*num.22.

*Verba Simancas ponuntur: & ibi concluditur, nullo modo poſſe errare Papam.* num.23.

*Si agitur de hæreſi Papæ mortui, ad quos cauſæ cognitio ſpectet.* num.24.

*Epiſcopi vtrùm poßint Synodum congregare.*num.25.

*Archiepiſcopus electus, confirmatus, & conſecratus, & nondum palliatus, an Synodum congregare valeat.*num.26.

*Synodus quo tempore congreganda.*num.27.

*Qui accedere debent ad Synodum.* num.28.

*Capitulum* Eccleſiæ *cathedralis vtrùm ad Synodum vocari debeat.*num.29.

*Quo ornatu ingredi debeat Epiſcopus in Synodo.*num.30.

*Abbates quibus mitris vti debeant.* num.31.& 32.

*Vtrùm talia deferre liceat Abbatibus in præſentia Epiſcopi.* num.33.

Epiſcopus *coram Papa qua mitra vtatur, & qua Cardinales.* num.34.

*Quatuor* Principales Patriarchæ *vtrùm poßint facere coram ſe crucem portare, coram Papa, vel eius Legato.*num.35.

*Archiepiſcopus vtrùm præſente Cardinali cruce vti poßit.* num.36.

*Cardinales S. R. E. vtrùm coram Papa geſtent rochetũ, & vtrùm* Epiſcopi *aſsiſtente Cardinali: & quid aſsiſtente Legato de latere.*num.37.

*Regulares quibus animarum cura commiſſa, vtrùm ad Synodum accedere tenentur.*num.38.

Poſt *celebrationem* Concilij *prouincialis tenentur Synodum congregare Epiſcopi.*num.39.

Poteſtatem *legislatiuam vtrùm habeat* Epiſcopus num.40.

*Statuta Epiſcopi an perpetua.* num.41.

*Debet ſtatuere ſecundum canones.* num.42.

*An poſsit ſtatuere contra ius.* num.43.

*An contra conſuetudinem.* numero 44.

*An immutare valeat ſtatuta ſuæ Eccleſiæ.*num.45.

*Vtrùm ſtatuere poſsit quòd promoti ad minores ordines continentiam ſeruent.*num 46.

*Vtrùm edictum publicare quòd omnes*

*omnes titulum ſui beneficij exhibeant.*num.47.

*Vtrùm quòd non habeat vocem in Capitulo niſi in ſacris conſtitutus.* num.48.

*Rem Eccleſiæ vtrum infeudare poſsit.*num.49.

*Vtrum remittere iniuriam.* numero 50.

*Cogere laicalem poteſtatem an poſſit* Epiſcopus*, & in quibus caſibus.*num. 51. & 52.

Conſtitutiones *ſuas, ſeu ſtatuta an reuocare poſſit, & quid ſi eſſent iurata.*num. 53.

*Vtrum diſpenſare in ſtatutis anteceſſorum, & quid ſi iuraſſet ea non reuocare.*num. 54.

*Literas monitorias vtrum concedere poſſit Epiſcopus.*num. 55.

*Epiſcopus an in* Capitulo *habeat plus quàm vnam vocem: & ſi ibi adeſt, an adeſſe dicatur vt Prælatus.*num. 56.

*In illa parte vbi votum Epiſcopi eſt, ſi* Canonicorum *vota paria ſint, vtrum ibi conſtituatur maior pars* Capituli. num. 57.

Epiſcopi *maieſtuosè ſuam debent conſeruare dignitatem.* numero 58.

*Iudex numquam excandeſcere debet aduerſus criminoſos, neque inlacrymari precibus calamitoſorum.*num. 59.

*Debet præcedere quoſcumque in diœceſi ſua, & ſedere in eminentiore loco* num. 60.

*Si ſedit vt* Canonicus*, an præcedere debeat* Canonicos*, & dignitates, & quid ſi ſedit in ſtudio ſicut ſcholaris.*num. 61.

Cardinalis *filius Regis an ſedere debeat ante* Cardinales *antiquiores.*num. 62.

E*t Epiſcopus* Conſiliarius *debet ſedere in loco, vbi ſederet alius* Conſiliarius*, qui non eſſet* Epiſcopus.num. 63.

*In Vniuerſitate Salmantina*Epiſcopi *præcedunt cæteros alios.* num. 64.

*In proceſsionibus, licèt in loco exempto fiant, debet præcedere* Epiſcopus *Prælatum illius Religionis, etiam ſi ſit* Prouincialis*, aut Generalis.*num. 65.

Capellanus *maior Regalis* Capellæ*, in ea exiſtens præcedit Archiepiſcopos &* Epiſcopos*, & etiam in qualibet Eccleſia, ſi Rex præſens fuerit.*num 66.

*In* Capella *Papæ, in actu requirente ordinem Epiſcopalem præfertur Epiſcopus* Cardinalibus *non* Epiſcopis.num. 67.

*Epiſcopus in vrbe Romana* Prothonotarios *præcedit.* numero 68.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DE CONCILIORVM GENERALIVM, ET SYNODALIVM CONGREGATIONE.

## CAPVT PRIMVM.

1 ANTIQVISSIMA eſt in Eccleſia Conciliorum congregatio per longos ſeruata annos, cœpit namque Apoſtolorum tempore, colligitur ex illo celebri Concilio Hieroſolymitano ab Apoſtolis congregato, de de quo fit mentio *in c. porrò.66.diſt.* vbi conſecrationis Epiſcopalis formam ſucceſſoribus tradiderunt: referunt Viualdus *in candelabro aureo cap.8.de lege canonica num.12.* Hieronymus Roman.*en ſu republica Chriſtiana,lib.5.cap.1.*

2 Concilium generale Synodus Epiſcoporum dicitur. *c. ſancta Romana Eccleſia,15.diſt.c.ſatis euidenter.96. diſt.* multos citat Barboſa *in remiſſionibus ad Concil. Trident. ſeſſ. 2. num.3.*

Eo quòd in eo totius Eccleſiæ Epiſcopi congregantur, & omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & etiam ſanctæ R. E. Cardinales, Abbates, ordinum Generales, Senatores Rotæ, Principum ſæcularium Legati, Oratores, & alij de quibus Roman. *d.lib.5.cap.2. verſ.& primò nota.*

3 Et ſic quando congregatur Concilium omnes vocantur Epiſcopi, & preciſè tenentur ire, ſeu legatum mittere, qui eos excuſet: ad quod non trina, ſed vnica monitio ſufficit: & nequeunt diſcedere antequam diſſoluatur, & quod ſancitum eſt ſubſcribant, aliter enim excommunicationem incurrunt.*c.ego,de iureiurand.* & ibi Bald. *num.* 4. & Panormitan. & cæteri Scribentes. Cataldinus de Boncompagnis *de poteſtate Papæ,num.69.* Petrus de Monte *de Monarchia Conciliorum,ſumm. de Prælator. citatione.* Hieronymus Roman.*ſuprà.*

Epiſcopi titulares, qui verè Epiſcopi ſunt, & præeminentias, ac priuilegia ſicut alij Epiſcopi retinent, debent vocari ad Concilium, & etiam illi, qui renuntiarunt loco, non dignitati. Stephanus Gratianus *diſceptat.forenſ.cap.291 tom.2. num.6.* 4

Quòd iſti Epiſcopi titulares neque debeant vocari, neque teneantur ire ad Concilium generale, inſinuat Barboſa *in paſtorali,tit.1.c.6. num.20.* 5

Quæ opinio nullo modo debet admitti, tamquam non vera, quia Epiſcopi titulares quoad omnia æquales ſunt aliis Epiſcopis: & quia vocem quam Epiſcopi habent in Concilio non eſt ideò, quia eſt Epiſcopus Aurienſis, aut Burgenſis; ſed quia eſt Epiſcopus, cui ratione ſuæ perſonæ & dignitatis, competit aſſiſtere, & interſſe ibi.

Probatur etiam ex eo, quia Epiſcopus qui duas Eccleſias cathedrales diſpenſatiuè habet, vnam in titulum, & etiam in commendam: vel ſi vna eſt vnita alteri, non habebit 6

7 bebit duas voces in Concilio, niſi vnam tantùm: quia vocem quam Epiſcopi habent in Concilio, non eſt ratione Eccleſiarum, ſeu nomine earum; ſed ratione Epiſcopalis dignitatis, & in propria perſona. Ergo nihil intereſt quòd plures Eccleſias habeat, ſi vnica perſona eſt: quia vnam vocem tantùm habebit. Argumento text. *in l.ſi plures 9.ff.de pactis.* Gloſſ.& Bart. *in l.ſi conſul.n.1. ff. de adoptionibus.* Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.2. c.291.*
8 *num. 65.* Sed ſi non ratione Eccleſiarum, ſed Epiſcopalis dignitatis Epiſcopi vocem habent in Concilio, Epiſcopi titulares, qui verè Epiſcopi ſunt, quid obſtat quòd Eccleſias non habeant, ſi retinent Epiſcopalia priuilegia, ad hoc vt vocem in Concilio habeant, & ad Concilium vocentur? contra Barboſam *vbi proximè.*

9 In Concilio ſoli Epiſcopi, Cardinales, & Patriarchæ, ac cæteri de ordine Epiſcopali habent vocem deciſiuam, cæteri Eccleſiaſtici, & ſæculares, conſultiuam. Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica lib.17.cap.33. §.4.part.3.tom.3.& lib.18.cap.26.§.3.* Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad Concil ſeſſ.2 num.3.*

10 Et quando Epiſcopi in Concilio congregantur, debent ingredi cum ſacris & Pontificalibus ornamentis, & cum mitris albis, ac planis, ſine baculo & pallio. Petrus de Monte *ſuprà, de Conciliorum praambulis, ſumm.3.* Hieronymus Venero *in examine Epiſcopor. c. de Conciliorum congregatione,n.3.& 4.*

11 Antiquitùs Epiſcopi in Conciliis primum obtinebant locum, ante Principum & Regum legatos: licèt hodie non ſeruetur. Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica,p.3.tom.3. lib.17. cap.33.§.4.*

Et nobiliori loco ſedebant, quàm Presbyteri, & Diaconi Cardinales. 12
Bellarminus *in apologia pro reſponſione ad Iacobum Britanniæ Regem, c. 4. de comparatione Regis & Cardinalis.* Boherius *de ordine graduum vtriuſque fori, ſumm.1. num. 50.* Guillelmus Rodeanus *de ſimonia, cap. 18. num. 4.* Gonzales *in regul. 8. cancellariæ, gloſſ. 41. num. 22. vſque ad 24.* B.Ioſeph de Siguença religioſiſſimus ſanè vir *in vita Diui Hieronymi, diſcurſu 6. fol. 249.* ibi, *en los primeros 600. y aun 800. annos ni eran ſolos, ni los primeros,* (loquitur de Cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.) *porque para los negocios graues Guntaua el Papa Concilio national de los Obiſpos de Italia, y aunque ſe hallauan en ellos los Cardenales tenian el primer lugar los Obiſpos de ioſe por la difficultad de iuntar Concilio.* Petrus de Monte *ſumm.1. de ordine aſſiſtentium Concilio,num. 2.& 3.* quam prioritatem & ordinem iam non eſſe in vſu, & de nouo modo & ordine ſedendi, Auguſtinus Barboſa *in remiſſionibus ad Concil ſeſſ.2.n.3. fol.2.*

Tam Epiſcopi, Archiepiſcopi, quàm Patriarchæ, in ſedendo ordinem ac prioritatem conſecrationis obſeruant, vt ab antiquo in variis Conciliis decretum extat. *c. Epiſcopos.17.diſt.* Fileſacus *de ſacra Epiſcopor. author.c.10.§.4 fol.132.* Caſaneus *in catalog. part.4. conſ. 9.* Gregorius Lopez *in l. 9. tit. 5. part. 1.* Felinus *in rubrica de maior. & obed. num.1.* Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſ. 48.§.3 num.14.vſque ad 19.* Lancellottus *in templo, lib.2.cap.2 de Cardinalibus, §.3.* Sebaſtianus de Medicis *in tractat. de legibus & ſtatutis, p.1.q.12.fol.164.* 13

Et ne lites ſeu contentiones de tempore conſecrationis mouerentur, 14

tur, decretum in Concilio Meliuitano fuit, *cap.*14.& in Affricano *cap.*56.Carthag.græc.*cap.*92.vt Epiſcopi quando conſecrarentur, ab Epiſcopo conſecrante literas acciperent, manu eius & aliorum duorum Epiſcoporum conſecrantium ſcriptas, continentes Conſulem,& diem, vt nulla altercatio de poſterioribus, vel anterioribus oriretur: quòd ſi illo anno nondum eſſent creati Conſules, vel nulli eſſent, ea vtebantur formula poſt cõſulatũ N.V.C. vt decretũ fuit in Concilio Meliuitano *cap.*10.&hic cõſecrationis ordo, & prioritas,tam religiosè ab Epiſcopis ſeruatus fuit, quòd ſi qui Presbyteri, vel Archidiaconi, Abbates, vel Diaconi, ad Concilium à ſuis Epiſcopis miſſi eſſent, eorum vice in ſubſcribendo ſuorum Epiſcoporum ordinem retinerent, etiam ante Epiſcopos, qui ordinatione poſteriores eſſent illis Epiſcopis. Ioannes Fileſacus *vbi prox. d. c.* 10.§.4.

15 Concilium generale Epiſcoporum legitimè congregatum poteſt cognoſcere ſuper controuerſia orta de Papatu.*c. ſi duo.* 79.*diſt.*Sylueſter *verb. Concilium.num.*7.*in fine.*Petrus de Monte *de primatu Papæ, ſumm.de Concilij præeminentia,num.*2. Philippus Decius *conſ.* 152. *num.* 4. & 12. *tom.*1.

16 Sed ſi contendentes de Papatu Concilium congregare noluiſſent, ne de eis iudicium fiat, quod eſt ſatis veriſimile facturos, tunc Cardinales debent conuocare ad Concilium interueniente etiam Imperatoris & Regum authoritate, & irrequiſitis contendẽtibus vt Concilium congregent: vt factum fuit tempore Sigiſmundi Imperatoris. Tiberius Decianus *in tractat.criminal. tom.*1. *lib.*5.*cap.*52.*num.*6.Petrus à Monte *ſumm. de Concilior. general. congregatione, num.* 8. & 9.Sylueſter & Philipp.Decius *num.*13.Nicolaus de Milis *in repertor. verbo Papa,verſ. Papa ſolus.*

Concilium generale Epiſcoporum legitimè congregatum eſt iudex competens Papæ, in omne id, quod attinet ad vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ & ad communem reformationem: vt iam ſancitum in Concilio Conſtantiæ celebrato, anno Domini de 1415. tempore Sigiſmundi Imperatoris, & in Pontificatu Ioannis XXIII. Illeſcas *in hiſtoria Pontificali in vita Ioannis XXIII.fol.*74. *verſ. en las dos otres ſeſſiones ſigientes.* Soto *in* 4. *ſentent. diſt* 22.*quæſt.*2. *art.* 2. Petrus à Monte, Sylueſter, Philippus Decius,& Milis *ſuprà.* Cataldinus *de poteſtate Papæ, num.* 82. Armilla *verbo Concilium, num.*1.& 2. Selua *de benefic. quæſt.*22.*part.*2.*num.*6.Rojas Epiſcopus Serguntinus *in ſingularibus litera P,ſingulari.*146.*per totam.* 17

Sed caue à Deciano, Philippo Decio, Rojas, & ab aliis ex proximè relatis, aſſerentibus: poſſe Papam in hæreſim incidere,& propter hæreſim à Concilio priuari;& Tiberius Decianus *hæc addidit in tom.*1.*lib.*4.*cap.*15. *num.*18. Neque 18/19
tibi videatur nouum quòd Papæ inueniantur hæretici, nam & Liberius Papa Arrianorum erroribus ſe immiſcuit, & Anaſtaſius ſecundus Neſtorianis adhæſit, & Cæleſtinus errore magno lapſus eſt,circa matrimonia fidelium.Sed profectò meliùs dicere nobis licebat, ipſum eſſe errore magno lapſum circa rem tam grauem, cùm certiſſimum ſit, Papam errare in his non poſſe, quæ ad fidem pertinent, neque in hæreſim incidere; ſed ad declarationem diſtinguo ſic.

Quòd

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

20 Quòd Pontifex aliquid tamquam Caput Eccleſiæ de conſilio Cardinalium diffiniens, nullo modo errare poſſe tenendum eſt: nam ad hoc dirigũtur verba illa Matth. capit. 16. ibi, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi* (hoc eſt hæreſes) *non præualebunt aduerſus eam*: & illud Lucæ capit. 22. *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres*
21 *tuos*; & in hoc ſenſu ſunt accipienda verba illa text. *in c. à nobis, 2. de ſententia excommunicat.* ibi, quod iudicium veritati, quæ neque fallit, neque fallitur, ſemper innititur. Nam quoties Pontifex aliquid decernit, tamquam Eccleſiæ Caput,
22 ſemper veritati & Dei iudicio innititur, & ſic falli aut decipi nullo modo poteſt, neque fallere, aut decipere, quod totus fatetur mundus. *c. arrecta, 24. quæſt. 1. c. ſic omnes.* 2. & ibi Gloſſa. Archidiacon. & Geminianus 29. *diſt. c. maiores, de baptiſmo.* & ibi Ioannes Andreas *num. 2.* Innocentius, Panormitanus, Zabarella, Antonius de Butrio, & Ancharanus, *c. ſignificaſti, de elect.* & ibi Panormitan. *& in c. 1. de reliquiis, & venerat. Sanctor.* & ibi Scribentes, Caietan. & Diuus Thomas 2. 2. *quæſt. 1. art. 10. & quæſt. 11. art. 2. ad 3.* idem Caietanus *in tract. de Concilus cap 9. & 11.* quos ſequitur Couarruuias *variar. lib. 1. cap. 10. num. 12.* Felinus *in c. venerabilis, 52. de teſtibus, num. 2.* Syluester *verbo Eccleſia, 1. num. 3. & verbo Concilium, num. 3.* Simancas *de Catholicis inſtit. c. 44. n. 17. vſque ad 20.*

Si verò aliquid decernit, non vt caput Eccleſiæ, ſed vt perſona priuata, & particularis, diſtinguo: aut eſt circa abſolutionem excommunicatorum, vel circa alia negotia, quæ ad fidem non pertinent, & circa hoc dicendum eſt, poſſe errare, quia etiam poteſt peccare; & in hoc caſu intelligendus eſt textus *in d. c. à nobis, 2. de ſentent. excommunicat.* ibi, iudicium autem Eccleſiæ nonnumquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpè contigit, & falli: vt optimè ſentiunt Panormitan. Hoſtienſis, Butrio, Zabarella, & Felinus, ibi, & meliùs. Couarruuias & Syluester *ſuprà* Gloſſ. *in c. arrecta, 24. quæſt. 1.*

Aut eſt circa ea, quæ ad fidem pertinent, & ſunt fidei: & licèt in his loquatur de rebus fidei, vel pertinentibus ad fidem, tamquam perſona priuata, & non tamquam Caput Eccleſiæ. Nihilominus tamen pertinaciter errare, vel in hæreſim incidere, piè credendum eſt, nullo modo poſſe: vt eleganter def-
fendunt Simancas *de catholicis inſti* 23
*tut. cap. 12. num. 14.* illis verbis: eſt alia pia ſatis & erudita ſententia, quæ audacter aſſerit, & perdoctè probat nullum hactenùs Pōtificem ſummum fuiſſe hæreticum; ſed neque in futurum eſſe poſſe, quia Christus oratione ſua impetrauit, ne vmquam deficeret fides Petri, cuius prærogatiuæ participes facti ſunt ipſius Petri ſucceſſores. Et ex verioribus hiſtoricis ad hæc vſque ſæcula conſtat, omnes Pontifices catholicos deceſſiſſe, quod eleganter probant Albertus Pighius, *lib. 4. hierarchiæ Eccleſiaſticæ, cap. 8.* & Alphonſus à Caſtro, *lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 6.* Cardinalis Bellarminus *libro 4. de Pontifice, cap. 5.*

24 Quando agitur de cauſa Papæ mortui, non ad Concilium Epiſcoporum, ſed ad Papam ſucceſſorem cauſæ cognitio ſpectat, quod

fuit de facto tempore Clementis V. coram eo namq; bonæ memoriæ Bonifacij octaui Papæ, minus piè quàm tantum Principem decebat, à Philippo Galliarum Rege dicto *el hermoſo* impugnabatur. Menochius *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 80. *num.* 132. Tiberius Decianus *in tract.criminal. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 52. *num.* 17. Martin. Laudenſ. *de Principib quæſt.* 499. Cataldinus *de poteſtate Papæ. num.* 82. Petrus à Monte *de primatu Papæ, & Monarch. Concil. ſum. de Concilij præeminentia, num.* 10. *&* 11.

25 Tenentur etiam Epiſcopi non ſolùm vocati ad Concilium ire, ſed quotannis, vel quando ipſis conueniens, neceſſarium viſum fuerit, Concilium Synodale congregare, pro moribus moderandis, & exceſſibus corrigendis. Concil. Trident. *de refor. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *lib.* 8. *c. de Concilijs, cum multis ſeqq. c. quoniam &. annis ſingulis.* 18. *diſt.* Sylueſter *verb. Concilium. num.* 11. Armilla *verbo Epiſcopus, num.* 15. Cæremonialis Epiſcoporum, *cap.* 31. *lib.* 1. Angelus *verbo Epiſcopus, num.* 13. Sebaſtianus de Medicis, *de legibus, & ſtatutis, part.* 1. *quæſt.* 14. Marius Alterius, *de cenſuris, tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 2. *col.* 5. *litera D.* Emanuel Rodriguez, *tom.* 3. *quæſt.* 47. *fol.* 227. Barboſa, *in paſtorali, pag.* 3. *alleg.* 93. *num.* 2. Antonius Fernandez de Moure, *in examine Theologiæ, pag.* 4. *cap.* 7. §. 1.

26 Archiepiſcopus electus, confirmatus & conſecratus, ſed nondum palliatus Synodum congregare nequit. *c. quod ſicut* §. *ſuper eo.* & ibi gloſſ. & Panormitan. *num.* 4. *de elect.* Sanchez *de matrimonio, lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 9. Petrus Gregorius *ſyntagmat. pag.* 2. *lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 6.

27 Tempus autem præcipuum ad Synodum congregandum eſt poſt tertiam hebdomadam Paſchæ, vel ante dies Quadrageſimæ, vt omnibus (ſiquæ ſunt) ſimultatibus amputatis, mundum ieiunium, & ſolemne Deo poſſit offerri. *c. habeatur c. propter Eccleſiaſticas* 18. *diſt.* & ibi Archidiacon. & Scribenr. 28

Ad eum tamen accedere tenentur animarum curam habentes, *c. quod ſuper his. cum gloſſ. de maiorit. & obedient. c. de eulogijs. c. ſi quis autem.* 18. *diſt.* Concil Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 2. ibi, ratione tamen parochialium, aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum, debent ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe. Franciſcus Leo, *in theſaur. cap.* 9. *num.* 13. *pag.* 1. Vgolinus *de offic. Epiſcopi cap.* 48. §. 1. *num.* 1. Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 93. *num.* 5. 29

Debet enim etiam accedere Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Collegiatæ, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens. *can. vltim. de his quæ fiunt à Prælat. ſine.* & tunc Capitulum deputauit illos, qui accedere & intereſſe debent, vt reliqui Capitulares in ſeruitio Eccleſiæ remaneant. Sic declarauit ſacra Congregatio Card. teſte Barboſa, *vbi ſupra num.* 11. 30

Ingredi namque in Synodo tenetur Epiſcopus ſacris indutus veſtibus, & ſimiliter Abbates benedicti. Cæremonial. Epiſcopor. *lib.* 1. *cap.* 31. Geminian. *in cap. vt Apoſtolicæ, de priuileg. lib.* 6. *num.* 9. Lancellot *in templo lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 20.

Abbates exempti ius mitræ, & 31
baculi, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, debent ingredi cum ſacris veſtibus, & vti mitris aurifriſatis, ſed abſtinere à mitris habentibus aureas ſeu argenteas laminas.

laminas.*c.vt Apoſtolicæ 6. de priuileg. lib.*6.& ibi Geminian.*num.*4.Ioann. Garcia *de nobilitate*, *gloſſ.* 48. §. 3. *num.*62. Caſaneus *in catalog. part.*1. *argumentor. conſiderat.* 5. Boherius *de author. mag. conſil. num.*13. Cæremonialis Epiſcoporum.*l.*1.*c.*31.

32 Abbates verò non exempti debent portare mitras ſimplices, ac planas, non aurifriſatas. *c.vt Apoſtolicæ.*& ibi Geminian.Panormitan. Boherius, & Caſaneus. Lancellottus,*in templo,lib.*2.*cap.* 7. *de Abbate.* §.1.*num.* 2. vbi plura congeſſit de Abbatibus.

33 Extra Synodum autem in præſentia Epiſcopi illius Diœceſis, Abbates tam exempti quàm non exempti talia deferre ſine venia Epiſcopi de honeſtate non debent, niſi ſuper hoc ſpeciale Pontificis habeant priuilegium. Geminian. & Caſaneus,ibi.

34 Quemadmodum Epiſcopus coram Romano Pontifice,vel Apoſtolicæ ſedis legato vtitur mitra alba, & plana; & licèt in iure expreſſum non ſit, audiui quòd debet eſſe *de olanda ſin ninguna guarnicion.* Cardinales autem coram Papa *de damaſco con vnos ribetes de lo meſmo*: neque ibi vtuntur baculo paſtorali, quia baculum gregis ſignificat cuſtodiam, & cùm cuſtodiæ plenitudo Papæ tamquam in plenitudinem poteſtatis vocato, ſit commiſſa, coram eo debent ceſſare inſignia talis poteſtatis. *c. ad honorem*, *de thor.& vſu pall.*Geminian.*ſuprà.*Petrus à Monte *de primatu Papæ*, *& Monarch. Concilior. ſumm.* de Concil. *præambulis,n.*5.*cum ſeqq.*

35 Et quatuor Patriarchæ, ſcilicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus quibus ex priuilegio conceſſum fuit, vt vbicumque crucem ante ſe ferri poſſent non vtuntur ea in vrbe Romana, vel vbicumque Romanus Pontifex eiuſve Legatus fuerit, vtens inſigniis Apoſtolicæ dignitatis, (ſunt enim veſtis rubea, palafredus albus, frenum & calcaria deaurata. Petrus Gregorius *ſyntagmatum*, *lib.* 15. *cap. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 6. Cardinalis *in Clementin. vltim. de priuileg.* Flaminius Pariſius *de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 13. *num.* 7. Andreas Gambarus *de offic. Legati de latere*, *num.* 20. *fol.* 25. Barboſa *in paſtorali*, *tit.* 3. *cap.* 1. *num.* 23. *c. antiqua.* & ibi Abbas *de priuileg.* Gloſſ. *in cap.* 1. *vt lite pendent. verbo de iure.* & ibi Scribentes, Petrus Gregorius *vbi proximè*, *& cap.* 3. *num.*12. Syluester *verbo Patriarcha*, *num.* 1. Cardinalis *in d. Clementin.* Riccius *in prax.deciſ.* 570. *num.* 4. Bonifacius de Vitalinis *in d. Clement. num.*2. Gratianus *diſceptat.forenſium,cap.*467.*tom.*3.*n.*10.11.*&* 12. Rodeanus *de ſimonia c.*16.*n.*4.*p.*1.

Et præſente Legato de latere, vel 36 Cardinali, nullo modo debet permittere Archiepiſcopus ante ſe crucem portari. Cæremon. Epiſcopor. *l.*1.*c.*4.Gambar.*ſuprà & l.*1.*n.*6. Riccius Vitalinus,Barboſa, & Rodeanus Bertachinus *de Epiſcopis*, *prima parte quarti libri,num.*5. Lancellott. *in templo lib.*2.*cap.* 1. *num.* 3.*ſumm. cruce vtitur Pontifex.*

Et Cardinales ſanctæ Romanæ 37 Eccleſiæ Romano Pontifice aſſiſtente rochetum coopertum geſtant: & Epiſcopi Cardinalibus aſſiſtentibus de vrbanitate idem obſeruant: & coram Cardinali legato de latere neque vtuntur Mozetta, neque rochetto; ſed ſuper indumentis portant mantelete, & manicas albas rocheti diſcoopertas, vt iam vidi in aduentu illuſtriſſimi

Cardinalis D. D. Franciſci Barbarini Legati à latere, cum commiſſione ampliſſima,& ſanctiſſimi Vrbani Octaui nepotis, quem Deus optimus maximus ad totius Eccleſiæ bonum feliciter ſeruet. Cæremonial. Epiſcopor. *lib.* 1. *cap.* 4. Riccius Bertachin. & Gambar. *ſuprà* Caſaneus *in catalag. part.* 4. *conſider.* 25. *verſ. final.* Camillius Borellus *in ſumm. deciſion. tit.* 6. *n.* 41.

38 Tenentur etiam ad Synodum accedere regulares, quibus animarum cura commiſſa eſt, vel deputati ad curam animarum in Eccleſiis regularium. Concil. Tridentin. *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. Azor. *inſtit. moral.* 2. *part. lib.* 3. *cap.* 47. *quæſt.* 3. Barboſa *in paſtorali, part.* 3. *alleg.* 74. *num.* 25.

Incidit Epiſcopus in ſuſpenſio-
39 nem duorum menſium, ſi poſt celebrationem Concilij prouincialis, non conuocat ad Synodalem, ad ibi quidquid ſalubre ſtatutum eſt, referendum. *c. final.* 18. *diſt.* Sylueſter *verbo ſuſpenſio* 6. *verſ.* 1. Marius *de cenſuris, tom.* 2. *diſp.* 16. *de ſuſpenſione, c.* 1. *verſ.* 2. Bonacina *eodem titulo, diſp.* 3. *quæſt.* 6. *punct.* 5. *num.* 3. Henriquez *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 38. §. 3. *num.* 4. Barboſa *alleg.* 111. *num.* 21.

In Synodo & extra Synodum ad
40 abuſus tollendos, & ad retinendum clerum ſuæ Diœceſis in diſciplina habet Epiſcopus poteſtatem legiſlatiuam, & ſic poteſt ſtatuta condere ſine conſenſu cleri, non verò Capituli ſuæ Eccleſiæ irrequiſito conſilio, quod ſequi nullo iure cogitur. Vt Sacra Congregatio declarauit. Leo *in theſauro part* 1. *cap.* 9. *num.* 15. Vgolin. *de offic. Epiſcopi c.* 47. *num.* 7. Borgaſius, *de irregular. titulo quis poſſit facere canonem. fol. mihi* 370. Guillielmus Rodeanus *de ſimonia cap.* 18. *num.* 8. *fol.* 63. Facit Text. *in cap.* 2. *de maior. & obedient. & in cap. vt animarum, de conſtitut. in* 6. Gloſſ. *in cap.* 1. *verbo generaliter. de conſecrat. diſt.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 47. *quæſt. vltim.* Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 93. *num.* 23. Suarez, *de legibus lib.* 4. *per totum: præcipuè num* 2. Marius *de cenſuris tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 2. *col.* 5. *liter. D.* Sebaſtianus de Medicis *de legibus & ſtatutis part.* 1. *quæſt.* 14. *fol.* 164. Bart. *in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & iure.* & ibi Bald. idem Baldus *in c. ſi quis* 2. *de maior. & obed. num.* 2. *& in cap. conſtitutio. n.* 7. *de conſtitut.* Diaz de Luco *regula* 238. Speculator *lib.* 1. *p.* 1. *titulo de diſp.* §. 5. *num.* 23. Chriſtophorus de Caſtelliono *conſ.* 21. incipit, *in Chriſti nomine. fol.* 32. *num.* 14. Alexander de Neuo *conſil.* 60. *num.* 16. *fol.* 68. vbi dicit, poſſe ſtatuta præceptoria, prohibitoria, atque pœnalia condere: idem tenet Caſtelliono *vbi proximè.*

Et talia ſtatuta perpetua ſunt, ne- 41
que expirant morte Epiſcopi ſtatuentis. Gloſſ. *in d. cap. vt animarum, de conſtitut. lib.* 6. neque etiam ſi tranferatur ad aliam Eccleſiam, ideò deſinunt robur ac firmitatem habere. Geminianus *in d. cap. vt animarum.* Barboſa *in paſtorali, p.* 3. *alleg.* 93. *num.* 23.

Sed ad hoc vt valeant, debet ſta- 42
tuere ſecundùm ius Canonicum, & iuxta Pontificis ſtatuta, ſeu Concilij generalis, *c. inſtitutionis* 25. *quæſt.* 2. *c. quod ſuper his, de maioritate & obedientia. Clementina ne Romani,* & ibi Cardinalis *de electione.* Panormitanus *in c. finali de conſuetudine, num.* 7. & 8. Chriſtophorus Caſtelliono *conſil.* 21. *num.* 10. Anguianus *de legibus lib.* 2. *controuerſ.* 2. *per totam, & controuerſ.* 3. *in pr.* Rodrigez *tom.* 4. *de ſus obras c.* 67. *num.* 23. Barboſa *ſuprà num.* 29.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

43 Cauſa verò neceſſaria aduenien-te quòd poſſit ſtatuere contra ius tenent Baldus & Iaſon *in l. omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.* multos citat Diaz de Luco *dict.regula* 238. *limitat.* 1. Lancellottus *in templo, lib.2.cap.5.§.3.num.55.* vbi ponit nouem caſus.

Poteſt etiam ius commune, ſeu lex ſuperioris, ſtatuens coadiuuare. Gloſſ. *in Clement. ne Romani, de elect.* & ibi Cardinalis *verbo tolli.* Zilettus *conſil. 93. num. 3. incipit, die duodecimo Iulij.* Alexander de Neuo *conſil. 60. incipit, in Chriſti nomine, num.*8.

44 Licet etiam Epiſcopo ſtatuere contra conſuetudinem, maximè ſi eſt præiudicialis Eccleſiæ, ſui Capituli conſilio requiſito, licèt non habito. Valencuela *conſ.* 34. *incipit, inuocato diuino numine, n.*112.*vſque ad* 135.

45 Nequit tamen immutare ſtatutum ſuæ Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli, neque Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi. Panormitan. *in c.cum omnes, de conſtitut.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. §. 3. num.*43.

Neque Capituli conſenſus proderit ad hoc vt valeat Epiſcopus ſtatuere contra ius. Guillelmus Rodeanus *titulo de ſimonia, tom.2.part.*1. *cap.*24.*num.*1.

46 Neque etiam ſi interueniat cleri & Capituli conſenſus, ſtatuere poteſt, quòd promoti ad minores ordines continentiam ſeruent: defendit Anguianus *de legibus lib. 2. controuerſ. 2. num.*26. contra Archidiaconum *in c. certè num.* 1. 12 *quæſt.*1.

47 At verò poteſt facere edictum vt omnes oſtendant titulum ſui beneficij ſub pœna priuationis, & ſi non oſtenderint in pœnam incident: multos refert Diaz de Luco latè diſputans *regula* 236.

Et ſtatuere quòd quis non habeat vocem in Capitulo, niſi ſit in ſacris conſtitutus. Clement. *vt hi qui de ætate & qualitate.* Alexander de Neuo *dict. conſil.* 60. *incipit in Chriſti nomine, num.*16. 48

Et poteſt rem Eccleſiæ infeudare ſine conſenſu Capituli, ſi talis res aliàs in emphiteuſim data fuit. Calderenſis *conſil. 1. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, fol.* 30. 49

Poteſt etiam ſine conſenſu Capituli remittere iniuriam ſibi & Eccleſiæ factam. Burgaſius *de irregularitate, part. 6. num. 6. titulo de tregua & pace.* Albericus *in l. ſi quis in hoc. c. de Epiſcopis, & clericis.* 50

Si laicalis poteſtas aliquod pro- 51
mulgaſſet ſtatutum generale, com- 52
prehendens laicos & clericos, poteſt Epiſcopus compellere laicalem poteſtatem ad hoc, vt declarent tale ſtatutum neque loqui, neque comprehendi in eo clericalem ſtatum. Ioannes Andreas *in c. final. de immunit. Eccleſiar. lib.* 6. Alderanus Maſcardus *de general. ſtatutorum interpretatione, conſ.*1.*n.*79.

Si verò tale ſtatutum expreſsè clericos comprehenderet, & in præiudicium clericalis ſtatus fuiſſet, poterit propria authoritate, nullo citato & audito tollere. Felinus *in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtit. n.*108. Alderanus Maſcardus *ſuprà num* 80. 53

Poteſt Epiſcopus diſpenſare contra ſtatuta ſua, & Synodalia, & etiam contra alia ipſius decreta ſtatuere, ac ea reuocare, dummodò iurata non ſint, neque tranſiſſent in priuilegium, ſeu contractum. Felinus *in c. at ſi clerici. §. de adulte-* 54

*riis, num. 6. de iudiciis.* Geminian.
*in c. licet canon. num. 8. de elect.* Fran-
ciſcus Leo *in theſauro, part. 2. cap.*
8. *num.* 58. Ægidius Coninck *de*
*Sacram. diſp.* 33. *dub.* 1. *num.* 4. Luco
*regula* 242. Armilla *verbo diſpenſatio.*
*num.* 24. Syluester *eodem verbo, num.*
19. Seraphinus de Seraphinis *pri-*
*uilegio* 75. *num.* 17. *fol. mihi* 458. Mar-
cus Antonius Bauurius *de virtute iu-*
*ramenti, num.* 153. Barboſa *in paſto-*
*rali part* 2. *alleg.* 34. *num.* 3. Sayrus
*de cenſuris lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 11.
Azor *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *c.*
15. *quæſt.* 7. *verſ. in præſenti.*

Poteſt etiam diſpenſare in ſtatu-
tis anteceſſorum, quamuis ipſe iu-
raſſet neque reuocare, neque in eis
diſpenſare; ſed ne peccet requiri-
tur quòd ipſe prius ſecum diſpen-
ſet in iuramento à ſe præſtito. Ema-
nuel Rodriguez alios referẽs *tom.* 3.
*de ſus obras cap.* 121. *num.* 6.

Et tam Epiſcopus quàm eius Vi-
55 carius adinſtantiam literas monito-
rias concedere poſſunt, ad hoc quòd
ſi non adimpleant eius mandatum,
& reſtituant quod furati ſunt, ex-
communicationem incurrant. Ar-
gum. text. *in c. ſacerdotibus, de off. or-*
*dinarij. c. ad noſtram.* 2. *de iure iuran-*
*do. c. conſtitutis* 1. Arg. text. *per locum*
*ab ſpeciali, in c. dilectus, de exceſſib.*
*Prælatorum. c. Romana. §. caueant*
*de ſentent. excommunicat.* Concil.
Trid. *ſect.* 25. *de refor. cap.* 3. Gloſſ.
*in l. ciuile. c. de furtis.* & ibi Bartol.
Bald. & cæteri Scribentes. Baldus
*in d. cap. ſi ſacerdos.* & Aretinus *in*
*c. nouit, de iure iurando.* Stephanus
Aufrerius *in additionibus ad clemen-*
*tinam primam, de offic. ordinarij, & in*
*tractatu de poteſtate Eccleſiæ ſuper ſæ-*
*culares num.* 53. Ioannes Neuicianus
*in ſua Sylua lib.* 3. *num.* 38. Nauarr.
*in manuali cap.* 27. *num.* 10. Bernar-
dus de Luco *regula* 243. vbi plures
refert limitationes. Henriquez *in*
*ſumm. lib.* 13. *cap.* 17. §. 4. Gutierrez
*canonicar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Gar-
cia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 8. *num.*
94. Soarez *tom.* 5. *diſp.* 20. *ſect.* 1. *n.*
2. Saytus *de cenſuris lib.* 1. *cap.* 9. *n.*
33. *verſ. primum eſt.* Sanchez *de matri-*
*monio lib.* 3. *diſput.* 29. *quæſt.* 2. *num.*
16.

Epiſcopus dum eſt in ſuo Capi- 56
tulo non habet niſi vnam vocem; &
quando eſt in Capitulo ſemper præ-
ſumitur adeſſe, vt Prælatus, non vt
canonicus. Nicolaus de Milis *verbo*
*Epiſcopus, in repertorio verſ. Epiſcopus*
*in dubio.*

Et quando adeſt vt Epiſcopus in 57
Capitulo ſi canonicorum vota pa-
ria ſunt, quia tot ſunt de vna parte
capituli quàm de altera, in illa par-
te vbi votum Epiſcopi eſt, ibi ma-
ior conſtituitur pars Capituli: vide
Hoſtienſem *in cap. poſtulaſtis,* de cõ-
ceſſ. præbendæ citatus, & ſequutus
à Celſo Hugone *conſ.* 28. *incipit, vi-*
*ſo puncto & facti num.* 8.

Aduertant etiam Epiſcopi quòd 58
maieſtuosè tam in Synodo capituli
quàm in aliis actibus, & locis ſuam
conſeruent dignitatem: & licet adi-
tum ad ſe faciliter omnibus præ-
beant, non tamen ſe contemni pa-
tiantur, neque familiariter ad col-
loquia alios admittant: nam ex cõ-
uerſatione æquali contemptio naſ-
citur dignitatis.

Sed in cognoſcendo neque ex- 59
candeſcere aduerſus eos, quos ma-
los putant, neque precibus calami-
toſorum inlacrymari oportet: id
enim non eſt conſtantis & recti Iu-
dicis, cuius animi motum vultus
detegit: & ſummatim ita ius red-
dere debent, vt auctoritatem di-
gnitatis ingenio ſuo augeant. Arg.
text. *in l. obſeruandum ff. de offic. præ-*
*ſidis, l. hunc titulum, in pr. ff. de poſtu-*
*lando.*

*lando. l.* 1. §. *quamvis. verſ. ſi ſeruus hæres. ff. de ventre inſpiciendo.* & ibi Scribentes, & *in l. obſeruandum.* & ſic in diœceſi omnes præcedere tenetur etiam Magnates ac Principes laicos. Concil. Tridentin. Panormitan. *in c. omnes.num.*1. *de maioritate & obedientia. num.* 1. & ſedere in ſua Eccleſia in eminentiori loco, puluinari adhibito & ſi ſedit extra Eccleſiam ſuam, & diœceſim in aliquo ſtudio, Capitulo, aut conſilio, ſi ſedit tamquam Epiſcopus omnes præcedit.

61 Si verò tamquam Canonicus, Conſiliarius, aut Scholaris, debet ſedere ante omnes Canonicos, non ante dignitates, & ante omnes Cõſiliarios poſt Præſidem, & ante omnes ſcholaſticos poſt Rectorem, niſi in contrarium eſſet conſuetudo. Gloſſ. in c. auditis, & ibi Panormitanus *num.* 4. *de elect.* Felinus *in rubrica de maiorit. & obedient. num.* 9. Menoch *de arbitrar. centur.* 1. *lib.* 2. *caſu* 68. *num* 23. & 24. Boherius *de auth. magni conſil. num.* 65. & 66. Zerola *in prax. verbo Epiſcopus, num.* 7. *p.* 1. Franciſcus de Pauinis de offic. & poteſt. Capituli, ſede vacante q. 10. 2. *partis principalis, num.* 17. Mandoſius *conſil.* 99. *num.* 13. *vol.* 1. Franciſcus de Ponte *conſilio* 14. *pro Priore Vngariæ, num.* 49. *tom.* 1. Fauuius de Anna *conſ.* 122. *num.* 20. *vſque ad* 30. Lancellot *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *n.* 11. Anellus Amatus *tom.* 1. *conſ.* 30. *incipit, cùm temporum calamitas, num.* 4. Ioann. de Hebia *in Curia Philippica, p.* 1. §. 1. *verbo cabildo, num.* 4. Sigiſmundo Scacia *de appellationibus, lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 92.

Nam ibi non conſideratur vt Epiſcopus, ſed vt particularis, gerens actum ſcholaſtici aut Conſiliarij: & ideò ſi in aliquo Conſilio aſſiſtat Epiſcopus habens Marchionalem aut Ducalem dignitatem, non præfertur aliis Epiſcopis. Lodofredus *in paraphr. feudali. cap. omnes. titul. ſi de feudo defuncti fuerit controuerſum.* Felicius Contelorius *de præcedentia religionis Prædicatorum q.* 1. *n.* 24.

Et ibi dicit Contelorius, quòd Cardinalis filius Regis, in ſedendo, & in aliis actibus, non præfertur Cardinalibus antiquioribus. Freuia *de feudis num.* 1. § *alia etiam, num.* 22. & *ſequenti.* & *lib.* 2. *quis dicatur Dux, n.* 58. *verſ. non obſtant.* 62

Quemadmodum Epiſcopus Conſiliarius debet ſedere in loco vbi ſederet alius Conſiliarius, qui non eſſet Epiſcopus: quia ibi non reputatur vt Epiſcopus, ſed vt Conſiliarius. Lanarius *conſil.* 88. *n.* 17. Felicius *vbi prox. n.* 20. 63

In Vniuerſitate Salmantina Epiſcopi præcedunt cæteros alios, non exceptis neque Rectore, neque Cancellario. Didacus Perez *in l.* 31. *tit.* 3. *lib.* 2. *ordinamenti.* vbi citat quamdam conſtitutionem dictæ Vniuerſitatis. 64

Et ſi ingrediatur in aliqua proceſſione, quamuis proceſſio fiat in monaſteriis exemptis ſui territorij, debet Epiſcopus præcedere Prælatum illius religionis, etiamſi ſit Prouincialis aut Generalis. Emanuel Rodriguez *quæſtionum regular. tom.* 2. *quæſt.* 59. *art.* 1. *fol.* 293. 65

Sed Capellanus maior Cappellæ regalis in regia Capella omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos præcedit, licet ille Epiſcopus non ſit, & in qualibet Eccleſia Cathedrali ſi Rex præſens fuerit, præcedit etiam Epiſcopum illius Eccleſiæ, & faciet officium celebrans ſolemniter, non tamen in Pontificalibus niſi ſit Epiſcopus. Emanuel Rodriguez *tom.* 3. 66

*tom. 3. de ſus obrâs cap. 61. num. 1. & 2.*

67 At verò in Capella Papæ in actu requirente ordinem Epiſcopalem, præfertur Cardinali non Epiſcopo, in aliis verò caſibus Cardinales præcedunt. Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſ. 48. §. 3. num. 54. verſ. ſi verò ſunt. cum ſequenti.*

68 Et tam in vrbe Romana quàm extra Protonotarios præcedit, & etiam illos, qui ſunt de numero. Thomas Zerola *in praxi p. 2. verbo Epiſcopus, n. 25.*

*SVMMARIVM.*

Epiſcopo *an liceat creare Vicarium, & ad quid conſtituitur.* num. 1.

*Vtrùm requiratur Capituli conſenſus ad deligendum Vicarium.* num. 2.

*Quæ ætas requiratur in eo, qui creandus eſt Vicarius.* numero 3.

*An poßit laicus conſtitui* Vicarius. num. 4.

Epiſcopus, *qui duos Epiſcopatus habet, vtrum debeat duos creare Vicarios.* num. 5.

*Communitas alicuius loci, an poßit petere ſe tueri in poſſeßione quòd ibi ſemper aßiſtat Vicarius.* num. 6.

*Vtrùm habeat iuriſdictionem ordinariam.* num 7. *& vtrùm habeat dignitatem.* num. 8.

*Poteſt eſſe delegatus Papæ.* ibid.

*Quos præcedere debeat præſente* Epiſcopo, *& quos abſente.* num. 9. & 10.

*An ipſe abſente Epiſcopo alium Vicarium conſtituere valeat.* numero 11.

*Vtrum appelletur de Vicario ad Epiſcopum, & quid ſi fiat per modum querelæ à grauamine.* num. 12. & 13.

*Vtrum liceat* Epiſcopo *cauſam coram ſuo Vicario pendente auocare.* num. 14.

*Vtrum delegati Apoſtolicæ ſedis id facere poßint.* num. 15.

Ex *generali commißione vtrum permiſſum* Vicario *admittere reſignationes, ſeu beneficiis priuare.* num. 16.

Vtrum *dare reuerendas.* numero 17.

Vtrum *dare reuerendas.* num. 17.

*An diſpenſare in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus.* num. 18.

*Quid in votis: & quid ſine ſpeciale mandato poſſit facere, remiſsiuè* num. 19.

Priuilegium *conceſſum* Epiſcopo *an proſit* Vicario. num. 20.

*Quando vno die* Epiſcopus *&* Vicarius *beneficium (vno inſcio prouiſione alterius) conferunt quæ collatio valeat.* num. 21.

*Reſignationem beneficij ſi eo tempore* Vicarius *admiſit, quo Epiſcopus mortuus erat,* Vicario *inſcio, an admiſsio locum habeat.* num. 22.

*Si dum eſſet* Vicarius *iudicauit in aliqua cauſa, à qua ſententia appellatum fuit ad Archiepiſcopum, & ipſe tunc temporis Archiepiſco*

*chiepiſco*

chiepiſcopus factus eſt, an poſſit ius dicere in ea. numero 23. & 24.

Recuſatus, ſeu excommunicatus Epiſcopus, vtrum excommunicatus cenſeatur Vicarius. numero 25.

Mortuo ſeu translato Epiſcopo, vtrum iuriſdictio Vicarij ceſſet. num. 26.

Vicarius iuriſdictionem vtrum à lege an ab Epiſcopo conſtituente accipiat. num. 27.

Iuriſdictio ordinaria vtrum expiret mortuo ſuperiore conſtituente. num. 28.

Iuriſdictio delegata an finiatur mortuo delegante. num. 29. & vtrum in hoc caſu partes poſſint prorogare iuriſdictionem delegati. num. 30.

Quando vna iuriſdictio ordinaria adhæret alteri ordinariæ, vt acceſſoria, finitur ceſſante iuriſdictione cui adhæret vt acceſſoria. num. 3.

Vicarius Epiſcopi mortui an valeat petere ſalarium ſibi non ſolutum, Epiſcopo ſucceſſori. num 32.

Vicarius an cenſeatur reuocatus per creationem ſecundi, ſi non certioratur. num. 33. & 34.

An poſſit Epiſcopus reuocare Vicarium ſine cauſa, & quid ſi iuraſſet non reuocare. num. 35. & 36.

Vtrum Epiſcopus debeat preciſè conſtituere Vicarium. num. 37. 38. & 39. ac 40.

An poſſit conſtituere alium loco ſui, qui aſsiſtat, cum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. num. 41.

Eſt Epiſcopus dominus abſolutus in ſpiritualibus in Diœceſi ſua. num. 42.

An poſſit viſitare Diœceſim. num. 43.

Quòd debent facere ſingulis annis, niſi conſuetudo in contrarium extet num. 44

Vtrum per ſe, an per viſitatores. num. 45.

Quali reuerentia debeat recipi, quando intrat ad viſitandum. num. 46.

Paruo victu debet eſſe contentus in viſitatione. num. 47.

Debet abſtinere à famulorum multitudine, dum viſitat. num. 48.

Vtrum loca pia poſſit viſitare propria authoritate, ſeu delegata. num. 49.

An poſſit viſitare loca pia ſub Regum protectione exiſtentia. num. 50.

Clericos exemptos an poſſit viſitare. num. 51.

An monaſteria monialium. numero 52.

Licentia Epiſcopi an requiratur, ad hoc vt monialis exire poſſit è clauſura. num. 53.

Contra legatarios non implentes defunctorum voluntates, vtrum procedere liceat Epiſcopo. n. 54.

Quid ſi ſunt officiales ſanctæ Inquiſitionis. num. 55.

*Teſtator vtrum prohibere poſsit quòd Epiſcopus in implemento ſuæ voluntatis non ſe intromittat.* num. 56.
*Vtrum poſsit commutare defuncti voluntatem.* num. 57.

# DE VICARII GENERALIS CREATIONE ET VISITATIONE.

## CAPVT SECVNDVM.

1 COMPETIT enim Epiſcopo de iure cōmuni poteſtas, Vicarium generalem ſeu particularem ad faciliorem ſubditorum gubernationem creandi. Textus *in c. Romana de offic. ordinar. lib.* 6. cum multis Anguianus *de legibus, lib.* 2. *controuerſ.* 26. *num.* 14. Couarruuias *variar. reſol. c.* 20. *lib.* 3. *n.* 4. Lancellottus *in templo, lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 51. Emanuel Rodriguez *quæſtionum regular. tom.* 3. *art.* 1. *q.* 76. *n.* 1.

2 Ad cuius creationem procedere debet ſine conſenſu ſeu aſſenſu Capituli. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *quæſt.* 2. Bauinus *de off. & poteſt. Capituli ſede vacante, part.* 2. *quæſt.* 10. Rebuffus *in praxi titul. de Vicario Epiſcopi, cap.* 1. *num.* 1. Barboſa *in paſtorali. part.* 2. *alleg.* 54. *num.* 54.

3 Ætas namque in eo requiſita viginti quinque annorum eſt. Azor *vbi proximè, quæſt.* 10. & Barboſa alios referens.

4 Debet etiam eſſe in minoribus ſaltem conſtitutus, vt cum multis reſoluit Ioannes Barladorius *in ſexqui centur. qaotidianar. controuerſ. different.* 9. §. 1. *num.* 339.

5 Si Epiſcopus duos Epiſcopatus vnitos habet, ſufficit ſi conſtituat vnicum Vicarium generalem, pro expeditione cauſarum vtriuſque Diœceſis, & poterit habitare vbi Epiſcopus reſidentiam continuam fecerit. Barboſa *ſuprà, num.* 131.

Communitas alicuius loci non 6
poteſt petere ſe tueri in poſſeſſione quòd ibi reſideat Vicarius generalis aut particularis. Paulus Æmilius *deciſ.* 306. *fol.* 82. *part.* 1. *numero* 6. Barboſa *in paſtoral. alleg.* 54. *part.* 3. *num.* 125.

Vicarius Epiſcopi habet iuriſdi- 7
ctionem ordinariam. Alexander *in l. more. num. pene vltimo. ff. de iuriſdictione omnium iudicium.* Gloſſ. *in c. licet*, 2. *verbo officialem, de offic. Vicarij, lib.* 6. Couarruuias *variar. cap.* 20. *num.* 4. Robertus Maranta *in ſpeculo iuris, iudiciorum, diſt.* 5. *num.* 12. Panormitanus *in c. ex tua, de officio Vicarij.* Gloſſa *in c. Romana, verbo generaliter, de appellationibus, libro* 6.

Et ideò habet dignitatem & po- 8
teſt eſſe delegatus Papæ. Clement. *& ſi principalis*, 1. & ibi Cardinalis *num.* 22 *de reſcriptis.* Rebuffus *in praxi beneficior. titulo de forma Vicar. num.* 27. *& titulo de Vicario Epiſcopi, num.* 4. Gratianus *diſceptat. forenſium cap.* 107. *num.* 28. Menochius *conſil.* 51. *num.* 33. Barboſa *ſuprà num.* 132.

Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9 Et habet præeminentiam & dignitatem, & debet præcedere etiam in choro, ſi incidat vt Vicarius Archidiaconum Eccleſiæ cathedralis, etiam ſi Archidiaconus priuilegium haberet obtinendi primam ſedem poſt Epiſcopum, & non ſolùm præcedet Archidiaconum, ſed Abbates, Archipresbyteros, Canonicos, & alios Prælatos, Epiſcopos inferiores. Quod etiam habebit locũ in cæteris actibus & proceſſionibus, etiam præſente Epiſcopo, niſi eſſet capitularis: nã tunc habet locum ratione canonicatus, ſeu dignitatis competentem, vt deciſum fuiſſe teſtãtur Flaminius Pariſius *de reſignat. lib. 7. q. 24. n. 77.* Panorm. *conſ. 21. vol. 1.* Rebuff. *titulo de Vicarij Epiſcopi, n. 7.* Boher. *in tract. magni conſilij, n. 77. in fine.* Caſaneus *in catalog. gloriæ mundi, p. 4. conſid. 46.* Barboſa *ſuprà num.* 144. vbi dicit quòd in functionibus Eccleſiaſticis præcedet Gubernatorem ciuitatis, & pro iſto dicto allegat Riccium *in praxi deciſ. 580. in 1. edit. & reſolut. 555. in 2. edit.*

10 Sed quòd præcedentes quoad Archidiaconum & dignitates debeat præcedere abſente Epiſcopo, non verò præſente, teſtatur iam deciſum fuiſſe in Rota, Gratianus *diſceptat. forenſ. tom. 2. c. 298. n. 37. &* 73. cum ſequentibus.

11 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſubſtituere cauſa infirmitatis ad modicum tempus, vel abſentiæ, & committere ſuam poteſtatem alteri, abſente Epiſcopo. Gloſſ. *in Clem. vnica, de officio Vicarij,* & Cardinalis *ibi num. 11. & 13.* Iaſon *in rubrica de off. eius cui mandat. num. 2.* Azeuedo *in l. 1. tit. 9. num. 7. & 8. lib. 3. recopilat.* Maranta *in ſpeculo iuris iudicior. diſt. 5. num. 22.*

12 De Vicario generali ad Epiſcopum non appellatur, quia facit vnũ & idem tribunal cum eo: ſecus de foraneo, quia non facit idem tribunal cum Epiſcopo. Vgolinus *de off. Epiſcopi, cap. 4. §. 9. num. 2.* Textus ſingularis, & ibi Geminianus, & Scribentes *in c. non putamus, de conſuetudine, lib. 6.* Garcia *de beneficiis, part. 5. cap. 8. num. 20 & 34.* Azor *inſtitut. moralium. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæſt. 12. & 15.* Antonius Cuchus *lib. 2. titulo de Vicariis.* Scacia *de appellationibus, quæſt. 8. n. 53. cum ſequentibus.* Quintilianus *ſuper regula 24. cancellar. q. 6. num. 6.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſputat. 29. num. 10. & 12.* Maranta *ſuprà num. 15.* Barboſa *ſuprà* vbi plures refert limitationes, & dicit, 13
quòd per viam recurſus à grauamine poteſt appellari ad Epiſcopum, de Vicario generali.

Poteſt Epiſcopus cauſam coram Vicario ſuo generali pendentem auocare, dummodò à Papa ex ſpeciali commiſſione illi commiſſa non ſit. Immola *in c. paſtoralis de off. ordinarij.* Couarruuias *in practica quæſtionum, cap. 9. num. 1.* Anguianus *de legibus, lib. 2. controu. 16. num. 11.* Bonifacius de Vitalinis *in Clement. & ſi principalis, num. 52. de reſcriptis.* Marqueſanus *de commiſſion. tom. 2. p. 2. c. 7. §. 4. n. 103 & n. 127.* 14

Delegati Apoſtolicæ ſedis cauſas in prima inſtantia coram Vicario generali Epiſcopi pendentes auocare nullo modo poſſunt, cum præuentioni locus ſit inter eos & ordinarios. Argumento text. *in c. ſi à ſede, de præbend. l. 6.* & ibi Scribentes, Concilium Tridentinum *de reformat. cap. 20. ſeſſ. 24.* Panormitanus *in c. 1. de off. delegati, col. 2.* Geminianus *in c. 1. in pr. de foro competenti, lib. 6.* Ripa *in c. cum M. 9. de conſtitutionibus num. 193.* Anguianus *de legibus lib. 3. controuerſ. 20. num. 11.* 15



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Couarruuias *in practic. quæſtion.c.9. num.3.in fine.l.59.tit.4.lib.1.recopilat.* & ibi Narbona *num.* 24.Franciſcus Leo *in theſauro , part.2. cap.* 1.*n.*70. Barboſa *in paſtorali,part.3. alleg.* 81. *per totam.*

16 Vicarius generalis ex generali commiſſione neque poteſt beneficia conferre, neque beneficiis priuare, vel admittere reſignationes beneficiorum. *c. cum ſit generale , de off.Vicarij,lib.6.*Couarruuias *variar. lib.3.cap.* 20. *n.*7. Rolandus à Valle *conſ.*47.*lib.*1.*num.*19. Pariſius *de reſignat.lib.* 7. *quæſt.* 24. *num.*1.*vſque ad* 28.Anguianus *lib.* 3. *dict. controuerſ.* 20.*num.* 8. alios refert Gonzales *in regula* 8. *cancellar.* §. 4. *procemij, num.*34.

17 Neque dare reuerendas. *c.nullus,* & ibi Gloſſ.& Doctor.*de temporibus ordinat. lib.* 6. Gloſſ. *in c.licet. verbo officialem , de officio Vicarij eodem lib.* Anguianus *ſuprà.*

18 Neque diſpenſare in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus. Sanchez *de matrimonio lib.*2.*diſp.*40.*n.*12.*&* 13.

19 Neque diſpenſare in votis. idem Sanchez *in ſumm.lib.* 4. *cap.*38.*num.* 18. quod intellige niſi habeat ſpeciale mandatum : & quid ſine ſpeciali mandato poſſit facere, & à quibus ſi non habeat debeat abſtinere. Lancellottus *latè in templo, lib.*1.*cap.*6.*de Vicario Epiſcopi.*Barboſa *in paſtorali loco citato.*

20 Si fortè Epiſcopus habeat priuilegium ne à ſua ſententia appelletur, nihil prodeſt Vicario. Argumento text. *in l.præcipimus,*32.*de appellationibus.* Ludouicus Romanus *ſingul.*57.*alias* 75.

21 Si vno die Vicarius intra Diœceſim, & Epiſcopus extra eam beneficium vnum contulerint, quælibet eorum valebit collatio, quæ prior eſt tempore. Si verò probari non poteſt quæ fuit prior tempore, valebit facta ab Epiſcopo. Argumento text. *in c.ſi à ſede de præbendis.* Calderinus *conſil.* 2. *de officio Vicarij.* Felinus *in c. ſanctæ Crucis , de reſcriptis , num.* 16. *in princ.* Gonzales *in regula* 8. *cancellar.* §. 3. *procem. num.*6.Couarruuias *variar. lib.* 3. *cap.* 20. *num.*8. *ante finem.*

Si de ſpeciali mandato admiſit reſignationem beneficij, & illo tempore quo admittebat, erat Epiſcopus mortuus, eo legitimè ignorante, aut renuntiauerat,ſeu tranſlatus erat, valet admiſſio, ſeu collatio. Pariſius *de reſignatione , lib.*7. *quæſt.*24.*num*33.*vſque ad* 37. 22

Si appellatum fuerit de Vicario Epiſcopi ad Archiepiſcopum, & poſtea Epiſcopus illius Vicarij ad metropolitanam Eccleſiam fuerit tranſlatus, non poterit cognoſcere de cauſa de qua anteà eius Vicarius cognouerat, & à qua ad Archiepiſcopum fuit appellatum. Speculator *lib.* 1.*part.*1. §. 7. *num.* 14. Scacia *de appellationibus,lib.*3.*cap.*2.*quæſt.*2.*art.*1.*num.*15. vbi alios citat. 23

Contrarium imò quòd poſſit cognoſcere, & ſententiam dicere tamquam nouus homo. Baldus *in l.eos.c.de appellation. num* 2.Angiſola *conſil.*136. *incipit,prima ſit in iure. concluſion.* 1. *num.* 14. *volum.* 1. & facit textus ſingularis *in leg. filius* 22.& ibi Gloſſ. *verbo cum non proprio.* & ibi Bartol. *num.* 4. *ff. de inofficioſo teſtament.* Marqueſanus *de cōmiſſion.part.*2.*tom.*2. §. 2. *fol.*391. 24

Si Epiſcopus recuſatur,cenſetur etiam recuſatus Vicarius generalis : ex traditis per Alphonſum de Azeuedo ad curiam Piſanam. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. *verbo vicarium , & lib.*1. 25

*lib. 1. cap. 9. eodem verbo.* Didacus Perrez per pulchra fundamenta, *in l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinam. quæſt. 17.* vbi aliquas ponit limitationes. Panormitanus & Felinus *in cap. inſinuante de offic. legati.* Marantha *in ſpeculo iuris, tit. de appellationib. num. 28. fol. 158.* Anguianus *de legibus controuerſ. 26. lib. 2. fol 269.*

Et ſi Epiſcopus excommunicatus, ſeu ſuſpenſus, cenſetur etiam eius Vicarius ſuſpenſus. Gloſſ. *in clemen. vltim. de procurat.* Gloſſ. *in c. 1. de offic. delegati. c. 1. de offic. vicarij lib. 6.* Anguianus *de legibus, lib. 3. controuer. 20. num. 13.*

26 Spirat etiam iuriſdictio Vicarij per mortem naturalem, ſeu ciuilem Epiſcopi, & per trãſlationem Gloſſ. *in clement. final. de procuratorib.* Abbas *in can. ne ſede vacante. num. 5. & in c. extirpandæ. §. quia verò num. 14. de præbendis.* Mandoſius *conſilio 39. num. 2.* Azor. *inſtitution. moralium lib. 3. c. 43. quæſt. 14.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi c. 4. §. 6. num. 4.* Gutierrez *de matrim. c. 69. n. 6.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. diſp. 30. num. 1.* multos refert Rodriguez *quæſtionum regularium. tom. 3. quæſt. 16. art. 3.* Barboſa *d. alleg. 54. num. 151.* Armilla *verb. Epiſcop. num. 14.* Pariſius *de reſignation. lib. 7. quæſt. 24. num. 35.* Rebuff. *in praxi, regula de forma vicarij Archiepiſcopi, lib. 1. n. 162.* Marantha *in ſpeculo iudicior. diſt. 5. num. 24.* Anguianus *ſup. n. 12.*

27 Sed dices mihi eſſe impoſſibile quòd Epiſcopi mors, ſeu tranſlatio, iuriſdictionem Vicarij extinguat: nam vt diximus, Vicarius habet ordinariam iuriſdictionem, quam à lege non ab Epiſcopo conſtituente ſuſcipit. *cap. 2. de offic. Vicarij, lib. 6.* & ibi Scribentes. Alexander *in rubrica ff. de offic. eius cui mandat. iuriſdictio.*

Sed ſic eſt, quod iuriſdictio ordinaria 28 ſeu Iudicis ordinarij non expirat mortuo ſuperiore, conſtituente etiam re integra. *c. legatos 2. de offic. legati. l. & quia. ff. de iuriſdict. omnium Iudicum.* Hoſtienſis *in cap. quoniam.* Abbas *de offic. delegati.* Panormitanus *in c. relatum, eodem titulo.* Ergo ſi iuriſdictio Vicarij morte Epiſcopi conſtituentis finitur, potiùs delegata quàm ordinaria videtur: eo quòd iuriſdictio delegata 29 extinguitur morte delegantis re integra. *c. relatum. c. gratum. c. licet vndique, de offic. delegati. c. nemini. final. de offic. legati. d. l. & quia. de iuriſdict. omnium Iudicum.* & latè Gloſſ. *in c. in literis. de offic delegati.* & ita extinguitur quòd non poſſit 30 delegatus procedere in cauſa etiam ad inſtantiam partium. Gloſſ. *in c. cum veniſſent. de teſtamentis. verbo poſtea egerit. c. ſignificantibus, de offic. delegati.* Ergo ſi iuriſdictio Vicarij ceſſat ceſſante Epiſcopi vita, dicendum eſt habere iuriſdictionem delegatam.

Sed reſpondeo, quòd licèt morte Epiſcopi finiatur, nihilominus eſt ordinaria: nã quãdo vna iuriſdictio ordinaria, qualis eſt iuriſdictio Vi- 31 carij, adhæret alteri ordinariæ, qualis eſt iuriſdictio Epiſcopi, vt acceſſoria, finitur, ceſſante iuriſdict. cui adhæret acceſſoriè; ita tenent Alexander *in d. l. & quia. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & Hoſtienſis *in c. & quoniam.* Abbas & Panormit. *in c. pene vltim. de offic. vicar.* Egregiè Robertus Marantha *in ſpeculo iudicior. diſt. 5. num. 62.* eo quòd tunc iuriſdictio acceſſoria ſequitur naturam principalis, cui adhæret. *c. acceſſorium 42. de regulis iuri. in 6. l. cum principalis. l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. eodem tit.*

Defuncto Epiſcopo non relictis 32

bonis,neque ſoluto ſalario Vicario, nequit Vicarius illum petere Epiſcopo ſucceſſori. Iacobus Putei *deciſ.* 43. *lib.* 2. Pariſius *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 53. Barboſa *alleg.* 54. *num.* 179.

33 Non videtur quòd Epiſcopus reuocat Vicarium generalem per creationem ſecundi, neque eius iuriſdictio ceſſat donec certioretur expreſsè de ſui officij reuocatione. Arg. text. *in l. meminiſſe.* 10. *ff. de offic. Proconſulis, & legati. l. vnica ff. de offic. præfect. Auguſtalis. l. ſi fortè* 17. *ff. de offic. præſidis.* Romanus *ſingul.* 57. *alias* 75. Hoſeda *de incompatibilitat. benefic. part.* 2. *cap.* 10 *num.* 4. *vſque ad* 10. *fol. mihi* 133.

34 Sed quod ſufficit tacita reuocatio, quæ fit per creationem ſecundi Vicarij. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 46. *quæſt.* 1. *verſ. citra.* Barboſa *ſuprà num.* 58.

35 Poteſt Epiſcopus reuocare Vica-
36 rium etiam ſine cauſa, & ſi iuraſſet eum non reuocare: nam licèt periurus ſit, non tamen poteſt cogi ad eum ſuſcipiendum. Boherius *in deciſ. quæſt.* 347. *part.* 2. *num.* 1. Bouadilla *in politica, lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 9. Riccius *in praxi deciſ.* 617. *num.* 3. Hoſeda *de incompatibilitate beneficior. part* 2. *cap.* 10. *num.* 3. Seraphinus de Seraphinis *priuileg.* 75. *num.* 17. *fol.* 458. Petrus Barboſa *de Iudiciis art.* 3. *principalis tractatus, quæ neceſſaria ſint ad validitatem prorrogationis num.* 211. & in propriis terminis cum multis reſoluit Auguſtinus Barboſa poſt hæc ſcripta viſus *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 54. *n.* 171. Azor. *inſtitution. moral. lib.* 3. *cap.* 45. *quæſt.* 14. Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.* 4. §. 6. *num.* 4. Matthæus de Afflictis *in conſtitutionibus.* Neapolitanus *lib.* 1. *rubrica* 47. *num.* 3. Lancellottus *in templo lib.* 2. *cap.* 6. *de Vicario.* §. 1. *num.* 7. Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *diſp.* 30. *num.* 11. Textus *in clementina* 2. *de reſcriptis.* & ibi Gloſſ. & Bonifacius de Vitalinis *num.* 53. Calderinus *conſ.* 2. *de offic. Vicarij.* Francus *in c.* 1. *de offic. Vicar. lib.* 6. & ibi Geminianus, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ordinament. quæſt.* 17. *verſ.* 3.

At verò quòd non poſſit eum reuocare niſi cauſa legitima interueniente; cum aliis Petrus Gregorius *ſyntagmatum part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 37. *num.* 5.

Sed difficultas præcisè in eo conſiſtit: vtrùm Epiſcopus (velit, no- 37
lit) teneatur conſtituere Vicarium, & ad hoc compelli debeat. Multi namque conſtanter affirmant nullo iure cogi poſſe, & quòd ſic in Rota deciſum fuiſſet teſtatur Barboſa *in paſtorali alios referens pag.* 3. *alleg.* 54. *num.* 125.

Alij verò in contrarium extant, 38
affirmantes poſſe cogi eligere, & conſtituere Vicarium Abbas *in c. quoniam de offic. ordinar. num.* 3. Boherius *deciſ.* 347. *num.* 6. *part.* 6. Zerola *in praxi, verbo Vicarius, dubit.* 1. plures refert. Nauarrus *conſ.* 4. *de offic. ordinar.* Rebuffus *in praxi regul. collationes an plures fieri poſſe. cap* 20. *lib.* 1. *num.* 16. Hoſeda *de incompatibilitate benefic. part.* 2. *cap.* 10 *num.* 8. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæſt.* 3. *verſ. quo loco.* Anguian. *de legib. lib.* 2. *controuer.* 26. *num.* 16. Carolus Ruinus *conſ.* 148. *volum.* 4. *num.* 4. *fol.* 178.

In qua controuerſia diſtinguen- 39
dum duxi: quòd ſi Epiſcopus eſt abſens à diœceſi, poteſt cogi ad cõſtituendum Vicarium; Si verò eſt præſens, iterum diſtinguendum eſt, aut eſt Iuriſperitus, aut Theologus. Si eſt Iuriſperitus, & poteſt per ſe cauſas diffinire, & omnia ad iuriſ-

dictionem

dictionem ſpectantia exercere, eo quòd Epiſcopatus breuis eſt, & inter paucos limites comprehenditur, & tunc ſufficit quòd ipſe pro ſua prudentia, & ſanctimonia diœceſim regat, & omnia ad iuriſdictionem contentioſam & voluntariam expediat: neque compellitur habere Vicarium, & in hoc caſu intelligenda eſt Barboſæ opinio, & diffinitio Rotæ.

40 Theologus verò ſi diœceſim magnam habet, ac longam, & ibi negotia multa & ardua concurrant, quæ expediri ſine adiutore non valent, compellitur eligere; & in hoc ſenſu accipienda eſt doctrina Panormitani, Boherij, Ruini, Reſſij, Anguiani, Nauarri, & aliorum; quæ omnia egregiè amplexus eſt Hoſeda vbi proximè *dict. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. *fol.* 133.

41 Poteſt etiam Epiſcopus Vicariũ conſtituere loco ſui, qui aſſiſtat cum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, vt vſus frequens docet. Simancas *de catholicis inſtitut. cap.* 24. *de Epiſcopis. num.* 4. *fol.* 85. *& ibi dicit*, quòd poteſt carcerare hæreticos, & Inquiſitoribus remittere, non verò eos iudicare, ſeu contra eos alio modo procedere. Bonifacius de Vitalinis *in clement.* 1. *de hæreticis, num.* 60.

42 Eſt enim Epiſcopus in ſpiritualibus Dominus abſolutus in diœceſi, ad inſtar diuitis regentis familiam ſuam, mariti regentis coniugem, & Patris regentis prolem ſuam, iudicis regentis prouinciam ſuam, Regis gubernantis gentem ſuam. *c. duo iſta* 23. *quæſt.* 4. *c. cum non liceat. can. cum olim, de præſcription. can. cum Epiſcopus, de offic. ordinar. lib.* 6. *can. omnes baſilicæ. can. nullus* 16. *quæſt.* 7. Mandoſius *conſil.* 9. *num.* 2.

43 Sed ſi correctionis officium habet inuigilet viſitationi. vt Gloſſ. *in cap. duo iſta* 23. *quæſt.* 4. viſitare enim Eccleſias ſibi ſubiectas de iure communi ad eum ſpectat: exemptas verò tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatus. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *& ſeſſ.* 14. *c.* 4. *& ſeſſ.* 25. *c.* 8. *& ſeſſ.* 24. *c.* 10. Deciſiones Rotæ *in nouiſſimis diuerſorum part.* 2. *deciſ.* 27. *fol mihi* 722. Cochier *de iuriſdict. ordinar. in exemptos. part.* 4. *quæſt.* 23. *num.* 3. Cardinalis *in clem. attendentes. num* 6. *&* 7. *de ſtatu Monachorum.* Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 73. *num.* 3. *& alleg.* 74.

44 Quòd debent facere quotannis. Concilium Tridentinum *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. niſi conſuetudo in contrarium extet, aut difficile ſit totam diœceſim percurrere tam breui tempore. Antonius Fernandez de Moure *in examine Theologiæ part.* 4. *cap.* 7. §. 1. *n.* 10.

45 Debent enim viſitare ipſi per ſe & incipere à Capitulo ſuæ Eccleſiæ, & poſtea totam diœceſim, quod valdè neceſſarium eſt, & vtile, ad conferendum Confirmationis Sacramentum, & ad res emendatione dignas corrigendas, & ad pabulum diuini Verbi ſuis erogandum, ad quod non ſemper ſufficit mittere probos viros, ſed oportet ipſum ire, nam multa paſſim in viſitatione ſe offerunt, quæ non cuiuſlibet viſitatoris, ſed ipſius Epiſcopi authoritatem & poteſtatem requirunt. Soto *de iuſtitia, lib.* 10. *quæſt.* 3. *col.* 16. *c. cum Apoſtolus, de cenſibus. c. conquerente. c. inter cætera, de offic. ordinar. c. ſi Epiſcopus,* 6. *eodem tit.* 1. *lib.* 6. *c.* 1. *de cenſibus, eodem lib. l.* 1. 4. *&* 6. *titulo* 22, *part.* 1. *& ibi* Gregorius

Lopez

Lopez *l.4.tit.3.lib.1. ordinam.* & ibi Didacus Perez. Barboſa *in paſtorali tit.2.gloſſ.10.num.23.& 24.* Deciſiones Rotæ *in nouiſſimis diuerſor. p. 1. deciſ.743.fol.mihi* 466. Hugo *de off. quatuor Prælator.2.part. c. fin. num.3.* Lancellottus *in templo lib. 2. cap. 5. §.3.num.* 62. Guillelmus Rodeanus *titulo de ſimonia,part.1.cap.18.num.11.* Mariana Socinus *de viſitat in pr.*

46 Et quando ad viſitandum in quamlibet ciuitatem intrat, debet recipi proceſſionaliter à Clero. Fuſcus *de viſitatione lib.1.cap.4.num.10.* Barboſa *in paſtorali dict. allegat. 73. num.19.*

47 Sed ne grauis & moleſtus Curatis exiſtat, debet eſſe contentus paruo & moderato victu, vt ne quæ ſua ſunt videatur quærere, ſed quæ Ieſu Chriſti. *c.nullus 10.quæſt.3.cap.1. de cenſibus, lib.6. c. gloria Epiſcopi 12.quæſt.2.c.cum Apoſtolus 6.de cenſibus.* ibi, neque ſumptuoſas epulas quærant: ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſte & competenter illis fuerit miniſtratum. Sed quòd Epiſcopi in contrarium faciunt, notat ibi gloſſa; nam vix cautela diuerſorum coquorum eos ſatiare valet; ſed ſi in Apoſtolorum loco ſunt non ſolùm ſermonem eorum imitentur, ſed etiam abſtinentiam. *c. Eccleſiæ Principes*
48 *35.diſtinct.* abſtineant quoque à ſeruorum multitudine, quia per eos nimis Parochi & Eccleſiæ grauantur, & quod Epiſcopi non recipiunt libenter, conſumunt ipſi. *d. c.cum Apoſtolus.* Guillelmus Rodeanus *titulo de ſimonia part. 2. cap. 13. num.21.*

49 Poteſt etiam viſitare tamquam Apoſtolicæ ſedis delegatus Hoſpitalia, confraternitates laicorum, etiam exiſtentes in Eccleſiis regularium, & viſitabit etiam Eccleſias nullius Diœceſis, quæ viſitatio competet ad viciniorem Epiſcopum. Franciſcus Leo *in theſauro p.2. cap.2. num. 74.* vt iam Sacra Congregatio declarauit, teſte Barboſa *in paſtorali part.3.allegat. 74. num.7. & allegat.73.num. 3.* & etiam compellere dictos laicos ad computa confraternitatum reddere: multos citat idem Barboſa *in remiſſionibus ad cap. 9. ſeſſ. 23. Concil. Tridentin. num.9.fol.58.* Muñuz de Eſcobar *de ratiociniis.*

50 At verò nequit procedere ad viſitationem cuiuſlibet loci, hoſpitalis, aut confraternitatis, quæ ſub immediata Regis protectione exiſtunt, ſine eius permiſſu, & licentia. Concil. Trident. *de reformat. cap.8. ſeſſ 22.* Fuſcus *de viſitat.lib.2. num.21.* Azor *inſtitut. moral. part. 1. lib.3.cap.40.quæſt.10.* Franciſcus Leo *in theſauro, part. 2. cap.2. num.vltim.* Perez de Lara *de capellaniis lib.2. cap.1.num.49.* Barboſa *alleg. 75. n.2. & 16.*

51 Viſitabit etiam vt Apoſtolicæ ſedis delegatus Clericos, etiam exemptos, & Dignitates, curam animarum habentes, & etiam res ad beneficia earum attinentes, quocumque priuilegio non obſtante. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ 24. cap. 11.* Franciſcus Leo *in theſaur. part.2. num.78.* Flaminius *de reſignat. lib.3.quæſt.11.num. 5.* Nauarr. *conſ.4. de tempor. ordin.* in antiqua editione *aliàs 8. de priuilegiis,* in noua editione. Sayrus *in floribus deciſ. titulo de temporibus ordinat.deciſ.5.* Barboſa *ſuprà allegat.74.num.9.* cum ſequentibus.

52 Et etiam Monaſteria Monialium exemptarum cauſa reparandi clauſuram, quoties neceſſarium eis viſum fuerit. Barboſa. *part.3.allegat. 102.num.4.* & in caſu quando cauſa infirmi

infirmitatis, vel alio titulo permittitur Monialibus exire monaſteria, non ſolùm cauſa approbanda eſt à ſuo Superiore, ſed etiam ab Epiſcopo Dioceſano; licèt talis Monialis regularibus vel etiam Papæ immediatè ſubiiciatur. cum multis Barboſa *ſuprà num.* 28.

54 Procedit etiam vt Apoſtolicæ ſedis Delegatus, contra legatarios & teſtamentorum executores, non implentes defunctorum voluntates, ſeu diſpoſitiones, licèt tales executores ſint qualitercumque exempti, & officiales ſanctæ Inquiſitionis, ſeu Profeſſores in aliqua Vniuerſitate. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. Franciſcus Leo *in theſauro, part.* 2. *c. fin. ante finem.* Barboſa *in paſtoral. part.* 3. *allegat.* 82. *num.* 13. *&* 15. facit textus *in Clement.* 1. *de teſtament.* §. *ſi quis autem pro redemptione.* & ibi Cardinalis Matienço *in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopil. gloſſ.* 1. *n.* 45.

55 Quod procedit etiam ſi teſtator prohibuiſſet, ne Epiſcopus ſe intromitteret, ſeu compelleret hæredes ad implementum teſtamenti. Argument. text. *in l. nemo poteſt.* 55. *ff. de legatis primo. l. quod de bonis.* §. *frater autem. ff. ad legem falcidiam. c. tua nobis. c. requiſiti, de teſtament.* Egregiè gloſſ. *in c. ſi diligenti, de foro competenti, verbo pacto priuatorum.* multos citat Barboſa *in remiſſionibus ad cap.* 15. *Concil. Trident. de reformat. ſeſſ.* 7. *fol.* 22. idem Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 75. *num.* 8. cum ſequenti: & ibi allegat Antonium de Prætis *de off. Epiſcopi, cap.* 1. *num.* 3.

56 Poteſt etiam defunctorum commutare voluntates cauſa legitima concurrente, vel quando adimplere eſt difficile, vel etiam ſi adimpleri valeant, ipſi magis vtile aut piè viſum fuerit commutare in aliud opus pium, vt Apoſtolicæ ſedis Delegatus. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 4. Sylueſter *verbo Legatum* 4. *quæſt.* 12. B. Ludouicus Beia *reſponſorum conſcientiæ part.* 4. *caſu* 22. Barboſa *in remiſſionibus ad c.* 6. *Concil. Trident. de reformat. ſeſſ.* 22. *& in paſtorali part.* 3. *allegat.* 83. *num.* 5. Mandoſius *de reſignat. gratiæ, titulo commutat. vltimæ voluntat.* vbi dicit, quòd ſecurius erit impetrare à Papa licentiam commutandi, ſeu confirmationem commutationis factæ ab Epiſcopo.

57

## *SVMMARIVM.*

*Epiſcopi vtrùm indulgentias concedere valeant* num. 1.

*Sanctiſſima virgo Maria vtrùm excelſior Apoſtolis.* num. 2.

*Claues regni cælorum an ſoli Petro traditæ.* num. 3.

*Papa an ipſe ſolus habeat* Eccleſiæ *poteſtatem.* num. 4.

*Antiquitùs* Epiſcopi *plenarias indulgentias concedebant, ſine aliqua limitatione.* num. 5.

*Qua de cauſa reſtricta Epiſcoporum poteſtas circa indulgentiarum conceſſionem.* num. 6.

*Quando dedicatur Eccleſia quam indulgentiam concedere poſſit Epiſcopus.* num. 7.

*Si* Eccleſia *conſecratur, multique ibi ſint aſſiſtentes* Epiſcopi, *& omnes concedentes indulgentiam, qualis conceſſio vires & robur habebit.* num. 8.

*In cæteris feſtiuitatibus indulgentias vtrùm poſſint concedere*

*Epiſcopi,& vſque ad quantam ſummam.*num.9.
*Per benedictionem ſolemnem Epiſcopi, quæ datur itineribus eundo, & etiam per illam, quæ fit cum verbis, Sit nomen Domini benedictum, cùm ſolemniter celebrat, an indulgentiæ concedantur.*num.10.
*Ad conceſsionem indulgentiarum requiritur cauſa.*num.11.
*Cauſa iuſta ad hoc quæ dicatur.* num.12.
*Intereſſentibus diuinis officiis indulgentiam iuſtè an concedere valeat* Epiſcopus.num.13.
Peccata *venialia per benedictionem* Epiſcopi *dimittuntur.* num.14.
*Electus confirmatus, licèt ſacrum Ordinem non habeat, an poſſit indulgentias concedere.* num.15.
*Cardinales centum indulgentiarum dies concedere poſſunt.* num.16.
Et *etiam ſummus* P*œnitentiarius.* num.17.
*Si* Epiſcopus *excedit numerum à iure ſibi præſcriptum, an vitietur conceſsio.*num.18.
*Vtrùm poſsit* Epiſcopus *concedere indulgentiam perpetuam.* numero 19.
*In foro conſcientiæ an habeat poteſtatem reſtrictam quoad conceſsionem indulgentiæ.*numero 20.
Epiſcopus *vtrùm indulgentiam pro defunctis poſsit concedere, & quid de* Papa.num.21.
*In mortali peccato exiſtens* Epiſcopus*, ſeu excommunicatus, indulgentias an concedere queat.* num.22.
*Vtrùm poſsit imagini, ſeu loco pio* 40.*indulgentiarum dies concedere, ſi eidem loco Anteceſſor totidem conceſsit.*num.23.
*An poſsit indulgentias ab Anteceſſore datas reuocare, & alias concedere.*num.24.
*Conceſsio indulgentiarum an delegari poſsit.*num.25.
*Conceſsio indulgentiarum an proſit tam ſubditis quàm non ſubditis.*num.26.
*Epiſcopus an concedere valeat licentiam ad hoc, vt poſsint ſubditi lucrari indulgentias ab aliis Epiſcopis conceſſas.* numero 27.
*Curatus vtrùm hanc licentiam dare queat.*num.27.
*Viſitantes Eccleſiam vbi Epiſcopus indulgentiam largitus eſt, etiamſi non ſint de Diœceſi, vtrùm lucrentur.*num.28.
*Archiepiſcopus an per totam prouinciam valeat indulgentias concedere.*num.29.& 30.
*Exemptis ſuæ Diœceſis dare indulgentias vtrùm poſsit* Epiſcopus. num.31.*vſque ad* 40.
*Conceſsio indulgentiarum ſalutaris.*num.32.
*Suum renunciare priuilegium nemini prohibetur.*num.33.
*Mulieres fideiubere an poſsint.* num.34.

*Clericus vtrùm poſsit ſuum renunciare priuilegium.*num.35.

*Exemptio clericorum de iure diuino an ſit.*num.36.

*Ius publicum an priuatorum pacto derogari valeat.*num.37.

*Conceſſa pro fauore in odium redundare non debent.*num.38.

E*xempti qualiter recipiant indulgentias.*num.39.

*Vtrùm poſsit Epiſcopus exemptos abſoluere ab excommunicatione reſeruata.*num.40.

P*arochi, ſeu alij* P*rælati inferiores* E*piſcopis, vtrùm poſsint concedere indulgentias.*num.41.

*Diſcrimen quod eſt inter* E*piſcopos & Presbyteros circa conceſsionem indulgentiæ à quo iure ſit.* num.42.

*Indulgentias concedere vtrùm poſsit Epiſcopus qui renunciauit loco, non dignitati.* numero 43.

*Vtrum poſsit* E*piſcopus lucrari indulgentias quas aliis ipſe concedit, ſi facit opus quod eius conceſsio requirit.*num.44.

E*xtra Diœceſim vtrum poſsit Epiſcopus indulgentias concedere.*num.45.

*Indulgentias concedere pro opere quod extra Diœceſim fit, an valeat Epiſcopus.*num 46. *vſque ad* 57.

*Iuriſdictio voluntaria vtrum vbicumque exerceri poſsit.*n.47.

*Iuriſdictio voluntaria quæ dicatur.*num.48.

*Conceſsio indulgentiæ an ſit voluntariæ iuriſdictionis.*n.49.

*Præſentatos per patronos confirmare vtrùm poſsit* E*piſcopus extra Diœceſim, & beneficia conferre, quamuis in curia* P*apæ ſit.* num.50.

*Vtrum Vicarius id poſsit facere ſi habet ſpeciale mandatum.* num.51.

*Rex an poſsit extra limites ſui Regni Doctores & milites creare.* num.52.

*Epiſcopus extra Diœceſim dimiſſorias dare vtrum poſsit.*n.53.

*Et vtrum valeat excommunicare ſubditum extra Diœceſim exiſtentem.*num.54.

*Et an abſoluere, & excommunicare extra Diœceſim poſsit ſubditos, & ibi exercere contentioſam iuriſdictionem.*num.55.

P*arochus extra* P*arochiam an poſsit audire confeſsiones parochianorum.*num.56.

*Actus abſolutionis an iudicialis ſit.*num.57.

C*apitulum ſede vacante an poſsit concedere indulgentias.* num. 58. *&* 59.

C*ardinales S. R. E. indulgentias concedere vtrum poſsint vacante* P*apali ſede.*num 60.

# DE INDVLGENTIIS.

## CAPVT TERTIVM.

1 HABENT etiam
Domini Epiſco-
pi in hac Eccleſia
militanti claues
piſpenſandi, &
poteſtaté indul-
gentias concedẽ-
di. *c. noua de pœnitent. & remiſſionibus,*
2 ibi, quia Beatiſſima virgo Maria
dignior & excellentior fuerit Apo-
ſtolis vniuerſis, non tamen illi, ſed
iſtis Dominus claues regni cælo-
rum commiſit: & ibi Panormitan.
3 *num.* 2. illis verbis, quòd poteſtas
ligandi atque ſoluendi non fuit
tradita ſoli Petro, ſed Apoſtolis
omnibus. Ioannes Montayne *de bi-
gamia quæſt. 7. num.* 8. ibi, conſequen-
4 ter neque ſolus Papa habet Eccle-
ſiæ poteſtatem, ſed cum dominis
Epiſcopis. Azeuedo *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8.
*recopilat. num.* 94. ibi claues enim re-
gni cælorum Chriſtum tradidiſſe
Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus.
Petrus à Monte *de primatu Papæ, &
Monarchia Concilior. ſumm.* 1. *num.* 5.
Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 21. *quæſt.* 1.
*art.* 4. *col.* 2. Ludouicus Bolognini *de
indulgentiis, num.* 21. Cardinalis *in
Clement.* 2. *de pœnitent. num.* 24. Feli-
nus *de indulgent. plenar. num.* 40. Ar-
milla *verbo indulgentia, n.* 9. Fauius
Incarnatus *in ſcrutinio tract.* 5. *p.* 2. *de
indulgent. fol* 182. Vgolinus *de off. &
poteſt. Epiſcopi part.* 2. *cap.* 41. *num.* 1.
Franciſcus Leo *in theſaur. part.* 1.
*cap.* 7. *num.* 18. Petrus Gregorius
*ſyntagmatum part.* 1. *cap.* 9. *lib.* 2.
*num.* 5.

5 Quæ poteſtas licèt ampliſſima
circa indulgentias, per multa tem-
poris curricula adeò in vſu apud
illos fuit, quòd indulgentias ple-
niſſimas concedebant, ſine vlla li-
mitatione pro vt ſibi videbatur. 6
Adueniente verò Innocentij tertij
conſtitutione, in Concilio gene-
rali edita, propter Epiſcoporum
ſuperfluum exceſſum, ex quo con-
temptibiles Eccleſiæ claues vide-
bantur, & quia pœnitentialis ener-
uabatur ſatisfactio, Epiſcoporum
reſtricta poteſtas fuit. *c. cum ex eo, de
pœnitent. & remiſſ.* & ibi Scribentes.
Gambarus *de off. & poteſt. legati,
ſumm.* quid poſſit legatus circa in-
dulgentias. *num.* 10. *fol.* 266.

Quæ poteſtas ita limitata eſt, 7
vt in Dedicatione Eccleſiæ vnius
anni concedere poſſint indulgen-
tiam Epiſcopi, etiamſi à pluribus
dedicetur Epiſcopis. *c. cum ex eo.* &
Panormitan. *ibi. num.* 5. *c. noſtro. de pœ-
nitent. & remiſſionibus.* Soto *in* 4.
*ſentent. diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4. *col.* 4.
Hoſtienſis *in ſumm. de pœnitent. §. quis
poſsit.* Speculator *lib.* 4. *part.* 4. *titulo
pœnitent. & remiſſionibus num.* 4.
Nauarrus *in commentar. de iubileo, &
indulgentia notabili.* 31. *num.* 3. Armil-
la *verbo indulgentia, num.* 3. & Sylue-
ſter *num.* 11. & Sa *num.* 16. Bologni-
nus *de indulgent. num.* 48. Ægidius
Coninck *de ſacrament diſp.* 12. *dub.* 1.
*num.* 8. Toletus *in ſumm. lib* 6. *cap.* 25.
Incarnatus *in ſcrutinio de indulgent.
fol.* 185. Bonacina *de ſacramentis
diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 2. Zerola *in pra-
xi, verbo indulg. p.* 1. *n.* 1. Barboſa *in
paſtorali, p.* 3. *alleg.* 88. *n.* 14.

Sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8 Sed ſi in dedicatione plures aſſiſtant Epiſcopi, & quilibet annum indulgentiæ concedat, valebit tantùm conceſſio illius Epiſcopi, cui illa Eccleſia ſubiecta eſt: vel ſi proprius Epiſcopus non adſit, illius qui particulariter ex proprij Epiſcopi commiſſione aſſiſtit. Argument. textu. *in can. ſanè, de foro competenti.* Vgolinus *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 2. cap. 41. §. 1. num. 2.*

9 In cæteris feſtiuitatibus quadraginta dies indulgentiarum concedere poſſunt. *d. c. cum ex eo, de pœnitent.* & ibi Abbas *num. 5.* Hoſtienſis, Soto, Nauarr. Armilla, Bolognin. Toletus, Ægidius, Bonacina, Incarnatus, Sylueſter, Sa, Zerola, Speculator, Barboſa, & Vgolinus, Franciſcus Leo *in theſauro, part. 1. cap. 7. num. 18.* Felinus *de indulgent. plenar. num. 40.* Gambarus *de offic. Legati, lib. 8. ſumm. quid poſſit Legatus, num. 8. fol. 266.* Lancellottus *in templo, lib. 2. cap. 5. §. 4. ſumm. de poteſt. Epiſcopi, num. 19.*

10 Neque exiſtimes per benedictionem Epiſcopi, quæ fit his verbis, *Sit nomen Domini benedictum:* tam in diebus ſolemnibus quando Pontificaliter celebrat, quàm in feriatis quando priuatim: & per ſimplicem, quæ datur itineribus eundo, concedi à iure vel ab ipſo Epiſcopo benedicente quadraginta indulgentiarum dies, vt iam dubitare vidi: nam quidam Præſtantiſſimus Præſul, contrariam amplectebatur ſententiam, & cum eo aliqui religioſi ac docti viri eius applaudebant dictum, pro certiſſimo ac indubitato, & meam reprobabant opinionem: tunc enim de iſtius Epiſcopi petitione hanc praxim lucubrare cœperant, & nondum vigeſimum adimpleueram annum, & nihilominus contra iſtius ſapientiſſimi Epiſcopi ac ſeruorum negatiuam defendebam opionem, nempè per talem benedictionem non concedi quadraginta indulgentiarum dies.

Dicebam ego nãque, indulgentiarum conceſſionẽ requirere cauſam iuſtam, ſine qua claues contẽnentur Eccleſiæ, & pœnitentialis eneruatur ſatisfactio. *c. cum ex eo, de pœnitent.* Soto *in lectionibus de inſtit. Sacerdotum, lect. 2. de indulgent. fol. mihi 238.* Armilla *verbo indulgentia, num. 5.* Sylueſter *num. 19.* Coninck *de ſacrament. diſp. 12. dub. 6. num. 29. vſque ad 34.* Quæ ſit iuſta cauſa dixerunt ipſi, vt puta propter honorem Dei, ſeu alicuius Sancti, aut propter vtilitatem Eccleſiæ: at verò Epiſcopi omnibus paſſim benedictionem largiuntur, & veriſimile eſt ibi nullam iuſtam cauſam inueniri poſſe. Ergo. Nam licèt multoties in magnis feſtiuitatibus dicant Epiſcopi concionatori, quòd populo annuntiet ſe concedere quadraginta indulgentiarum dies omnibus qui diuinis officiis intererunt, ſed hæc conceſſio non fit ſine cauſa: nam potiſſima eſt (quæ & iuſta dicitur) diuinis intereſſe officiis; in particularibus verò cum nulla adſit, neque conueniens, neque vtile fuiſſet ſi quotidie paſſim omnibus concederetur. 11 12 13

Et ideò quia in iure expreſſum non eſt, neque inueni ſcriptorem dicentem per benedictionem Epiſcopi quadraginta dies indulgentiarum concedi, ſed potiùs omnes vno ore teſtantur per eam dimitti peccata venialia. Gloſſ. *in prœmio ſexti decretalium, verbo benedictionem.* & ibi Doctores. Diuus Thomas *2. 2. quæſt. 87. art. 3. part. 3.* Soto *in 4. ſent. diſt. 11. quæſt. 1. art. 2.* 14

*col.6.in fine.* Petrus Soto *in lectionibus de inſtitut. Sacerdot. lection.* 18. *de venialium peccatorum remiſsione, ante finem.* Syluester *verbo Patriarcha, num.* 2. *& verbo peccatum, num.* 7.Toletus *lib.* 6. *cap.*24.*num.*5. Emanuel Sa *verbo peccatum,num.*12. Victoria *in ſumm. titul. de pœnit. num.*99.Stephanus Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.*3. *cap.*467. *num.*58. multa namque allegaui, quæ breuitatis cauſa omitto, & tandem propterea tam Epiſcopus quàm famuli in meam venerunt ſententiam,quam veriſſimam eſſe credo.

15 Electus confirmatus,non conſecratus, neque ſacro Ordine inſignitus,indulgentias concedere poteſt(quia actus iuriſdictionalis eſt) Cardinalis *in Clement.*2. *de pœnitent. num.* 14. Panormitan.*in c. accedentibus,num.*4.*de exceſsibus Prælatorum,& in c. Suffraganei de elect. num.* 2. Geminian.*in c.Romana de pœnitent. n.*5. *lib.*6. Additionator Abbatis *in c.* 1. *de tranſlat. Epiſcopi.* Diuus Thomas *in addit. ad tertium, ſuper* 3. *ſentent. quæſt.* 26. *art.* 2. Soto *in* 4. *ſentent. diſt.*21.*quæſt.*1.*art.*4. *col.*4. Azor *inſt. moral.part.*2.*lib.*3.*cap.*55. *q.* 1. Bolognin.*de indulg.num.*23.*&* 26. Felin. *eodem tractat.num.*43. Nauarr. *de iubileo notabil.*31.*num.*3.Syluester *verbo benedictio,n.*2. Lancellottus *in templo lib.*2.*c.* 5. §.4. *n.* 19.*fol. mihi* 170. Marius Alterius *de cenſuris, tom.*1. *lib.*5.*diſp.*12.*cap.*3.*col-*203.Franciſcus de Pauinis *de offic.capituli ſede vacante,prælud.*4.*part.*1.*num.*4.Petrus Gregorius *ſyntagmatum lib.* 17. *part.* 2. *cap.*14.*num.*2.Bonacina *de ſacrament. diſp.*6.*punct.* 3. *num.* 6. Vgolinus *de off. Epiſcopi part.* 2. *cap.* 41. *num.*1. *&* 2. Leo *in theſaur. part.* 2. *capite* 1. *num.* 3. *&* 4. Vgolinus *de off. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 41. *num.* 1. *&* 2. Zerola *in praxi, verbo indulg. part.*1.*num.*1. Syluester *eodem verbo, num.*13.Sa *n.*15. Angelus 6. Suarez *de legibus lib.*4.*cap.*4.*num.*9. Barboſa *in paſtoral.part.*3.*alleg.*88.*n.*7.

Sed Card.nalis, Epiſcopus etiam 16 neque conſecratus, neque ſacro Ordine initiatus: (vt inquiunt Abbas *in d. c. accedentibus. num.* 4. Franciſcus de Pauinis,& Sa *vbi proximè*)ex ſpeciali priuilegio poſſunt excedere numerum præſcriptum,& concedere centum indulgentiarum dies. Cæremonialis Epiſcoporum, *lib.*1.*cap.*25.*col.*4.Bolognin. *de indulgent.ſuprà.*Nauarr.*in comm.de Iubileo notabil.* 31. *num.*17. Zerola *in praxi, verbo indulgent.part.*2.*num.*12. Gambarus *ſupra dict.lib.*8.*fol.*266.

Summus Pœnitentiarius concedit etiam vſque ad ſummam centum dierum indulgentias.Nauarrus *vbi proximè dict.num.*17. 17

Sed ſi formam *in d. c. cum ex eo.* 18 excederet Epiſcopus, non vitiatur in totum conceſſio, ſed valebit quoad illam partem tantum numerum permiſſum non excedentem. Gloſſ.*in d.c.cum ex eo.* & ibi Panormitan.*de pœnitent.num.*8. & Gloſſ. *in c.final.eodem titulo, lib.* 6. & ibi Doctores arg. text. *in l. rogatus,* 33. *ff. mandati.l.placuit* 29.*l.pecuniæ* 9. *ff. de vſuris.l.ſiue generalis.* § *quærendum ff. de iure dotium. l. ſancimus* 34.*c.de donationibus.l.hac conſultiſsima* 21. §. *ex imperfecto,in fine.c.de teſtament.*Gloſſ. *in l.græcè,verbo omnino.ff. de fideiuſſoribus.l.*7.*tit.*21.*part.* 5. expreſsè Hoſtienſis *in ſumm. de pœnitent. & remiſſion.* §. *quid ergo.* Soto *in* 4. *ſentent. diſputation.*21. *quæſtion.*1.*art.*4. *column.*4. Petrus Soto *in lection. de inſtitution.Sacerd. lect.*2. *de indulgent.* Bologninus *de indulgent num.* 52. Vgolinus, *part.* 2. *cap.*4. §. *num.*2.

Syluester

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Syluester *verbo indulgent. numero* 15. Bonacina *de ſacrament. diſputat.* 6. *part.* 3. *num.* 4. alios citat Barboſa *in paſtoral. part.* 3. *alleg.*88. *num.* 22.

19 Poteſt etiam Epiſcopus concedere indulgentiam perpetuam. Arg. text. *in c. nemini, de offic. delegati.* Syluester *verbo indulgentia, p.* 1. *n.* 16. Nauarrus *conſ.* 18. *num.* 5. *de pœnitent. & remiſſion. & in comment. de Iubileo notab.* 31. *num.* 15. Zerola *in praxi verbo indulgent. p.* 1. *num.* 5. Ioannes Gutierrez *canonicar. lib.* 2. *cap.* 17. *num.*6. Vgolinus *vbi proxime.*

20 At verò in foro conſcientiæ poteſt Epiſcopus plures annos concedere indulgentiæ, quia ibi nulla limitatio adeſt, vt poſt Innocentium *in d. c. cum ex.* tenent multi, & Zerola *ſuprà part.* 2. *num.* 12. & Emanuel Sa *verbo indulgentia, num.* 16.

21 Nequit tamen Epiſcopus concedere indulgentiã pro defunctis, quia id Papæ reſeruatum eſt. Bologninus *de indulgent. num.* 56. Bonacina & Sa *num.* 19. *ſuprà* & Barboſa *num.* 24. Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.*7. *num.* 114. & 193. Bellarmin. *de indulgent. lib.* 1. *cap.* 11.

22 Epiſcopus licèt in culpa mortali exiſtat, ſeu excommunicatus, nõ vitandus ſit, indulgentias concedere valet. Nauarrus *de Iubileo ſuprà num.* 11. Incarnatus *in ſcrutinio tractat. de indulgentiis, fol.* 184. Bonacina *de Sacramentis, diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 8. *vſque ad* 10. & *de cenſuris diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. Azor *inſtitut. moral. lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 55. *quæſt.* 7. Barboſa *num.* 12.

23 Nequit Epiſcopus quadraginta indulgentiarum dies illo pio loco ſeu imagini concedere, vbi Anteceſſor tot dies conceſſerat. Additionator ad ſpeculum Iuris *lib.* 4. *p.* 4. *tit. de pœnitent. liter. A.* Geminian. *in c. indulgentiæ in* 5. *de pœnitent. lib.* 6. Barboſa *num.* 16.

Sed quod ei permiſſum eſt, ſi nomine proprio vult ibi indulgentias concedere, illud erit, quòd poſſit reuocare indulgẽtias ab Anteceſſore datas, & alias de nouo concedere. Bonacina *de Sacrament. diſp.* 6. *punct.* 8. *num.* 7. 24

Licet etiam Epiſcopo delegare Vicario ſuo, ſeu alio clerico indulgentiarum conceſſionem. Felinus *de indulgentiis, num.* 44. & 45. Iacobus à Graffis *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 6. Nauarr. *de Iubileo ſing.* 31. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, part.* 2. *cap.*41. *num.* 2. Bonacina *dict. diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 11. Valer. Reginald. *ſuprà num.* 116. *lib.* 7. Azor *inſtitut. mor. lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 43. *quæſt.* 13. & *c.* 55. *quæſt.* 5. Gregorius de Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 20. *punct.* 3. Barboſa *num.* 10. Angelus *verbo Epiſcopus num.* 4. & Sa *verbo indulgent. num.* 16. 25

Indulgentiarum conceſſio ſubditis tantùm prodeſt, non alienis. *c. quod autem.* & ibi Abbas & Hoſtienſis *de pœnit.* idem Abbas *in c. fin. de auth. & vſu pallij, num.* 2. Coninck *de Sacrament. diſp.* 12. *dub.* 1. *num.* 8. Gemin. *in c. Romana de pœnit. num.* 6. *lib.* 6. Speculator *tit. de pœnitent. lib.* 4. *part.* 4. *num.* 5. Petrus Gregorius *ſyntag. lib.* 2. *cap.* 9. *p.* 1. *num.* 5. Nauarrus *d. notab.* 31. *num.* 13. Soto *in* 4. *ſent. diſt.* 22. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *col.* 6. Bologninus *de indulg. num.* 35. Felinus *eodem tract. num.* 41. Sa *verbo indulgent. n.* 14. Syluester *num.*14. Angelus *n.* 11. Vgolinus *d. c.* 41. *p.* 2. Leo *c.*7. *num.* 18. *p.* 1. Nicolaus de Emerici *in direct. Inquiſit. part.* 2. *in c. excommunicam.* 26

*communicam.* §. *quia verò. num.* 2. *&*
3. Barboſa *ſupra num.* 23.
At verò ſi Epiſcopus habet pri-
27 uilegium à Papa quod poſſit indul-
gentias impartiri tam ſubditis pro-
priis, quàm alienis, poterunt eis
gaudere: vel ſi Epiſcopi aliarum
diœceſim ſpeciatim ſuis ſubditis
peregrinantibus concederent, quòd
poſſint percipere indulgentias ab
alijs Epiſcopis conceſſas. *c. quod au-
tem.* & ibi Gloſſ. & Abbas *num.* 7.
*de pœnit.* Geminian. *in d. c. Romana,
direct. Inquiſitor.* Bolognin. *num.*
60. Nauarr. Vgolinus, Speculator,
& Barboſa.
Hanc licentiam percipiendi in-
28 dulgentias neque Curatus, neque
alius, quàm proprius Epiſcopus,
aut Papa concedere poteſt. Cum
multis Vgolinus *de offic. Epiſcop. p.*
2. *c.* 14. §. 1. *num.* 2.
Sed quòd talis licentia neceſſa-
ria non ſit, quia quando Epiſcopus
indulgentias elargitur, ſeu alicui
Eccleſiæ, ſeu imagini, concedat,
quod eas lucrentur omnes præſen-
tes, ſeu talem imaginem veneran-
tes, aut templum viſitantes, licèt
alterius Epiſcopatus ſint. Emanuel
Sa *verbo indulgentia, num.* 1 & Ze-
rola *in praxi eodem verbo, part.* 2.
*num.* 13.
Archiepiſcopus per totam pro-
29 uinciam quadraginta dies indul-
gentiarum concedere poteſt, etiam
extra actum viſitationis. *c. noſtro* 15.
*de pœnitent.* & ibi Abb. Gloſſ. *in c.*
1. *de cenſib. lib.* 6. Bolognin. *num.* 39.
*de indulgent.* & Felinus *num.* 80.
Angelus *verbo indulgent. num.* 5.
Toletus *in compendio lib.* 6. *cap.* 25.
Coninck *de Sacram. diſp.* 12. *dub.*
1. *num.* 8. Vgolinus *d. cap.* 14. §.
2. *num.* 2. Bonacin. *dict. diſp.* 6. *punct.*
3. *num.* 2. Sanchez *in ſumm. lib.* 4.
*cap.* 38. *num.* 11. Leo *p.* 1. *cap.* 7. *n.*
18. Barboſa *num.* 15.
Sed quòd iam hoc priuilegio vti 30
nequeant Archiepiſcopi, quia per
Concilium Trident. cenſetur reuo-
catum, inquit Zerola *in praxi, ver-
bo Archiepiſcop. part.* 1.
Nequit etiam Epiſcopus exem- 31
ptis ſuæ diœceſis indulgentias cõ-
cedere: cum multis Vgolinus *de
off. Epiſcopi, p.* 2. *c.* 41. alias 14. §.
2. *num.* 2.
Sed contrarium veriſſimum eſſe
exiſtimo: nam cùm exempti ex ſua 31
diœceſi ſint, & indulgentias per-
cipere omnibus habitantibus in ea
permittatur, ſimiliter extendetur
conceſſio ad eos; quia licèt exem-
pti, nihilominus de diœceſi ſunt, &
priuilegiati quoad iuriſdictionem 32
ſibi damnoſam, iſta ergo ſalutaris
eſt & optima: igitur ab ea exem-
pti non videntur.
Et quia vnicuique ſuum renun-
tiare priuilegium licet. *l. ſi quis in* 33
*conſcribendo,* 50. *c. de Epiſcopis, &
clericis. l. ſi quis in conſcribendo. c. de
pactis*: vbi Imperator docet, poſſe
quemlibet ſuum fori priuilegium
remittere, ſiue ſit cingulum mili-
tiæ, vel dignitatis. *l. ſi mulier ff. ad
Senatuſconſ. Velleian. l. iubemus* 22.
*c. eodem. l.* 3. *tit.* 12. *p.* 5. *verſ. la ter-
cera el.* datur enim ibi mulieribus 34
licentia renunciandi priuilegium
quod habent, vt pro alijs non fide-
iubeant, hac de cauſa, ne fœminali
facilitate decipiantur. *l.* 1. *cum gloſſ.
ibi, verbo pro vllo. ff. ad Velleianum.*
Gloſſ. *in l. tametſi ff. ad Macedonian.*
Gloſſ. *in l. ſciendum. ff. de verbor.
ſignificat.* Facit textus *in l. paciſci. ff.
de pactis.* Ex qua conſtat poſſe par-
tes paciſci & conuenire, renuncian-
do priuilegium agendi, pro anima-
li morboſo. *l. cùm quæritur.* §. *ſi ven-
ditor. ff. de ædilitio edicto. l. iuris gen-
tium.* §. *ſi paciſcar. l. pactum inter*
*hæredes*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hæredes 46. ff. de pactis.l.nequis.l.ſi feriatis. ff. de feriis. Et per iſta iura & ſequentia approbatur opinio, quòd poteſt quilibet ſuum priuilegium renuntiare. c. conquæſtus.final. de feriis.c. licet 1. de reſtitut. ſpoliatorum. Facit etiam quòd maior minori ſe ſubmittere poteſt, & remittere maioriam & præeminentiam. l. eſt receptum.ff.de iuriſd. omnium iudicum. c. nos incompetenter 2. quæſt. 7. quia quæ in fauorem conceſſa ſunt, cuilibet renuntiare permittitur. l. quod fauore c.de legibus.l.nulla. ff. eodem titulo.l.ſi index.ff. de minoribus. Abbas in c. ſi diligenti, de foro competenti, num. 7. & ibi Felinus & Innocent. idem Abbas in c.licet. de reſtitut. ſpoliator. num. 3. Bart. in l. 3. ff. de fideiuſſoribus, num.10. col. 2. Iaſon in l. in conſcribendo c. de pactis. col. 6. & ibi Decius num.30. Lopez in l.5. tit.12. part.9. Suarez in l.quoniam in prioribus.§.quintò quæritur, num. 8. fol. 417. Antonius Gomez tom.2.variar.c.13. num 5.

35 Neque in contrarium facit quòd priuilegium fori renuntiare vetatur clerico. c ſi diligenti. c. ſignificaſti, de foro competenti. c. contigit 36. de ſent. excommunicat.c.non liceat 3. quæſt. 6.c. inolita. cum gloſſ. 11. quæſt. 1. auth de ſanctiſſ. Epiſcop. §. œconomos. collat.9. Gloſſ. in l. ſi quis in conſcribendo. c.de Epiſcop & cler. Gloſſ. in c.clerici, verbo clericalis, de clericis coniugatis, lib.6. Gloſſ. in c.ad audientiam, de conſuetud.& ibi Abbas num.5.& in c.ſi quis clericus, num.1.de foro competenti. Felinus, Innocentius, & Abbas in d. c.ſi diligenti, de foro comp.& in c.ſignificaſti, de iudiciis. & Abbas in c. dilecti, num.4.de foro competent. & in c.contigit, num. 4. de ſentent. excommunicat. Nicolaus de Milis in repertor. verbo clericus. multos refert. Didacus Perez in. 2. tit. 1. lib. 2. ordinam. verſ. quæri etiam poteſt. & in l. 1. tit. 4. lib.3. ordinam.verſ.vtrū clericus. Quia 36
priuilegium hoc quod clerici habent, eſt de iure diuino. c. quamquam, de cenſibus lib.6. & ibi Geminian. c. relatum 11. quæſt. 1. c.ſi Imperator. & ibi Gloſſa 16. diſt. Abb. in c.ſi quis.& in c.ſolitæ. num. 4. de maior.& obedient.& in c. propoſuit, n.14. de conceſſ. præ. & in c. at ſi clerici, num.23. de iudiciis.& conſ. 85. num.8. Lopez in l. 1. tit. 7. part. 1. in gloſſ. magna. verbo Señal. de ordin. col. 3. verſ. pro parte. Bertrandus conſ. 182. num. 1. lib. 1. Didacus Perez in l. 2. tit.1.lib.3.ordin. § quæro vtrum Papa. & ibi citat Ferdinandum Loazes in tractat. Regis Angliæ, fol. 18. col. 4. num. 11. & Andreas de Iſernia in peregrina.in 1. conſtitut. Neapolitan. rubr. de pœna vniuerſit. qui erat poteſtates.fol. 45. col. 4. Et cum de iure diuino ſit, & in totius ſtatus clericalis Eccleſiæ ac Miniſtrorum eius fauorem conceſſum, nullo modo renunciari poterit; nam ius publi- 37
cum, & pro publica vtilitate conceſſum, pacto priuatorum derogari non debet.l.ius publicum.l.inter debitorem.ff. de pactis.c. cum tempore.de arbitriis.

Secus tamen eſt in noſtro caſu, 38
quia exemptio pro fauore conceſſa eſt, & in odium redundare non debet.l.non eo minus.c.de procuratoribus.l.11.tit.2.part.3. præciſè in re ita animæ exemptorum odioſa, ſicut 39
eſt priuare illos indulgentiarum perceptione; eſſent namque tamquam exules, & perſonæ miſerabiles, qui ex particulari ſedis Apoſtolicæ fauore magis, quàm alij honorantur. Ideò namque exempti ne tanto bono priuentur, tacitè ad indulgentias percipiendas ſuum exemptionis priuilegium renuntiant, ſine aliquo ſtrepitu aut actu exte-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

riori, & etiam tacitè eas lucrantur ſine aliquo exemptionis ſuæ detrimento aut læſione: & ſic neque ſuam exemptionem diminuunt, neque iuriſdictionem epiſcopalem prorogant; ſed tantùm in animæ bonum indulgentias lucrantur, quod eſt laudabile, præcipuè cum ſit ſine exemptionis læſione, aut Epiſcopalis iuriſdictionis extenſione. Facit etiam doctrina Patris Gaſparis Hurtado de Mendoza ex illuſtriſſima Societate Ieſu, genere, religione, & eruditione illuſtris, *de matrimonio different. 3. diſput.* 15. *num.* 4.
40 vbi docet, poſſe Epiſcopum exemptos ſuæ Diœceſis abſoluere ab excommunicatione reſeruata, & ſe ad hoc ſubmittere Epiſcopo: Ergo à fortiori ſe debent ſubmittere ad indulgentias conſequendas, vt in terminis tenent Bologninus *de indulgent. n.* 63. Nauarr. *in comment. de iubileo notab.* 31. *n.* 13. Bonacina *de ſacrament. diſput.* 3. *num.* 15. & Barboſa poſt hæc ſcripta viſus *part.* 3. *alleg.* 88. *num.* 27.

41 Parochi, ſeu alij Prælati Epiſcopis inferiores indulgẽtias nequeũt concedere. D. Thom. *in addit. ad* 3. *lib. ſuper* 3. *ſent. quæſt.* 26. Panorm. *in c. cum ex eo. de pœnit. num.* 5. Geminian. *in c. indulgentiæ, num.* 6. *eodem tit. lib.* 6. Petrus Gregor. *ſyntagmat. lib.* 2. *cap.* 9. *part.* 1. *num.* 55. Toletus *lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 6. Coninck *diſp.* 12. *dub.* 1. *num.* 8. Nauarr. & Bonacina *ſupra.* Syluester *verbo indulgent. num.* 12. Vgolinus *de officio Epiſcopi, part.* 2. *cap.* 41. *num.* 1. Leo *in theſauro part.* 1. *cap.* 7. *num.* 19.

42 Ex quo dicebat Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4. *col.* 3. eſſe de iure diuino diſcrimen quod eſt inter Presbyteros & Epiſcopos, in conferendis indulgentiis.

Epiſcopus qui renuntiauit loco non dignitati, poterit indulgentias concedere; ſi permittatur ab epiſcopo, qui ſubditos habet, vt eos ſuis ſubditis elargiatur. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 281. *n.* 57. *fol. mihi* 380. 43

Epiſcopus qui indulgentias concedit, ſi facit illud opus quod eius conceſſio requirit, earum beneficio gaudebit: & poterit etiam ſecum diſpenſare, commutando illud opus pium in aliud: nam licèt ſibi indulgentias concedere nequeat, poterit vti indulgentiis à ſe aliis conceſſis. Diuus Thom. *in addit. ad lib.* 3. *ſuper* 3. *ſentent. diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 4. *col.* 6. *& diſt.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 2. *col.* 2. Coninck *diſp.* 12. *dub.* 2. *num.* 11. *verſ. dubitatur tertio.* Bologninus *de indulgent. num.* 69. Azor *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 55. *q. vltim.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 3. *num.* 2. Syluester *verbo indulgent. num.* 21. Angelus 23. Armilla *n.* 21. Emanuel Sa *n.* 17. Cardinalis *in Clem. religioſi. verſ. quibus. n.* 12. *de priuileg. exceſſ. priuil.* Geminian & Bonacina *ſupra.* Nauarr. *notabili* 20. *num.* 18. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 8. *&* 11. Barboſa *p.* 3. *dict. alleg.* 88. *n.* 28. 44

Poteſt etiam Epiſcopus extra Diœceſim exiſtens indulgentias concedere ſuis ſubditis, pro opere intra Diœceſim propriam faciendo. Nauarr. *in commentar. de iubileo, notab.* 31. *num.* 13. 45

Sed ſi conceſſit indulgentias pro opere quod extra Diœceſim fit, ſine licentia Ordinarij illius loci non valebunt. Bologninus *de indulgent. num.* 61. vbi citat Oldradum *conſ.* 73. *col.* 2. *conſequenti, incipit, quæritur ſi Prælatus.* Felinus *de indulgent. num.* 41. 46

At verò (ſalua iſtorum venia) contrariam defendere ſententiam 47

duxi,

duxi, nempe, poſſe Epiſcopum
indulgentias concedere ſuis ſubdi-
tis, etiamſi ille extra Diœceſim exi-
ſtat, pro opere quod extra Diœce-
ſim fit, ſine licentia Ordinarij il-
lius loci: nam cum ſit cautum in
iure, quòd ea, quæ iuriſdictionis
voluntariæ ſunt, & quæ ſine cauſæ
cognitione exerceri poſſunt, in
quocumque loco, & tempore Epi-
ſcopo expedire liceat. *c. nouit. de off.*
*& poteſt. Legati*, & ibi Gloſſ. & Do-
ctor, *Clementin. 1. de foro competenti*,
& Cardinalis ibi *num. 12. l. omnes 2.*
*& l. final. ff. de off. Proconſulis. l. emanci-*
*pari, ff. de adoptionibus.* Hippolytus de
Marſilis, & Hieronymus Cagnolus
*in l. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* ille
*n. 8.* iſte *n. 29.* Angelus Peruſinus *in*
*d. l. emancipari, de adoptionibus.* Co-
uarruuias alios referens, *variar. c. 20.*
*lib. 3. n. 8.* Menochius *de arbitrar. lib. 1.*
*quæſt. 43. n. 16.* Romanus *ſingulari* 48.
Selua *de beneficiis p. 3. q. 4. num. 1* Ro-
deanus *tit. de ſimonia, cap. 18. p. 1. n. 7.*
Marius *de cenſuris tom. 1. l. 5. diſp. 12.*
*c. 2. liter. D. col. 5.* Gonzales *in regula*
*8. cancellar. gloſſ. 62. n. 2.* Auguſtin. Bar-
boſa *in remiſſion. ad Concil. ſeſſ. 6. de*
*reform. cap. 5* Rebuffus *in praxi, regula*
*de clericis, à quibus & quomodo ordi-*
*nentur, n. 11. & 12.* Boherius *in deciſ.*
*part. 1. q. 3. n. 7.* Riccius *in praxi, deciſ.*
*380. n. 2. & 3.* Zerola *in praxi verbo*
*abſolutio, part. 1. n. 7.* Ludouicus à Sar-
dis *de legitimat. per reſcriptum, num.*
*19.* Nauarrus *conſil. 41. de tempo-*
*ribus, num. 1.* Coninck *de ſacrament.*
*diſputat. 8. dub. 3. num. 22.* Bona-
cina *de ſacrament. diſputat. 5. quæſt. 7.*
*punct. 2. n. 10.* Sylueſter *verbo confeſſ.*
*num. 12.*

48 Et cùm iuriſdictio voluntaria ea
dicatur, quæ inter volentes exer-
cetur. *l. final.* & ibi Gloſſ. *ff. de iuriſ-*
*dict. omnium iudic.* Gloſſ. *in d. leg. 2.*
*& in leg. final. ff. de offic. Proconſulis.*
*& in l. emancipari, de adoptionibus.*
*authen. de defenſoribus ciuitatum.* &
ibi Gloſſ. *verbo ſumant.* Bartholus
*in d. l. emancipari, num. 1.* & Iaſon
*in leg. extra territorium. ff. de iuriſdict.*
*omnium iudicum, num. 7.* Ludouicus
à Sardis, & Riccius *ſuprà.* Apertè 49
conſtat indulgentiarum conceſſio-
nem, quæ ſemper volentibus, non
verò inuitis datur, actum iuriſdi-
ctionis voluntariæ eſſe. Gloſſ. *in c.*
*nouit. verbo terminos. de offic. Legati.*
Gloſſ. *in c. noſtro. de pœnitent.* & Pa-
normit. ibi, *& in c. accedentibus, n. 4.*
*de exceſſibus Prælatorum.* Suarez *tom.*
*4. diſput. 49. ſect. 3. num. 9.* Coninck
*diſput. 17. dub. 2. num. 9. & 10.* Vgo-
linus *de offic part. 2. cap. 41. num. 1.*
Leo *in theſauro, part. 1. cap. 7. num. 18.*
Bonacina *diſputat. 6. punct. 3. num. 9.*
Barboſa *in paſtorali, allegat. 88 n. 16.*
Igitur extra Diœceſim concedi po-
terunt, & ibi exercere licebit actum
ad eas lucrandas requiſitum: quia
ſine ſtrepitu iudiciali fit, & ſine ap-
paratu iudicij; ad cuius confirma-
tionem dixit Baldus, poſſe Epiſco- 50
pum extra ſuam Diœceſim præſen-
tatos per patronos confirmare, &
ibi beneficia conferre, quamuis in
curia Papæ ſit: quia actus iuriſdi-
ctionis voluntariȩ eſt. Gloſſa *in c. 1.*
*de inſtit. lib. 6.* Cagnolus *in l. final. ff.*
*de iuriſd. omnium iud. num. 29.* Gonza-
les *in reg. 8. cancellar. gloſſ. 62. n. 2.*
*& 8.* Franciſcus de Pauinis *de offic.*
*Capituli ſede vacante, quæſt. 1. part. 2.*
*num. 66.* Paulus de Citandinis *de iu-*
*re patronatus, part. 7. num. 19.* Rochus
de Curti *eodem tract. ſumm. 1. n. 5.*
Iaſon *in l. extra territorium, de iuriſd.*
*om.* Couarruuias *variar. lib. 3. cap. 20.*
*num. 8.* vbi dicit, idem poſſe Vica- 51
rium Epiſcopi, ſi poteſtatem habet
conferendi. Gloſſ *in c. ſtatus, de præb.*
*l. 6.* Hippolytus de Marſilis *in d. l. fin.*
*n. 8. de iuriſd. omn.* Lara *de anniuerſar.*

*& capil.l.2.c.10.n.67.*Gonzales &Pauinus *ſuprà.*Menoch. *de arb. l.1.q.43. n.19.*Selua *de beneficiis,p.3.q.40.n.1.*

52 Facit etiã quòd Rex poteſt extra regni ſui limites Doctores & milites creare.Bart. *in l.1.c.de dignit.l.12.* Tiraquellus *de nobilitate.c.6.n.26.*

53 Poteſt & Epiſcopus extra Diœceſim concedere dimiſſorias. Examen Epiſcopor *lib.1.c.16. n.8.* & Barboſa *in paſtorali,part.2.alleg.7.n.29.* & excommunicare ſubditum extra Diœ-
54 ceſim exiſtentem. Lancellottus *in templo lib.2. cap.5.§.4. num.4.* & abſoluere,ac excõmunicare ſubditos, & exercere iuriſdictionem contentioſam,quando cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam Diœceſim.Gratian.*diſcept.cap. 127.num.8* Barboſ. *in remiſſ.ad c.5.de reform,ſeſſ.6.fol.14.& in paſtorali,p.2.*
55 *alleg.6.n.* 18. & ibi cauſas delegare. Gloſſ *in c.nouit.de offic.delegati.* Gonzales *ſuprà gloſſ.62.n.10.*& abſoluere ſubditos,quando ſtrepitus iudicialis non requiritur.Gloſſ.*in c.nouit.& in c.excomm.de offic.delegati.* Tuſchus *liter.E,conſ.249.n.3.* Zerola *in praxi, verbo abſolut part.1.num.7.*Iaſon *in l.*
56 *extra territor.num.11.de iuris.omn.iud.* & ibi *num.6.*ponit exemplum in parocho,qui extra ſuæ parochiæ limites poterit pœnitentialiter parochianos ſuos audire, & abſoluere. Coninck *de ſacram.diſp.8.dub.3.n.12.*
57 Sylueſter,Cagnolus, Gonzales,Nauarr.& Bonacin.*vbi proxim.*&in hoc caſu actus abſolutionis iudicialis eſt,vt inquit Nauarrus *in Manuali cap.27.n.269.* & nihilominùs extra Diœceſim exercetur, & ibi robur ſumit, & effectum ergo & ſimiliter conceſſio indulgentiarum, etiamſi pro opere ſit extra propriam Diœceſim faciẽda,cũ iſtud non ſit actus iuriſdictionis contentioſæ, ſed de voluntaria,& fiat ſine ſtrepitu iudiciali inter volentes,non inter inuitos; huius opinionis eſt Emanuel Sa *in aphoriſmis,verbo indulgent.n.16.*

Capitulum ſede vacante indul- 58
gentias concedere poſſe, teſtantur Bologn.*de indulg.n.44.*Sylueſt. *verbo Capitulũ,n.5.*Sa *n.1.* Selua *de benefic. q.11.p.2. n.4.* Zerola *verb.indulg.p.1. n.2.*Azor *inſtit.moral p.2 lib.3.cap.55. q.4.& lib.3.cap.37.quæſt.9.*

Contrarium,nempe non poſſe,te- 59
nent Felin.*de indulg.n.fin.*Geminian. *in c.Roman.de pœnit.l.6. n.5.* Armilla *verbo indulg.n.3.*Soto *in 4.ſent.diſt.21. q.1.art.4.col.4.* Rodrig. *tom. 3. de ſus obras c.55. n.155.*Bonac.*de ſacram.diſp. 6 punct.3.n.23.*Viuald.*in candel. aur. cap.1.de quibuſdam quaſi particul.n.5.* Barboſa *in paſtor. p.3. alleg.* 88.*n.21.*

Facit etiam,quòd vacante Papali 60
ſede ſacrum Cardinalium collegiũ indulgentias concedere non poſſit, quia tunc talis poteſtatis exercitiũ dormitat. Cardinalis Zabarela *in Clement.ne Romani.de elect.num.5.*

## *SVMMARIVM.*

*Epiſcopo, à quo iure ſibi competat Sacramentum Confirmationis miniſtrare.*num. 1.

*Romanus Pontifex an poſsit diſpẽſare, quòd ſimplex clericus hoc ſacramentum conferat.* num.2.

*Vtrùm id poſsit facere Epiſcopus.* num.3.

*Hæc prohibitio quando cœpit.* n.4.

*Vtrùm ſit præſcriptibile hoc ius.* num.5.

*Archiepiſcopus vtrùm poſsit diſpenſare circa miniſtrum huius Sacramenti.*num.6.

*Chriſma à quo debeat conſecrari,& quis ſit eius miniſter.*num.7.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vtrum* Papa *concedere poſsit, quòd Chriſma ab alio quàm ab Epiſcopo conſecretur.* num. 8. *vſque ad* 11.
*Vſus antiquus* Eccleſiæ *probat ad Epiſcopos tantùm ſpectare Chriſmatis conſecrationem.* num. 9.
*Vtrùm balſamum ſit de neceſsitate ſacramenti.* num. 12. *&* 13.
*Balſamum Indorum an aptum ad hoc ſacramentum.* num. 14.
*Vtrùm Miſſa ſit de ſubſtantia præcisè in conſecratione Chriſmatis.* num. 15.
*Quo die debeat conſecrari, & quis primus inſtituit vt die Iouis ſancti conſecraretur.* num. 16.
*Vtrùm peccet Epiſcopus in mortali exiſtens culpa Chriſma conſecrando.* num. 17.
*Epiſcopus excommunicatus, ſeu degradatus, an validè miniſtret hoc ſacramentum.* num. 18.
*Epiſcopus duorum Epiſcopatuum vnitorum qualiter ſe portare debeat in conſecratione Chriſmatis.* num. 19.
*Sub culpa mortali tenetur diligenter curare de adminiſtrando hoc ſacramento: & Epiſcoporum negligentia carpitur.* num. 20.
*Confirmare tantùm ſubditos debet.* num. 21.
*Vtrùm peccet confirmando non ſubditos.* num. 22.
*An in die feriali, & poſt prandium poſsit miniſtrare hoc Sacramentum Epiſcopus.* num. 23.
*Aras conſecrare an poſsit* Epiſcopus. num 24.
*Si* Eccleſia *conſecrata violetur, à quo reconciliari debeat.* num. 25. *&* 26.
*Eccleſiæ conſecratio ex quibus conſtet.* num. 27.

# DE CONFIRMATIONE.

## CAPVT QVARTVM.

1 EPISCOPVS de iure diuino eſt vnicus Confirmationis Sacramenti Miniſter. *c. manus. c. nouiſsimè, de conſecr. diſt.* 5. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 4. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *tit.* 4. *p.* 1. & ibi Lopez. D. Thomas *in* 3. *ſent. q.* 72. *art.* 11. *n.* 50. Suarez *de religione, tom.* 4. *l.* 2. *c.* 30. *n.* 2. Soto *in* 4. *ſent. diſt.* 2. *q.* 1. *art.* 1. *col.* 2. Petrus Soto *in lectionibus de inſtit. Sacerdot. lect.* 2. *de ſacram. Cõfirmationis, §. de miniſtro.* Alter Soto *in* 4. *diſt.* 7. *q. art.* 12. Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *c.* 3. Angelus *verbo confirmatio, n.* 2. & Syluester *n.* 2. Henriq. *in ſum. l.* 3. *c.* 6. *de confirm.* §. 1. Alphonſus Aluarez *in Speculo iuris Pontificij, tit. de confirm. fol. mihi* 179. Durant. *in rational. l.* 5. *c.* 84. *n.* 1. Mirand. *in Manual. c.* 22. *n.* 8. Candelabrum aureum *tit.* 3. *de confirm.* § *de miniſtro, num.* 26. Coninck *de ſacram. q.* 72. *art.* 11. *dubit. vnica.* Petrus Greg. *l.* 2. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Victor. *in ſumm. ſacram.* §. *de ſacram. confirmat. n.* 45. Abb. *in c. vnico de ſacra vnct.* Couarr. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 10.

*num. 6.* Anguianus *de legibus lib. 2. controuerſ. 1. num. 71.* Barboſa *in paſtorali, part. 2. alleg. 30. num. 1.*

2 Papa poteſt committere ſimplici Sacerdoti adminiſtrationem Sacramenti Confirmationis, & facere eum Miniſtrum. Gloſſ. *in c. manus, de conſecrat. diſt.* Soto *in 4. diſt. 7. q. 1. art. 12. & diſt. 25. quæſt. 1. articulo 1. col. 6.* Cæſar Baronius *annalium Eccleſiæ tom. 8. anno Chriſti 594. fol. 54.* Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica part. 1. tom. 2. lib. 12. cap. 1. §. 2. fol. mihi 190.* Nauarr. *conſil. 14. de priuileg. num. 1.* Bonacina *de Sacrament. diſput. 3. quæſt. unica, punct. 2. num. 3.* Gambarus *de offic. Legati, lib. 1. fol. 41. num. 273.* Lancellott. *in templo, lib. 1. cap. 1. §. 4. num. 8.* Henriquez, Armilla, Syluester, Coninck, Toletus, Nauarrus, Viualdus, Angelus, Couarruuias, & Anguianus.

3 Epiſcopus nequit committere ſimplici Sacerdoti, ſeu alio non epiſcopo confirmationis collationem. Soto *in 4. diſt. 7. quæſt. 1. art. 12.* Gloſſ. *in c. peruenit. 95. diſt.* Hériquez, Alphonſus, Suarez, Viualdus, Bonacina, & Coninck.

4 Eo quòd Diuus Syluester Papa generale promulgauit decretum, neminem niſi Epiſcopum, ſine ſedis Apoſtolicæ permiſſu, Confirmationis ſacramentum adminiſtrare & Chriſma conſecrare debere. Villegas *in vita Syluestri 1. fol. 428.*

5 Quapropter ſtante hac conſtitutione Confirmatio ſeu Ordinatio à Presbytero, ſeu ab alio non Epiſcopo, non poteſt præſcribi. *c. quanto, de conſuetudine.* Couarruuias *var. lib. 1. cap. 10. num. 13. & 14.*

6 Patriarcha, ſeu Archiepiſcopus, ſi Epiſcopi Suffraganei aut abſentes, aut infirmi exiſtant, ita quòd confirmationis ſacramentum adminiſtrare nequeant, ſi non adeſt alius Epiſcopus, qui commodè infirmi aut abſentis Epiſcopi vicem ſuppleat, committere poterit ſimplici Presbytero, vt ſacramentum Confirmationis conferat, ſi neceſſitas vrgens adſit. Gambarus *de offic. Legati, lib. 2. fol. 41. num. 273.*

7 Requiritur ſemper, quòd ab Epiſcopo, non ab alio, ſit conſecratum Chriſma: cuius eſt vnicus iure diuino Epiſcopus Miniſter. Diuus Thomas *in 3. ſentent. quæſt. 72. art. 3. num. 10.* Soto *in 4. ſentent. diſt. 7. quæſt. vnic. part. 3.* Bonacina *de ſacramentis diſput. 3. quæſt. vnic. punct. 3. num. 4.* Sylueſter *verbo confirmatio, num. 2.* Candelabrum aureum *tit. 3. de confirm. §. 2. num. 16.* Victoria *in ſumm. §. de Sacrament. Confirmat. num. 38.*

8 Quòd Papæ non liceat ſimplici Sacerdoti committere, conficere Chriſma, neque alio non Epiſcopo. Gloſſ. *in c. peruenit. diſt. 95.* Soto, Bonacina & Candelabr.

9 Et quòd hoc comprobatur ex antiquiſſimo vſu Eccleſiæ, & ex longiſſima conſuetudine, vbi ſemper id benedicere & conſecrare Ordini Epiſcopali fuit reſeruatum, cum Henriquez & Bartholomæo, ac Angelo, Barboſa *in paſtorali, p. 2. alleg. 30. num. 6.*

10 Contrarium, nempe poſſe Papam concedere ſimplici Sacerdoti quòd Chriſma conſecrare valeat, affirmat Victoria *vbi proximè.*

11 At verò diſtinguendum duxi ad hos conciliandos Doctores: quòd ſimplex clericus etiam ex Pontificia delegatione nullo modo poterit conficere & conſecrare Chriſma ad Sacramentum Confirmationis; & in hoc caſu

loquun

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

loquuntur Soto, Bonacina & cæteri. Si verò loquamur de chriſmate ad conſecrandas aras, calices, & Eccleſias, ſine dubio tenendum eſt, poſſe Clericum ex Papæ cõmiſſione & delegatione conſecrare illud, quod non eſt aptum ad Sacramentum Confirmationis: vt egregiè Suarez *de religione, tom. 4. lib. 1. cap. 30. num. 2.*

12 Vtrùm balſamum ſit de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, valdè controuerſum eſt: nam Bonacina, & cum eo multi ibi relati, eſſe de neceſſitate præciſa tenet, *de Sacramentis diſp. 3 quæſt. vnic. punct. 3. num. 1.* ſed Emanuel Sa *verbo Confirmatio*, neque negat, neque affirmat *num. 9.*

13 Sed quod balſamum non ſit de neceſſitate Sacramenti, ſed ex præcepto & ritu Eccleſiæ, probatur ex textu *in c. paſtoralis, 1. de Sacrament. non iterandis.* vbi habetur, quòd quidam per errorem fuit cõfirmatus oleo benedicto ſine balſamo, & quæſitum eſt, an eſſet iterandum Sacramentum? Ad quod reſpondit Papa, nihil eſſe iterandum, ſed cautè ſupplendum, quod incautè fuerat omiſſum. Si ergo illud non debuit iterari, igitur fuit Sacramentum, ſed ſi fuit Sacramentum, Chriſma non eſt de neceſſitate Sacramenti. Nam licèt dicat Papa, quòd cautè ſuppleatur quod incautè fuerat omiſſum: id enim propter præceptum & ritum Eccleſiæ, non quia eſſet de neceſſitate: vt teſtantur Valentia *tom. 4. diſp. 5 quæſt. 1. punct. 2. verſ. quæſtio* vt Victoria *in ſum. d. §. de confirmat. num. 36.* Zerola *in praxi, verbo Chriſma, num. 2.* Soto *in 4 ſent. diſt. 7. quæſt. vnic. art. 2.* Nauarr. *in Manual. cap. 22. num. 8. & conſ. vnic. num. 4. de ſacra Vnct.* Caietanus 3. *part. quæſt. 72. art. 2.* Barboſa *part. 2. alleg. 31. num. 3.*

Balſamum Indorum eſſe verum balſamum, & ad Confirmationis Sacramentum aptum, inquit Sa, *vbi ſuprà num. 10.* & quòd ſic declarauit Eccleſia, quoad Sacramenta, quæ apud Indos conficiuntur. Ioſeph de Acoſta è ſanctiſſima Societate Ieſu *in hiſtoria naturali, de las Indias, lib. 4. cap. 28. propè finem.* 14

Non licet Epiſcopo Chriſma conficere niſi Miſſam celebret, quia Miſſa præcisè eſt de ſubſtantia. Hoſtienſis *in c. te referente, 12. de celebrat. Miſſar. num. 2.* 15

Quæ conſecratio debet fieri die Iouis ſancti, (vt decreuit Fabianus Papa, anno Domini de 255. Illeſcas in hiſtoria pontificali in vita Fabiani primi, *lib. 1. cap. 23.*) *c. quoniam, de ſent. excom. lib. 6.* licèt locus ſit interdictus. *d. c. quoniam, de ſentent. excomm.* Gloſſ. *in cap. 1. de reliquijs & venerat. Sanctor.* Abbas *in c. non eſt vobis, de ſponſalibus, num. 8.* Leo *in theſauro, part. 3. cap 8. n. 87.* Viualdus *in candelabro tit. de confir. § 1 num. 18.* Victor *in ſumm. §. de Sacram. Confirmation. num. 58.* Emanuel Sa *verbo Confirmatio.* Hoſtienſis *ſuprà.* 16

Non peccat mortaliter Epiſcopus, etiam ſi Chriſma conſecret in peccato exiſtens; ſed peccabit ex eo, quia Miſſam celebrat. Emanuel Rodriguez *tom. 4. de ſus obras cap. 67. de Obiſpos. num. 14.* 17

Epiſcopus degradatus, ſimoniacus, hæreticus, vel ſuſpēſus, Chriſma validè conſecrat. Soto *in 4. diſt. 25. quæſt. 1. ar. 1. col. 4.* Coninck *de Sacram. quæſt. 71. ar. 1. num. 103.* Bonacina *de Sacram. diſp. 3. quæſt. vnic. punct. 2. num. 7.* & cæteri ſuprà relati. 18

Epiſcopus

19 Epiſcopus duorũ Epiſcopatuum vnitorum, quia in ambobus vno die Chriſma conficere non poteſt, debet vno anno celebrare in vno Epiſcopatu, & tranſacto anno adueniente die Iouis ſancti conſecrabit in alio. Hoſtienſis *in d. c. te referente, de celebratione Miſſar. num.* 3. & ibi Abbas, & Butrio. Gratianus *diſceptat. tom* 4. *diſp.* 655.*num.* 74. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 31. *num.* 5.

20 Tenetur Epiſcopus, ne in culpam mortalem incidat, diligenter curare circa Sacramenti Confirmationis adminiſtrationem. Suarez *ſuper* 3. *part. Diui Thomæ, quæſt.* 72. *art.* 2. *diſp.* 38. *ſect.* 2. Cardinalis Toletus *in ſumm. lib.* 5. *cap.* 4. Emanuel Sa *verbo Confirmatio,* 1. *num.* 12. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 30, *num.* 9. Qua in re dolenda vehementer eſt Epiſcoporum negligentia, qui de commoditate propria curantes, ne itinere fatigentur, ad Confirmationis Sacramentum cõferendum non accedunt, neque percurrunt diœceſim, niſi per Viſitatores, & ſic multi etiam adulti ſine hoc Sacramento decedunt, propter ſuorum Prælatorum incuriam, priuantur enim gratia fortitudinis, erga perfidiæ phalanges, Chriſti milites, cum non leui detrimento animarum, neque ſine grauiſſima culpa parùm ſolliciti Paſtoris. Vialdus *in candelab. de Confirmation. Sacram. tit. de miniſtro. num.* 7. Antonius Fernandez de Moure *in examine Theologiæ, part.* 4. *cap.* 7. §. 1. *num.* 10.

21 Debet confirmare Epiſcopus ſuos ſubditos tantùm, non alienos, niſi id faciat ſine animo vſurpandi iuriſdictionem: vel ſi gratum ſuis Epiſcopis eſſe videat. Emanuel Sa *verbo Confirmatio, n.* 1. Armilla *n.* 3.

22 Alij verò tenent, peccare mortaliter Epiſcopum confirmando non ſubditos. Coninck *de Sacram. quæſt.* 72. *ar.* 11. *num.* 103. Viualdus *in candelabr. tit.* 3. *de confirmat.* §. *de ſuſcipiend. num.* 30. Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt. vnic. punct.* 2. *num.* 3. Sylueſter *verbo Confirmatio.* Antonius Fernandez *vbi proximè.*

Sed hæc Doctorum doctrina nullo modo admittenda, niſi animo vſurpandi iuriſdictionem alienam, ſeu alterius Epiſcopi populũ Epiſcopatui ſuo aggregandi id faciat. Si verò recto fine, & ſancto zelo id faciat, valdè laudabile, ac vtile aliis Epiſcopis erit; & ſuper hoc multoties audiui à præſtantiſſimis Epiſcopis, cùm de hoc agerem, vtinam ipſi haberent Epiſcopos vicinos, qui in hoc eos adiuuarent, quod non ſolùm ipſis gratum eſſet, ſed etiam gratiſſimum. Et in hoc mea ſententia eſt, non peccare Epiſcopum confirmantem alienos ſubditos, ſi deprauatum animum non habeat vſurpandi alienam iuriſdictionem.

23 Sacramentum Confirmationis in die feriali poſt prandium poteſt Epiſcopus miniſtrare, & etiam in Capella ſui Palatij, aut extra in alio loco honeſto, & etiam tempore interdicti: ad quod ſi quotidie non portat rochetum, debet eum aſſumere, ſi verò aſſiduè eo vtitur, cum rocheto accipiat amictum, poſtea pluuialem, ac mitram, & baculum. Henriquez *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 6. §. 7. Sa *verbo Confirmatio, num.* 1. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *allegat.* 30. *num.* 11.

24 Poteſt etiam Epiſcopus aras, altaria, & calices, ac Eccleſias conſecrare: vt ex Cæremoniali ac Pontificali conſtat.

25 Si Eccleſia conſecrata violetur, poſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſe reconciliari per Presbyterum de commiſſione Epiſcopi cum aqua, vino, & ſale, & cinere, per Epiſcopum benedicta; vt fertur factum fuiſſe in Compoſtellana Eccleſia, vbi de Archiepiſcopi commiſſione Presbyteri Eccleſias conſecratas, pollutas, reconciliabant. Emanuel Sa *in aphor. verbo Eccleſia, num.* 20.

Contrarium tamen veriſſimum exiſtimo, nempe, non poſſe Epiſcopum ſimplici Presbytero, vel aliis, qui Epiſcopi non ſint, committere Eccleſias reconciliare, ſi conſecratæ ſunt: per textum *in c. aqua, de conſecrat. Eccleſiæ, vel altaris*, & ibi Scribentes, Victoria *in ſumm. ſacram, num.* 90. *fol.* 74. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap.* 29. §. 8 *n.* 9. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *alleg.* 28. *num.* 56.

26 Non nego quin antiquitùs de Epiſcopi commiſſione Eccleſias conſecratas reconciliabant, ſed id faciebant ex Papali diſpenſatione, teſte Innocentio *in d. c. aqua, de conſecrat. Eccleſiæ.* At verò quando Eccleſia conſecrata non eſt, ſed tantùm benedicta, & polluatur, tunc à ſimplici Sacerdote poteſt benedici: vt notant omnes Summiſtæ *verbo Eccleſiæ pollutæ.*

27 Qualiter cognoſcetur ſi Eccleſia eſt conſecrata, aut benedicta tantùm? Probatur namque Eccleſiæ conſecratio ex literis ſculptis in marmore, vel in libro antiquo per vnum teſtem, & per cruces ſculptas in pariete, & per alia ſigna. Innocent. & Sa *ſupra.* Idem Innocent. *in c. ſolemnitates. diſt.* 4. *& in rubr. de conſecrat. Eccleſiæ.* Philippus Decius *conſ.* 135. *num.* 2. *tom.* 1. Lambertinus *de iurepatron. lib.* 1. *art.* 7. *quaſt.* 2. *primæ partis, num.* 10. Maſcardus *de probat. concluſ.* 582. *num.* 2. *& concluſ.* 415. *num.* 4. Barboſa *in paſtoral. part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 5. Sylueſter *verbo conſecratio, num.* 3.

## *SVMMARIVM.*

*Sacramenti Ordinis quis miniſter ſit.* num. 1.

*Epiſcopus excommunicatus, degradatus, aut ſimilis an verè Ordines conferat.* num. 2.

*Vtrum ordinati ab excommunicato executionem Ordinum recipiant, & à quo diſpenſentur.* ibidem.

*Quid ſi recipientes ignorabant defectum Epiſcopi.* num. 3.

*Epiſcopus an tam poſsit quoad Ordinis efficaciam quantum Papa.* num. 4.

*Ordines maiores conferre ſimplex clericus de commiſsione Papæ an poſsit.* num. 5. *&* 6.

*Conſecrare Epiſcopum an poſsit Presbyter de commiſsione Papæ.* num. 7.

*Vtrum valeat minores ordines conferre.* num. 8.

*Abbates ius mitræ & baculi habentes minores Ordines an poſſint conferre,* ibidem.

*Cardinales S.R.E. Ordines minores conferunt, & vtuntur Pontificalibus indumentis.* num. 9.

*Epiſcopus an poſsit concedere Presbytero quòd minores Ordines conferat.* num. 10.

*Epiſcopus qui loco & dignitati renunciauit, an minores Ordines conferre valeat.* num. 11.

*Qui renunciauit loco tantum, an*

maiores & minores. num 12.
Qualiter cognoſcatur qui renuntiauit loco tantùm, & qui loco & dignitati. num. 13.
In dubio an præſumatur renuntiaſſe loco & dignitati. num 14.
Criminoſus nemo præſumitur niſi probetur, num. 15.
An poßit diſpenſare cum ſubdito, qui Ordines ſuſcepit ab excommunicato, ſeu exciſmatico, ſi delictum occultum ſit. numero 16.
Ordinare extra Diœceſim an queat Epiſcopus. num. 17.
Primam tonſuram an extra Diœceſim conferre poßit. num. 18. & 19.
Prima tonſura an diebus feſtibus debeat conferri. num. 20.
Minores Ordines quo die, & vtrùm ſimul. num. 21 & 22. & 23.
Minores Ordines, & Subdiaconatum vtrùm vno die conferre poßit Epiſcopus. num. 24.
Epiſcopus interſtitia non ſeruans ordinans ſubditum, vtrùm aliquam pœnam ipſe, ſeu ordinatus incurrat. num. 25.
Maiores Ordines an quolibet tempore conferre poßint Epiſcopi, & quid Papa poßit facere. num. 26.
Maiores Ordines conferre an poßit Epiſcopus, non ſeruatis interſtitiis. num. 27.
Religioſi è ſanctiſsima Societate Ieſu ſuper hoc priuilegiati. num. 28.
Ordinatus à Papa, an poſsit ordinari ab Epiſcopo. num. 29.
Epiſcopus inuitatus ad Ordines celebrandos in Diœceſi aliena, an poſsit ibi ordinare ſuos ſubditos, & etiam alienos literas dimiſſorias ſuorum Prælatorum portantes, ſine noua licentia Ordinarij, ſeu Capituli à quo inuitatus. num. 30.
Explanatur locus Concilij in c. vltim. ſeſſ. 6. de reformat. & ibi contra Barboſam, & Mirandam, ac alios inſurgit author. num. 31.
Familiarem triennalem an ordinare poſsit Epiſcopus, & quid ſi cœpit triennium antequam crearetur Epiſcopus. num. 32.
An locum habeat in prima tonſura. num. 33.
An cum eo poſsit diſpenſare in interſtitiis. num. 34. & 35.
Pro neceſsitate Eccleſiæ an poſsit ordinare familiarem triennalem ad titulum patrimonij. num. 36.
An incurrat aliquam ſuſpenſionem ſi eum ordinet ſine neceſsitate. num. 37.
An diſpenſare poſsit cum familiari triennali ſuper interſtitiis ſi primam tonſuram non habet. num. 38.
Literas dimiſſorias an concedere poſsit familiari triennali. numero 39.
Epiſcopus titularis an familiarem triẽnalem ordinare poſsit, ſi beneficium habet ad ei conferendum.

*rendum.* num 40
*Pontificalia an poſſit exercere Epiſcopus titularis, vbicumque, ſine Papæ licentia.* num. 41.
*Epiſcopus quos ordinare valeat.* num. 42.
*Quis dicatur Epiſcopus originis.* num. 43.
*Epiſcopus in cuius Diœceſi natus eſt Pater ordinandi, an dicatur proprius Epiſcopus ratione originis.* num. 44.
*Filius an ſequatur domicilium matris, & in quo caſu.* num. 45.
*Natus in mari cuius domicilium ſequatur.* num. 46.
*Ordinatus ab Epiſcopo originis ad titulum patrimonij, an ordinari poſſit ab Epiſcopo domicilij.* num. 47.
*Dum ſubditos ordinat an exigere poſſit ab eis votum expreſſum continentiæ.* num. 48.
*Tenetur requirere an titulum habeant qui accedunt ad Ordines ſuſcipiendos.* num. 49.
*Ad minores an requiratur titulus.* num. 50.
*Quid ad maiores.* num. 51.
*Religioſi è Societate Ieſu vtrùm ordinari poſſint ſine titulo.* num. 52.
*Qui profeſſos ſe eſſe finxerūt nō debent ali ab Epiſcopo ordinante.* num. 53.
*Ad titulum bonorum mobilium an ordinare poſſit.* num. 54.
*Ad titulum cenſus redimibilis an ordinare poſſit.* num. 55.
*An ad titulum ſeminarij.* num. 56.
*An ad titulum donationis.* numero 57.
*An ad titulum penſionis.* num. 58.
*An ad titulum patrimonij.* numero 59.
*Vtrùm requiratur quòd habeat titulum ordinandus, in Diœceſi proprij Epiſcopi à quo ordinatur, vel in alia.* num 60.
*An ordinari poſſit ab Epiſcopo in cuius Diœceſi bona habet, ſi alia de cauſa ei non ſubeſt.* num 61.
*An ad titulum hæreditatis paternæ ordinare valeat Epiſcopus.* num. 62. & 63.
*Concordantur Doctorum opiniones.* num. 64.
*Ad titulum beneficij cuius poſſeſsio non eſt ſecura, vtrùm ordinare poſſit.* num. 65.
*An ordinare poſſit graduatum in iure Canonico, aut in Theologia.* num. 66.
*Epiſcopus qui ordinauit in Presbyterum eum qui antea fuit ordinatus ab alio ſine titulo, an teneatur eum alere.* num. 67.
*An Epiſcopus teneatur alere quem anteceſſor ſine titulo ordinauit.* num. 68.
*Quid ſi Epiſcopus ordinator viuit.* num. 69.
*Ordinans in aliena Diœceſi, de commiſsione eius Epiſcopi ordinans aliquos ſine titulo, an eos alere teneatur.* num 70.
*Ordinans ſubditos alienos virtute dimiſsioriarum, an cum eis poſſit diſpenſare in interſtitiis ac*

*delictis*.num.71.

*An poſſit eos examinare,licèt examinatos à proprio* Epiſcopo *conſtet*.num.72.

*Examinare poteſt Regulares,etiam ſi examinati mittantur à ſuis* Præ*latis*.num.73.

*Regulares ſi ordinantur ab alio Epiſcopo, quàm ab illo vbi degunt, an habere debeant literas dimiſſorias*.num.74.

*Epiſcopus occultum criminoſum ordinans an videatur cum eo tacitè diſpenſare*.num.75.

*Habentes dimiſſorias ad hoc vt ordinari poſsint à quocumque Epiſcopo,quam clauſulam inſeri petere tenentur*.num.76.

*Abbates ſuis ſubditis dimiſſorias an concedere valeant*. num.77.

*Ordinare ſubditos ſæculares an poſſint Abbates, & quo iure ordinent ſubditos regulares*.n 78.

*An poſſint conſecrare calices, & aras*.num.79.*&*80.

*Concedens Papa Abbatibus ius vtendi mitra, & aliis indumentis* Pontificalibus, *an videatur etiam concedere quòd poſſint exercere iura Epiſcopalia*.num.81.

*Mitra, & alia inſignia* Pontifica*lia,ſunt quædam nuda demonſtratio, quæ habent ſuum ſignificatum* num 82.

*Iura Epiſcopalia plura*.num.83.

*Antiquitùs Abbates non poterant benedicere indumenta, neque calices, aut altaria conſecrare*. num.84.

*Quàm plurima referuntur* Pontifi*cum priuilegia, Ordini Diu Benedicti conceſſa*.num.85.

*Dicere habeo priuilegium,& priuilegium non oſtendere inane eſt*. num.86.

*An ad eius probationem admittantur teſtes*.num.87.

*Ad iuriſdictionem Epiſcopi ſpectantia an præſcriptibilia*. n.88.

*Iura Epiſcopalia an præſcriptibilia*. num.89.

*Vnctio altaris,& calicis,an ordinis Epiſcopalis ſit*.num.90.

*Monaſterij Caſinenſis vbi ſanctiſſimi Benedicti Religioſorum* Patriarcha *ac Pater, lumen Eccleſiæ & ornamentum ſingulare, corpus requieſcit,& etiam ſuæ dilectiſsimæ ſororis priuilegium refertur* num.91.

*Abbas Ciſticenſis & alij quatuor Abbates habent priuilegium conſecrandi aras, & calices*. num.92.

*Prouinciales ac Presbyteri Societatis Ieſu in remotis partibus infidelium exiſtentes,poſſunt calices,& aras conſecrare,etiam pro vſu alieno*.num.93.

*Dimiſſoriæ an expirent mortuo concedente,ſeu translato*. num. 94.*&* 95.

*Archiepiſcopus dum viſitat Suffraganeorũ Diœceſes an dimiſſorias concedere poſsit*.num.96.

*Vicarius generalis literas dimiſſorias concedere an valeat,virtute Generalis cõceſsionis,an requiratur expreſſa licentia*. num.97.

DE

# DE ORDINATIONIBVS.

## CAPVT QVINTVM.

1 EPiscopvs iure diuino eſt vnicus ſacramenti Ordinis Miniſter, *c. 1. cum gloſſ. de ordinatis ab Epiſcopo qui renunt. Epiſcopat.* Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ. 23. cap. 4. & 7.* Diuus Thomas 2.2. *in addit. ad lib. 3. ſuper 3. ſentent. quæſt. 38. art. 1.* Tararetus *in 4. ſentent. diſtinct. 24. quæſt. vnic. col. 4.* Soto *in 4. ſentent. diſt. 25. q. 1. art. 1. col. 4.* Petrus Soto *in lection. de inſtitut. Sacerdot. lect. 5. de ſacram. Ordinis, §. quod igitur.* Hoſtienſis *in ſumm. de temporibus ordination. §. & à quo.* Stunica *vera religione, lib. 3. cap. 27. col. 3.* Henriquez *lib. 10. cap. 11. in princ.* Coninck *de ſacram. diſp. 20. dub. 9. num. 75.* Nauarr. *conſil. 4. de priuilegiis, num. 4.* Victoria *in relectionibus de poteſt. Eccleſiæ relect. 2. propoſitione 3. num. 16. & in Summ. 5. de ſacrament. Ordinis, num. 215.* Fornarius *in addit. ad lib. 6. Toleti cap. 5. in pr.* Bonacina *de ſacram. diſput. 8. quæſt. vnic. punct. 4. propoſit. vnica, num. 1.* Viualdus *de ſacrament. Ordinis, n. 17.* Petrus Gregorius *ſyntagmatum p. 2. cap. 9. lib. 16. num. 1.* Nauarr. *in Manuali cap. 22. num. 18.* Anguianus *de legibus lib. 2. controuerſ. 1. num. 70.* Barboſa *in paſtorali, part. 2. alleg. 3. num. 2.*

2 Epiſcopus degradatus, ſuſpenſus, excommunicatus, hæreticus, aut ſimoniacus, & qui loco & dignitati renuntiauit, licèt tam ipſe quàm recipientes grauiter peccent, verè Ordines confert, & ordinati verè Ordines recipiunt; ſed non adminiſtrationem neque earum exercitium: (quidquid dicat Ricardus à Media villa citatus à Tatareto infrà allegando) Abbas *in c. à nobis de ſacrament. non iterand.* Tataretus *in 4. ſentent. diſt. 25. quæſt. 1. col. 2.* Soto *in 4. ſuprà* Petrus Soto *ſuprà.* Petrus Gregorius, Coninck, Fornarius, Hoſtienſis, Viualdus, Bonacina, Barboſa, & Victoria *in d. relectione, & in ſumm. num. 216.* Toletus *lib. 1. cap. 50. num. 4.* Sylueſter *verbo degradatio, num. 9. & verbo ordo. 3. num. 6.* Valentia ad Diuum Thomam *diſp. 9. quæſt. 3. part. 1. verſ. penultim. tom. 4.* Rodeanus *de ſimonia part. 2. cap. 23. num 21.* Leo *in theſauro part. 3. cap. 8. num. 37.* Riccius *in praxi, in additione ad deciſionem 318 in fine.* Angelus *verbo ordo 2. num. 3.* Hieronymus de Leyua *in examine Epiſcopor. lib. 1. cap. 12. num. 27.* Antonius Ragucius *in lucerna Parochorum, tit. de ſacram. Ordinis quæſitum 18.*

Et ſic ordinati non ſunt diſpen- 3
ſabiles ab alio quàm à Papa. *cap. 1. & 2. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui.*

Si verò Epiſcopi delictum, aut 4
crimen ita occultum ſit, & recipientes ignorantes ad eum accedant, verè Ordines ſuſcipiunt, & executionem ad omnes actus ſpirituales. Gutierrez *canonic. lib. 1. cap. 1. num. 81. & 89.* Maſcardus *de probationibus concluſ. 649. num. 45.* Soto *in 4. diſt. 25. quæſt. 1.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. diſp. 22. num. 35.* Couarru-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nias *in c. alma Mater*, *part.* 1. §.6. *num.* 7. multos refert Barboſa poſt hæc ſcripta viſus *in paſtorali,part.* 3. *allegat.*3.*num.*17.

5 Tantum poteſt Epiſcopus quoad ea quæ ſunt de conſecrationis vel Ordinis efficacia, quantum Papa. Gloſſ. *in extrauag.* 1. *ne ſede vacant. verbo Coëpiſcoporum*, *in princ. gloſſ.*1. Soto *in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.*2.*art.*4.*col.*3. *in princ.*

6 Quòd Papa non poſſit ſimplici Sacerdoti committere collationem Ordinum maiorũ. Diuus Thomas *in addit. ad librum* 3. *ſuper* 3.*ſentent. quæſt.*38.*art.*1.*num.*50. Soto *in* 4.*diſt.* 25.*quæſt.*1.*art.*1.*col.*6. Sylueſter *verbo Ordo* 3. *num.* 7. Fornar. *in addit. ad lib.* 6. Toleti *de inſt. Sacerd. cap.* 5. Bonacina *de ſacram. diſput.* 8. *quæſt. vnic. part.* 4. *propoſit. vnic. num.* 3. Coninck *de ſacram. diſp.* 20. *dub.*9. *num.* 86. Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.*10.*num.*10. *lib.*1. Barboſa *in paſtor.p.*2.*alleg.*3.*n.*4.

7 Contrarium, nempe poſſe tam maiores quàm minores committere ſimplici Sacerdoti vt conferat, Anguianus tenet, *de legibus lib.* 2. *controu.*1.*num.*10.Abbas *in c. quanto, de conſuetudine,num.*9.Gloſſ.*in c. manus,de conſecr.diſt.*9.

8 Et quòd Subdiaconatum poſſit conferre Presbyter de licentia Papæ, non verò Diaconatum aut Presbyteratum. Gloſſ. *in c. peruenit.* 95.*diſt.*Victor.*in ſumm.num.*216.§.*de Sacram. Ordinis.* Viualdus *in candelabro*, *tit.de ſacram.Ordinis*,§.*de Miniſtro,n.*8.*&* 17.

Sed Victorias vbi proximè inquit, quòd Peludanus,Diuus Thomas & Ioannes Maior teſtantur, nullo modo poſſe Papam hoc concedere, & quòd ſecurius eſſet ab alio Subdiaconatum ſuſcipere, quàm à tali Presbytero ſuper hoc priuilegiato.

Quòd non poſſit Papa concedere ſimplici Sacerdoti conſecrare Epiſcopum.Coninck *de ſacram. diſp.* 20.*num.*86. *dub.*9. & inſinuat gloſſ. *in c.manus*, *de conſecrat.diſt.*5.quatenus verbo irritum affirmat, non poſſe aliquem etiam ex Papæ diſpenſatione conferre ordinem quem non habet.Argumento *l.nemo poteſt. ff.de reg.iuris,l.traditio* 20.*ff.de acquirend.rerum dominio. c. nemo poteſt.*79. *de regulis iuris lib.* 6. *c. Daibertum* 1. *quæſt.*7. ibi, quòd Nezelon, quem conſtat ab hæreticis ordinatum,qui nihil habuit, nihil dare potuit.Sed ſimplex Sacerdos qui non habet Epiſcopalem ordinem, quomodo Epiſcopalem ordinem dare poterit? 8

At verò ex commiſſione Papæ poſſe Presbyterum minores Ordines conferre, vt vidimus in Abbatibus, qui minores Ordines conferunt, ſi ius mitræ & baculi habent. Syluester, Fornar. Couarruuias, Bonacina, Anguian.& Victor. *ſuprà.*Diuus Thom.*in addit.ad lib.*3. *ſuper* 3.*ſentent.quæſt.*38.*art.*1. Valentia ad Diuum Thomam *diſp.* 9. *q.*2. *part.*1. Bellarmin. *de clericis, lib.*1. *cap.*27. 8

Et etiam exemplum eſt dominis Cardinalibus S.R.E. nam licèt Epiſcopi non ſint, minores Ordines conferunt, & vtuntur Pontificalibus indumentis, & populum ſolemniter benedicunt. Geminianus *in c. Abbates, de priuileg.lib.*6.*num.*4. Abbas *in c.clerici, de vita & honeſtate clericorum*, *num* 6. Felinus *in c. inter monaſterium,de ſentent.& re iudicata, num.*2.Deciſiones Rotæ *in nouiſſim. diuerſor.auditor.deciſ.*731.*num* 10. *p.*1. *fol.*456. Lancellottus *in templo lib.*2. *cap.*2.*de Cardinal.*§.*de excellentia*, *& potentia Cardinal.num.*17.Cardinalis Tuſchus *liter. C*, *concluſ.* 100.*n* 50. 9

Zerola

Zerola *in praxi, verbo Cardinalis, part.1.num.7.* D.Thomas *in lib.3. ſuper 3. ſentent. quæſt. 38. art.1. num.50.* Soto *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 1. art.1. col.*Petrus Soto *in lectionibus lect.3.§. quod igitur.*Syluester, Fornar. Bonacina, Victor,& Barboſa.

10 Epiſcopus nequit concedere Presbytero poteſtatem conferendi minores Ordines. Gloſſ. *in c. peruenit. 95. diſt.* Angelus *verbo Epiſcopus, num.4.* Armilla *eodem verbo num.11.* Soto, Fornarius, Bonacina & Victoria.

11 Epiſcopus qui loco & dignitati renunciauit, minores Ordines conferre poterit illis, qui cum literis dimiſſoriis ſuorum Epiſcoporum venerint. *c.1.de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunt.* & ibi Abbas, Hoſtienſis *in ſumm. verſ.quid iuris,eodem titulo.* Borgaſius *eodem titulo, part.6.num.2.* Hieronymus Venero *lib. 1. cap. 12. num.14.in examin.Epiſcopor.*

12 Si verò loco tantùm renunciauit, ab alio Epiſcopo rogatus minores, & ſacros Ordines, ſicut antea conferre poterit.*dicto cap.1.* & ibi Scribentes. Cardinal. Toletus *in ſumm. lib.1. cap.71. num.6.* Armilla *verbo Ordo,num.18.*Syluester *3.num.5.*Borgaſius, Leyua *ſupra.* Ragucius *in lucerna parochorum, titulo de ſacram. Ordinis, quæſt.* 18. Lancellottus *in templo, lib.2.cap.5. ſumm.de potentia Epiſcopi in ſpiritualibus, num. 22.* Barboſa *in paſtor.part.3. allegat.113. num.1.*

13 Sed ſi dubitas quomodo cognoſci poſſit qui renunciauit loco, & dignitati, & ille qui renuntiauit loco tantùm. Reſpondeo,quòd ille dicitur renunciare loco tantùm,qui ideò renuntiat, quia ſolitariè viuere vult, ſine magnis Epiſcopatus curis, vel ob ægritudines, vel quia vocatur ad præſidentiam, ſeu ad aliud officium, vel propter alias cauſas his ſimiles. Si verò propter delictum renuntiat, eo quòd de crimine accuſatus & conuictus priuatur Epiſcopatu, ſeu ipſe propter ingnauiam, & inſufficientiam renunciat, tunc conceditur renuntiare loco & dignitati, ita Panormitan. *in cap.1. num. 8. de ordinat.ab Epiſcop.qui renunciauit.* & Hoſtienſis *in ſumm. eodem tit. §. quid iuris verſ. ſed quid ſimpliciter.* Gratian.*diſceptat. cap.191.num.50.*Maiolus *de irregular. lib.3.cap.6. num. 6.* Barboſa *in paſtor. part.3.alleg.113.n.1.*

14 Et quando dubitatur an renunciauit loco & dignitati, ſeu loco tantùm, in dubio tenendum eſt renunciaſſe loco tantùm, non dignitati. Gratianus *num.50. vſque ad 57.* Quia, vt diximus, qui renunciat loco & dignitati, ideò renunciat, quia aut criminoſus, aut inſuffi-
15 ciens totaliter eſt: ſed inſufficiens & criminoſus nemo præſumitur, niſi probetur. Argumento textus *in c.ex parte, de ſcrutinio in ordi.faciend. c.cum in iuuentute.c dudum,de præſumptionibus.* & ibi Baldus *c.ſi quid. 86. diſt.c.in cunctis 11. quæſt.3.c.Innocens, cum gloſſ. verbo, iudicat. 22. quæſt.5.c. ſunt nonnulli 46. diſt. c. eſtote de regulis iuris in decretalibus. c. nullum ante. 30.quæſt. 5. c. Deus omnipotens.* & ibi Gloſſ.*verbo præſumat 2.quæſt.1.l.ſeruos 20.l.teſtamento.l.Thais 41.§.ſorore ſua. ff.de fideicommiſſar. libertatibus. l. cum pater 77.§.rogo ff.de legatis.2.*

Epiſcopus qui ob ignorantiam renuntiauit loco, & dignitati, & poſtea operam literis dedit, poteſt iterum eligi, & poſtulari: neque ideò repelletur quia fuit inſufficiens; nam ſtudio & diligentia illud amouit impedimentum. Vincentius de Anna *conſil. ſeu allegat. 123.num.1.*

Poteſt

16 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum eo, qui Ordines ab Epiſcopo, qui loco & dignitati renuntiauerat, vel ab excommunicato, aut ſimoniaco ſuſcepit, ſi delictum occultum eſt: aliter verò minimè. Vgolinus *de offic. Epiſcop. cap.* 57. §. 2. *num.* 4. *verſ. quinto.*

17 Epiſcopus extra Diœceſim Pontificalia exercere nequit, & ordinare etiam ſubditos, ſine licentia ordinarij illius loci. Neque in propria Diœceſi exiſtens poteſt ordinare, niſi ſibi ſubditos, aut literas dimiſſorias habentes: & ſi contra fecerit à collatione talium Ordinum per annum erit ſuſpenſus, ita vt ſi Diaconatum conferat, à collatione Diaconatus ſuſpenditur; & ordinati ab executione Ordinum ſuſceptorum etiam ſuſpenduntur. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *& de reformat. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. Nauarr. *in Manuali cap.* 2. *num.* 18. *& conſ.* 41. *num.* 3. *de tem. ordinat.* Henriquez *in ſumm part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 3. §. 2. Gutierrez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 26. Marius *de cenſuris tom.* 2. *diſput.* 16. *de ſuſpenſione cap.* 1. *verſ.* 3. *infertur.* Coninck *de ſacrament. diſput.* 20. *dub.* 9. *num.* 93. Candelab. aut. *titulo de ſacrament. Ordinis.* §. *de tempore, num.* 38. Fornar. *in addit ad Toletum, cap.* 5. Riccius *in praxi deciſ.* 297. *num.* 1. *&* 2. Bonacina *de ſacram. quæſt. vnic. punct.* 4. *diſput.* 8. *propoſ. vnic. num.* 7. Toletus *lib.* 1. *cap.* 49. *n.* 1. Leo *in theſauro, part.* 1. *cap.* 4. *num.* 23. Petrus Gregorius *ſyntagmat. lib.* 16. *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 3. Anguianus *de legibus lib.* 2. *centur.* 1. *num.* 71. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 6. *num.* 10. *& part* 3. *alleg.* 111. *num.* 13. *& part.* 2. *alleg.* 8. *num.* 2.

18 Extra Diœceſim verò poteſt Epiſcopus ſine licentia ordinarij propriis ſubditis primam tonſuram conferre. Riccius *deciſ.* 380. *num.* 3. *& deciſ.* 706. *num.* 8. Rebuffus *in prax. benefic. regul. de clericis à quibus & quomodo creentur. num.* 12. Bonacina *de ſacram. diſp.* 3. *quæſt. vnic. punct.* 2. *pr.* 2. *num.* 13. Couarruuias *var. lib.* 3. *cap.* 20. *num* 9.

Contrarium, nempe, non poſſe ſine licentia ordinarij, defendit Barboſa *in paſtorali. part.* 2. *alleg.* 6. *n.* 15. *& alleg.* 30. *num.* 16. 19

Prima tonſura quolibet die etiam non feſtiuo conferri poteſt. Riccius & Couarruuias, atque Rebuffus. Emanuel Sa *verbo ordo, num.* 13. 20

Minores ordines quolibet die feſtiuo ſimul conferre poterit. Nauarrus *in Manuali cap.* 25 *num.* 71. Angelus *verbo* 6. *num.* 2. Syluester *d. num.* 2. & Sa *num.* 13. 21

Sed hoc procedit ſi conſuetudo adeſt omnes ſimul vno die conferendi, aliter ſeruanda ſunt interſtitia, ſufficit enim quòd ſint vnius diei feſtiui ad alium feſtiuum proximum. Syluester *d. num.* 7. Barboſa *part* 2. *alleg.* 11. *num.* 15. vbi citat Campanum *diuer. iur. canonici. rubr.* 6. *cap.* 2. *num.* 20. 22

Sed hoc numquam obſeruare vidi, ſed ſimul omnes vno die conferre, neque ideò incurret ſuſpenſionem, vel aliam pœnam. Auila *de cenſuris, part.* 7. *diſput.* 9. *ſect.* 1. *dubit.* 4. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 19. *punct.* 3. Bonacina *de cenſuris diſp.* 7. *quæſt.* 3 *punct.* 4. *num.* 3. Barboſa *num.* 16. 23

Et etiamſi conſuetudo adeſt, poteſt omnes minores Ordines, & etiam Subdiaconatum vno die conferre. Emanuel Sa *verbo ordo, n.* 17. Angelus *eodem verbo* 6. *n.* 2 Syluester 2. *num.* 7. Nauarr. *in Manual. c.* 25. *n.* 71. Auguſtin. Barboſa *in remiſſ. ad c.* 11. *Concilij Trid. ſeſſ.* 23. *n.* 1. *fol. mihi* 68. 24

Contra

Contrariũ tenet Venero à Leyua *in examine Epiſcoporum lib.1. cap. 18. num.13.* cum aliis.

25 Ordinans proprium ſubditum licet interſtitia non ſeruet, nullam pœnam incurrit: neque ordinatus ſuſpenditur, quia cenſetur cum eo tacitè diſpenſaſſe. Nauarrus *conſ.4. de tempor. ordinat.* Riccius *in praxi, reſolut.483. num. 7.* Bonacina *de Sacramentis, diſput.8. quæſt. vnica, part. 5. num. 35. & de cenſuris diſp.3. quæſt.6. punct.5. num.7.* Barboſa *part. 2. alleg. 18. num.11.*

26 Debet Epiſcopus Ordines ſacros in diebus ſibi ad hoc deputatis concedere: Papa autem omni tempore. *c. Subdiaconos 1. c. ſanè 2. c. de eo. c. cum quidam, de temporibus ordin.* & ibi Hoſtienſis & Panormitan. Concilium Trident. *de reform. ſeſſ. 23. c.8.* Angelus *verbo ordo 4. n. 1.* Syluester *2. num.6.* Emanuel Sa *num. 13.* Facit textus *in l.5. tit.5. part.1.* Viualdus *in candelabr. titulo de ſacram. Ordin. tit.15. §. de tempore, num.35.* Bonacina *de ſacram. diſp. 8. punct.6. n.1.* Lancellott. *in templo lib.2. c.1. §.4. n.9. fol.134.*

27 Non debet Epiſcopus vno die, vel duobus diebus ieiunij continuatis duos Ordines ſacros conferre: nam licèt dixerimus non incurrere ſuſpenſionem, non ſeruans interſtitia, intelligitur non ſeruando per totum tempus requiſitum à iure, hoc eſt, diſpenſando in parte temporis aliàs requiſiti: non verò totaliter contra ordinationem Eccleſiæ, conferens vno die, aut duobus ieiunij continuatis; nam in hoc caſu ſuſpenſionem incurret, donec abſolutionem à Pontifice obtineat. *c. literas. c. dilectus. de temporibus ordin.* & ibi Panormitan. Angelus, Syluester, & Nauarrus. Leo *in theſauro part.1. cap.4. n.25.* Andreas Gambarus *de offic. Legati, lib.2. n.164. fol.141.* Marius *de cenſuris, diſp.16. de ſuſpenſion. c.1. verſ.3. infertur.* Barboſa *p.3. alleg. 111. n.12.*

Religioſi è Societate Ieſu interſtitiis non ſeruatis, & extra tempora à iure ſtatuta in tribus diebus Dominicis, & etiam feſtiuis, ac continuis ordinari poſſunt, ſine aliquo literaturæ, ſeu cæremoniarũ, vel officiorum examine, ex priuilegio Gregorij XIII. Eman. Rodrig. *quæſt. reg. tom.1. q.18. art.6. per totam.* 28

Nequit Epiſcopus illum ordinare, qui Diaconatum, aut Subdiaconatum ſuſcepit à Papa, ſine eius expreſſa licentia. *c. filium 1. q.1. c. in diſtribuendis.* & ibi Panorm. & Doctores *de tempor. ordin. l.1. tit.5. p.1.* & ibi Lopez, Angelus, *verbo ordo 3. n.20.* Gambarus *de poteſt. Legati de latere. lib.2. num.267.* 29

Epiſcopus ab alio Epiſcopo, aut à Capitulo, ſede vacante, poſt annum inuitatus ad Ordines celebrandos generales, poterit ordinare ibi clericos ſibi ſubditos, & etiam aliarum Diœceſium, ſi literas dimiſſorias habeant: neque ad hoc requirere tenetur aliam licentiam Capituli, aut Epiſcopi vbi celebrat, ſed ſufficit generalis quã habet. Nauarr. *cõſ.44. de temp. ordin. n. 5. & 6.* Tolet. *lib.1. cap.49. n.2.* Fornar. *in addit. ad Toletũ, cap.5.* Exam. Epiſcopor. *l.1. c.12. n.52.* 30

Sed in contrarium inſurgunt Miranda *in Manuali Prælator. tom.1. quæſt.38. art.3. concl. vnica.* & Barboſa *in paſtorali, allegat.4. part.2. num.64.* vbi dicunt requirere Concilium Tridentinum *in c. final. de reformat. ſeſſ. 6.* quòd Epiſcopus qui ordinat non admittat niſi perſonas eidem Ordinario loci ſubiectas, vel alienas, dummodò literas dimiſſorias habeant, & eas præſentent coram ordinario, in cuius Diœceſi Pontificalia exercet. 31



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod intellige verum,ſi Epiſcopus aut Capitulum à quo inuitatus celebrat,id expreſſiſſet : aliter verò minimè;nam textus *in c.vltim.de reformat. ſeſſ.* 6. loquitur de Epiſcopo qui ordinat in aliena Diœceſi, ratione priuilegij ſibi dati à Papa ad conferẽdos Ordines in aliena Diœceſi,nã tunc ſine licentia ordinarij, & niſi clericos illi ordinatio ſubiectos initiare nõ poterit, ita ſentit Nauarrus vbi proximè. At verò quando inuitatus celebrat,& generaliter ſibi conceditur licentia celebrandi, in quo præiudicat inuitanti, ſi ſibi ſubditos, vel alienos cum dimiſſoriis ordinet?Concilium enim tantùm tollit ne exerceantur Pontificalia ſine licentia ordinarij, hic ergo interuenit & etiã exercetur in perſonas eidem ordinario ſubiectas:ſed quia licẽtia generalis eſt, non tam ſtrictè accipienda eſt quòd hoc denegatum cenſeatur:nã inuitatus accedit,& ad commodum inuitantis, & ſic quid mirum ſi alia ad commodum inuitati permittantur,nam ſuperfluum ac verecundum eſſet, ſi ipſe teneretur petere licentiam ad ordinãdos ſubditos,in quo quæ ſua erant diceretur quærere,& non Epiſcopi inuitantis. Facit etiã, quia ſi Epiſcopus ſe offerret ad celebrandum,&ad hoc ibi peteret licẽtiã,ſtrictè cõceſſio intelligi poterat, non verò quando rogatus,quia tunc largè & amplè debet intelligi.

32 Poteſt Epiſcopus familiarẽ ordinare,qui ſecum per triennium commoratus eſt,licèt inſeruire cœpiſſet antequam ipſe crearetur Epiſcopus, dummodò præſens ſemper inſeruiret,excepta parua abſentia : nam ſi abſens ſumptibus vixerit Epiſcopi, non gaudebit hoc priuilegio. Vltra familiaritatem & trienniũ requiritur,quòd beneficium ſtatim,quacũque fraude ceſſãte reipſa ei cõferat, non antea,ſed in ipſo actu dũ ordinat,ita vt ordinatio concurrat cum actu collationis:ita Cõgregatio declarauit anno de 1581.vt habetur in Deciſionib.Rotæ *in nouiſſimis diuerſorum audit.p.1.deciſ.771.n.3.& n.15. fol.mihi* 456.Concil. Trid.*c.9 de refor. ſeſſ.23.*& ibi ſacræ Cardinalium cõgregationis declaratio. Barboſa ibi latè in remiſſionibus ad ipsũ locũ. Eman.Rodrig.*tom.4.c.62.n.6. fol.113.* Vgolin.*de off. Epiſcopi,cap.26.n.6.§.4* Cenedo *pract.& canonic.quæſt. lib.1. q.38.n.30.*Narbona *in l.35.gloſſ.1.tit.3. lib.1.recopil.n.28.*Riccius *in praxi,deciſ.307.n.1.& deciſ.310.* Sanchez *de matrim.lib.8.diſp.1. n.25.* Nauarr. *in Manuali c.22.n.18.& conſ. 12. & 13. de tempor.ordin.* Nicolaus Garcia *de beneficiis p.2.c.5.n.83.* Barboſa *in paſtor.p.2.alleg.5.n.1.vſque ad* 8. Ragucius *in lucerna parochorũ.tit.de ſacrament.Ordin.q.18.*Examen Epiſcopor. *lib.1. cap. 11. num. 38.* Fornarius *in addit.ad Toletum cap.5.in fine.*

Quod requiritur tam ad conferendam primam tonſuram, quàm maiores Ordines, vt ſuprà relati affirmant. 33

Quòd poſſit Epiſcopus diſpenſare cum familiari triennali quando eum ordinat,& beneficium confert, in interſtitiis,& in omni irregularitate tenẽt Sanchez & Fornar.*ſuprà.* 34

Contrarium, nempe non poſſe diſpenſare,affirmant Nicolaus Garcia,Vgolinus, Narbona,Cenedo,& Barboſa, Riccius *deciſ. 266. in fine.* Sayrus *deciſ.28.& 29. tit.de temporib. ordination.*Zerola *in praxi,verbo Epiſcopus, part. 2. num. 6. & verbo ordo, part.2.num.6.* 35

Sed ſi neceſſitas adeſt poſſe Epiſcopum ordinare familiarem triennalem,licèt beneficium non conferat,ad titulum penſionis,vel patrimonij, 36

monij, & eum adſcribere Eccleſiæ pro cuius neceſſitate ordinatur. Garcia, Barboſa, Sanchez & Fornarius *ſuprà*. Et quòd ſic declarauit ſacra Congregatio Cardinalium dicit Garcia *vbi ſuprà.* vbi ponit tres declarationes. Marcus Antonius Genuenſis, *c.*81.*n.*3. Pariſius *de reſignat.*
37 *lib.*4.*q.*2.*n.*91. Et quòd licet eum ordinans ſine neceſſitate Eccleſiæ, neque ſuſpenſionem, aut aliam pœnã incurrat. Garcia *d.c.*5.*p.*2.*tom.*2.*n.*89. *&* 90*& in n.*88. alios citans aſſerit, poſſe diſpenſare cum familiari triẽnali in interſtitiis, & illegitimitate, ſi beneficium habet ad ei conferendum: Nam tunc vtpote cum ſubdito etiamſi triennalis non ſit.

38 Quod intelligo procedere in familiari, qui primam tonſuram haberet, non in non tonſurato; quia ad hoc vt eum ordinet, in ipſo actu debet beneficium conferre; ſed ſi illegitimus, aut alia de cauſa impeditus eſt, neque beneficium, neque Ordinem, donec diſpenſetur ſuſcipere poteſt Diſpenſare verò ipſe Epiſcopus non poteſt cum eo, quia nondum beneficium habet, & ideò non ſubditur. Igitur.

39 Poteſt Epiſcopus in caſu quo familiatem triennalem ordinare valet, iuxta Concibj decretum, concedere dimiſſorias ad Ordines ab alio Epiſcopo ſuſcipiendos, ſi ipſe infirmitate aut alia neceſſitate impeditus eſt. Vgolinus *de off. Epiſcopi, c.*26. §.4°. Nauarr. *conſ.*12. *de temporibus ordinat.* Campanil. *in diuerſis iuris canonici rubric.*9.*cap.*9.*num.*6. Barboſa *in paſtorali part.*2.*alleg.*5.*num.*15.

40 Epiſcopus titularis familiarem ſuum ordinare nequit ratione ſeruitij triennalis, licèt titulum haberet patrimonij, penſionis, aut beneficij: quia Diœceſim non habet in qua familiaris domiciliarius effici valeat; cùm neque ipſe titularis in proprio domicilio eſſe dicatur. Quamuis priuilegium haberet promouendi quoſcumque ad ſe venientes: & licèt in loco exempto, & nullius Diœceſis eſſet, nihilominùs non poteſt, niſi literas dimiſſorias familiaris haberet, aliter enim per annum ab exercitio Pontificalium erit ſuſpenſus, & ordinatus ab executione Ordinum ſuſceptorum, donec ſuo Epiſcopo placuerit, ſuſpendetur. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ.*14. *cap.* 2. Nauarrus *in Manual.cap.*22.*num.*18 Riccius *in praxi ſuprà* Bonacina *de Sacramentis diſp.*8.*quæſt.vnic.punct.*4. *prop. vnic.num.*19. Toletus *lib.*1.*c.*45. *num.*5. & Fornarius ibi. Vgolinus *de off. Epiſcopi, cap.*24.*alias* 26. §. 4.*n.*2. Franciſcus Leo *in theſauro, part.*1. *cap.*4.*num.*24.*& part.*3.*cap.*8.*num.*16. Henriquez *in ſumm.lib.*14.*cap.*17.§.3. *in fine, litera A.* Azor *inſtitutionum moralium part.*2.*lib.*3. *cap.*48. *quæſt.*6. Narbona *in l.*35.*tit.*3.*lib.* 1. *recopilat. gloſſ.*1.*num.*32. Riccius *in praxi, deciſ.* 307. *num.* 2. Barboſa *in paſtorali p.*2. *alleg.*5.*num.*17.*& allegat.*6.*& part.*3. *allegat* 111.*num.*14. *& in remiſſionib. ad cap.*9.*ſeſſ.*23. *Concilij.* Hieronym. Venero *in examine Epiſcop. lib.* 1. *cap.*12.*num.*28.

Et Epiſcopi titulares nullibi poſ- 41
ſunt Pontificalia exercere, niſi de expreſſa Romani Pontificis licentia, & niſi in illa Diœceſi cui datus eſt in Suffraganeum. Congregatio Card. *ſuper cap.*2.*de reformat. ſeſſ.* 14. Leo *in theſauro part.*3.*cap.*8. *num.*17. *&* 18. Riccius *deciſ.*307.

Epiſcopus autem qui Diœceſim 42
habet, poteſt ordinare ſibi ſubditos tripliciter: ratione originis, ex eo quòd ex ſua Diœceſi ſunt oriundi; & ratione beneficij, quia in ſua Diœceſi beneficium habent, vel ra-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tione domicilij, quia ibi animum commorandi habet. *c.nullus,de temporibus ordinat.lib.6.* & Geminianus ibi. Rebuffus *in praxi regula de cleric. à quibus & quomodo creentur,num.* 19. Nauarr.*conſil.* 2.*num.*1. & *conſ.*5.*n.*6. & *conſ.*19. *num.*1. & *conſ.*26. *num.*1. & *conſ.* 39. *num.*1. *de tempor.ordinat.* Henriq.*in ſum.lib.*10. *cap.*24. *num.*1. Quaranta *in ſum.Bullarij verbo Ordo.* Bonacina *de ſacram diſp.* 8. *q. vnic. punct.*4.*n.*8. Syluester *verbo ordo*,3.*n.*3. Coninck *de ſacram.diſp.*20.*num.*93. Fornar.*in addit.ad Toletum c.* 5. *prope finem.* Angel.*verbo Ordo*,2.*n.*1. Ricc. *deciſ.*198 Narbona *in l.*20.*tit.*1.*lib.*4. *recopil.gloſſ.*2.*n.*132. Emanuel Rodrig. *tom.*4 *cap.*62.*aliàs* 61.*num.*12.*fol.*113. Petrus Barboſa *de iudiciis art.*3.*principalis tractatus quæ ſint neceſſaria ad validitatem prorogationis*, *num.* 213. Auguſtinus Barboſa *in paſtor.part.*2. *alleg.*4.*num.*1.

43 Et ille dicitur Epiſcopus originis, in cuius Diœceſi ordinandus natus eſt, non verò Epiſcopus Diœceſis, in qua ordinandi Pater natus. Emanuel Rodriguez *tom.*4. *cap.*61. *aliàs* 62.*num.*12.*fol.*113.

44 Barboſa verò in paſtorali *vbi proximè num.*7.*vſque ad* 15. extendit etiam ad Epiſcopum in cuius Diœceſi natus eſt Pater, & ad hoc allegat gloſſam *in c.nullus,de tempor.ord. lib* 6. ſed meo iudicio nihil probat. Citat etiam Nauarrum & Riccium, *vbi ſuprà num.*4.& ille *conſ.*19.*de temporib.ord.*

45 Filius non ſequitur matris domicilium, niſi ſit vulgò quæſitus, hoc eſt, cuius pater ignoratur: nam tunc matris domicilium ſequitur. Si verò expoſitus fuerit, & eius parentes ignorantur, illius loci vbi expoſitus eſt, cenſetur. Gratianus *diſceptat.*75.*num.*12. Barboſa *ſuprà.*

46 Ordinandus qui in mari natus fuit, ſeu in loco vbi Patres acceſſerunt, ſine animo permanendi, patris domicilium ſequitur. Vgolinus *de off. Epiſcopi,c.*26.§.1. *num.*5. Barboſa *n.*16.*vſque ad* 19.

Epiſcopus non poterit ordinare ſubditum ratione domicilij, ſi priùs ab Epiſcopo originis ad titulum patrimonij ob vtilitatem Eccleſiæ eſſet ordinatus, niſi ſibi conſtet iam illam ceſſaſſe cauſam. Vgolinus *num.* 3. Narbona *in leg.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. in gloſſ.* 2. *num.*132. 47

Epiſcopus dum ſacros Ordines confert, poteſt expreſsè exigere votum continentiæ vt eſt de ſtylo cãcellariæ, & patet ex deciſionibus. Rotę *in nouiſſim.diuerſ.auditor.part.*1. *deciſ.*551.*n.*14.*fol.*346. 48

Tenetur Epiſcopus requirere an ordinandi titulum habeant, nã ſine titulo penſionis, beneficij, aut patrimonij admitti non debent. In caſu verò quòd aliquos ſine titulo ordinauerit, ad eorum ſuſtentationem tenetur, donec habeant vnde viuere poſſint. Gloſſ. *in c. Epiſcopus,de præbendis verbo neceſſaria.* Conc.Trid. *de reform.ſeſſ.*21.*c.*2. Panorm.*in c.vel non eſt,n.*4.*de tempor.ordin.* & *in c.per tuas* 3.*de ſimonia,n.*4.*c.de multa, de præben.* Petrus Greg.*ſyntagm. p.* 2. *l.*16.*c.*11. *n.*1. Vgolin.*de off.Epiſcopi,c.*26. §.15. *n.*1.& *de irregularit.c.*61.*n.*7. Riccius *deciſ.*312. Menochius *de arbitrar.caſu* 169.*n.*14.& *caſu* 560.*n.*10. Decius *in c.Epiſcopus de præbend.* Barboſa *allegat.*20.*num.*3. 49

Ad minores Ordines conferendos non tenetur requirere titulum beneficij, aut patrimonij, vel penſionis. Pariſius *de reſignat.lib.*2. *quæſt.*6. *num.*4. Garcia *de benefic.part.*2.*cap.*5. *num.* 4. Vgolinus *de officio Epiſcopi ſuprà*, & *de irregularitat. cap.*61. *num.*2. Petrus de Ledeſma *in ſum.p.*1. *tract.* 50

*tract. de Sacram. Ordinis. c. 7. ad finem.* Salzedo ad Bernardum Diaz *c.* 18. *num.* 5. *in nouiſſim. edit.* Quintana Dueñas Eccleſiaſticon. *lib.* 3. *num.* 4. *&* 17.

51 Ad maiores verò Ordines præcisè requirere tenetur titulum, ne cogatur alere ex propriis ſumptibus ordinatos: vt Pariſius & Decius *ſuprà*.

Etiam ſi qui ad Ordines accedũt, ſint clerici, Religioſi non profeſſi, more religioſorum viuentes, nam ſi beneficium aut alium titulum non habuiſſent, admitti nullo modo debent ad Ordines ſacros, ſub pæna ſuſpenſionis: & quia cõpelletur ad eos alendos ſi non habent vnde viuere poſſint: & etiam ordinati in ſuſpenſionem incidunt. Concilium Tridentinum *de refor. ſeſſ.* 21. *c.* 2. & ibi Barboſa *in remiſſionib. num.* 3. *fol. mihi* 42. vbi multos citat. & *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 19. *num.* 4. *& alleg.* 20. *num.* 33. *& part.* 3. *alleg.* 111. *num.* 16. Riccius *in praxi deciſ.* 312. *num.* 2. Vgolinus *de offic. Epiſcopi c.* 26. §. 2. *num.* 1. cum ſequentibus.

52 Sed primò fallit in Religioſis illuſtriſſimæ Societatis Ieſu, qui licèt nondum profeſſi, per quartam profectionem abſque titulo promoueri poſſunt ad ſacros Ordines de licentia ſui præpoſiti Generalis: patet ex literis Gregorij XIII. anno 1575. expeditis: referunt Vgolinus *ſuprà* §. 8. *num.* 1. & Garcia *n.* 13. *&* 14. Riccius *deciſ.* 312. *num.* 2. Barboſa *in remiſſ. ſuper d. c.* 2. *de refor. ſeſſ.* 21. *& dic. part.* 2. *alleg.* 19. *&* 21. *& part.* 3. *alleg.* 111. *num.* 16. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 17. §. 3. Pariſius *d. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 19.

53 Fallit ſecundò, quando illos ordinauit quos profeſſos eſſe exiſtimabat, quia per mendacia ſe profeſſos finxerunt: nam tunc neque ſuſpenſionem incurret, neque tenetur eos alere; & idem dico quãdo ordinauit aliquem, qui per fraudem habere titulum finxit. Decius *in d. c. Epiſcopus, de præbend. num.* 25. Nauarr. *conſ.* 14. *num.* 3. *de temporib. ordin.* Pariſius *ſuprà num.* 18.

Ad titulum bonorum mobilium ordinare Epiſcopus poterit, & curare vt quàm primùm commodè poſſit, bona mobilia conuertantur in immobilia. Nauarr. *conſ.* 29. *de tempor. ord. num.* 3. Pariſius *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6, *num.* 15. 54

Poteſt etiam ordinare ad titulũ cenſus etiamſi redimibilis ſit, ſeu ad vitam ordinandi tantùm: non tamen ſi ad vitam alterius, quo mortuo finiretur & reditus cenſus. Plures citat Garcia *de beneficijs, part.* 2. *tom.* 1. *c.* 5. *num.* 95. 55

Et ad titulum ſeminarij cauſa inſeruiendi beneficio ſeminario vnito: ita Congregatio declarauit. Pariſius *de reſignatione lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 32. Garcia *d. c.* 5. *num.* 104. Salzedo ad Bernardum Diaz *c.* 10. *num.* 9. Zerola *verbo ſeminarium, part.* 1. §. 6. Lelius Zecchus *c. de clericis, num.* 7. *verſ.* 84. Marcus Antonius Genuenſis *in praxi Archiepiſ. Neapol. c.* 82. *num.* 2. Barboſa *in remiſſionib. ad c.* 2. *ſeſſ.* 21. *de refor. num.* 9. *fol. mihi* 42. 56

Et ad titulum donationis, dummodò realiter vera ſit, non ficta, aut reuocabilis, quam alienare nullo modo poterit, donec aliunde viuere habeat: ita Congregatio Cardinalium, Lelius Zecchus *de republica Eccleſiaſtica c. de clericis, num.* 7. *verſ.* 84. Garcia *de benefic. part.* 2. *c.* 5. *num.* 79. Barboſa *in remiſſ. ad c.* 2. *Concil. de refor. ſeſſ.* 21. *num.* 8. vbi duas declarationes Cardinalium tranſſcripſit. Nauarr. *conſ.* 14. *num.* 3. 57

*de temp.* Pariſius *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 11. *&* 12.

58 Et ad titulum penſionis, ita ſacra Congregatio, Garcia *num.* 76. Pariſius, & Barboſa.

59 Et ad titulum patrimonij: neque requiritur quòd expreſſè ſibi aſſignetur in titulum, ſed ſufficit habere vnde ſe alat, quia id ſuccedit loco tituli. Gloſſ. *in c. ſi Epiſcopus, de præbend. lib.* 6. *verbo titulum* : & ibi Scribentes. Panormit. *in c. tuis. num.* 3. *eodem tit. in decretalibus.* Barboſa, Garcia, & Pariſius.

60 Neque intereſt quòd bona patrimonialia in diœceſi ſint illius Epiſcopi qui eum ordinaturus eſt, vel in alia: nam vbicumque ſit, ſufficit. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap.* 26. §. 10.

61 Non poteſt quis ordinari ab Epiſcopo in cuius diœceſi patrimonium habet, ſi ratione originis, aut alia de cauſa ſubditus non ſit. Vgolinus *d. c.* 26. §. 3. Riccius *deciſ.* 302. *num.* 1. *& deciſ.* 261. *num.* 2. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *alleg.* 4. *num.* 56. Campan. *in diuerſis iuris canonic. rubric.* 9. *cap.* 8. *num.* 17. *verſ. ex cauſa.* Barboſa *ſupra* Hieronym. Venero *in examine Epiſcopor. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 44.

62 Poteſt etiam ordinare ad titulum paternæ hæreditatis ſubditos, licèt hæreditatem non poſſideant, quia patres eorum viuunt. Garcia *de benefic. d. c.* 5. *tom.* 1. *part.* 2. *n.* 91. & adhoc adducit illud Concilij *c.* 2. *ſeſſ.* 21. ibi, patrimonium verò, vel penſionem obtinentes: & ibi, eo quoque prius perſpecto, patrimonium vel penſionem: & etiam allegat à num. 96. quamdam declarationem ſacræ Congregat. quæ meo iudicio nihil probat, ſed ni fallor, tam declaratio ſacræ Cōgregationis quàm locus Concilij in contrarium faciunt.

Et ſic aliqui tenuerunt contrariam ſententiam, nempe non poſſe quis ordinari ad titulum paternæ hæreditatis, vel legati, ſeu ex eo quia Pater diues eſt. Surdus *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 37. *num.* 2. *cap.* 3. Auguſtinus Barboſa *in remiſſ. ad c.* 2. *ſeſſ.* 21. *num.* 15. Nauarr. *conſil.* 19. *de temporib. ordinat. num.* 1. *&* 3. 63

Sed pro concordia dico, ſi Pater deputat de præſenti loco legitimæ aliquid filio, ita vt poſtea neque minui, aut reuocari poſſit, ſi ſufficiens eſt ad eius ſuſtentationem, procedet opinio Garciæ. Si verò neque deputat aut tradit, nullo modo ordinari poterit: quia licèt diues pater ſit, & præſumatur ad filium poſt mortem patris magnam & opulentam hæreditatem peruenturam, quia facilè conſumi, aut ea per ingratitudinem priuari poterit, non erit ſecurum ſi ordinetur, niſi Pater in re certa, & immobili, ac perceptibili filio neceſſaria ad ſuſtentationem honeſtam aſſignet; & ſic intelligenda opinio Surdi, Barboſæ, & Nauarri: nam Concilium nihil aliud poſcit, niſi quòd ordinandus habeat fixum vnde viueret, quod donec filius nomine proprio poſſideat, in contigenti eſt quòd ad eum nihil perueniat, & per conſequens quòd mendicet, & ſic mẽs Concilij fraudaretur. 64

Neque poterit quis ordinari ad titulum beneficij, ſi nondum ſecurè poſſidet: quia lis mota eſt donec per ſententiam obtineat. Vgolinus *de offic. & poteſt. c.* 26. §. 8. *num.* 3. 65

Graduatus in iure canonico, aut in ſacra Theologia ſine titulo aut patrimonio poteſt ordinari: quia tali non defuturum eſt vnde viuat. Emanuel Sa *verbo ordo, num.* 17. *in aphoris.* 66

Epiſcopus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

67 Epiſcopus qui presbyteralem Ordinem contulit ei, qui nec titulum aut patrimonium non habebat, cogitur eum alere, licèt antea ſciret ab alio Epiſcopo ſubdiaconatum & diaconatum fuiſſe collatum. *c. non liceat. c. Epiſcopus, de prabend.* & ibi Doctores. Vgolinus *ſupra* §. 15. Barboſa *alleg.* 20, *num.* 22. *part.* 2. Fornarius *de Sacramen. Ordinis, cap.* 8. *num.* 10. Bonacina *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. vnica, punct.* 5. *num.* 30.

68 Epiſcopi ſucceſſor qui aliquẽ ſine titulo initiauit, tenetur eum alere donec eum de beneficio prouideat: vel Capitulum, ſi ſede vacante poſt annum commiſit alicuius ordinationem, qui titulum non habebat, tenetur etiam alere. *c. accepimus, de ætate & qualitate. c. cum ſecundùm Apoſtolum de prabend.* Abbas *in cap. accepimus.* Riccius *deciſ.* 312. *num.* 1. Bonacina *de Sacrament. diſp.* 8. *q. vnic. punct.* 5. *num.* 17. Henriquez *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 17. §. 4. *in comm. litera F.* Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 20. *num.* 23.

69 Limita niſi Epiſcopus ordinator viuit, quia ad aliam Eccleſiam tranſlatus, vel quia renunciauit loco, non dignitati: nam tunc ipſe tenetur alere, non ſucceſſor in Eccleſia, Henriquez, & Barboſa, Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap.* 26. §. 15. *num.* 1. & 2.

70 Si Epiſcopus alteri Epiſcopo generaliter, nullis perſonis expreſſis, vt ſuo nomine in ſua diœceſi Ordines celebret, committat: ſi Epiſcopus cui hoc commiſſum eſt, beneficium, vel patrimonium non habentem ordinauerit, tenetur eũ alere, non Epiſcopus qui commiſit, quia in culpa fuit non inueſtigando an haberet titulum; ſi verò certæ perſonæ ſpecialiter commiſſæ ſunt ſibi, non ille, ſed committens neceſſaria prouidere tenetur. *c. ſi Epiſcopus, de prab. lib.* 6. & ibi Geminian. Gloſſ. *in c. cum ſecundùm Apoſtolum. eodem tit. in decretalibus, verbo ſucceſſores.* Vgolinus *d. c.* 26. §. 15. *num.* 1. Petrus Gregor. *ſyntagm. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 1. Barboſa *ſuprà num.* 21.

71 Epiſcopus ordinans non ſubditos dimiſſorias habentes, nequit cum eis diſpenſare in interſtitijs, aut aliis impedimentis occultis, niſi in literis dimiſſoriis exprimatur quòd poſſit diſpenſare. Nauarr. *conſ.* 13. *de temporib. ordinat num.* 2. Sanchez *de matrimonio. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 25. Coninck *de ſacram. diſp.* 33. *dub.* 2. *num.* 7. Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 38. *art.* 7 *conc.* 2. Barboſa *alleg.* 18. *part.* 2. *num.* 9.

72 Sed licèt ex dimiſſoriis conſtet eſſe examinatos qui mittuntur, poterit iterùm eos examinare, quod pij & ſanctiſſimi Epiſcopi obſeruãt in practica. Emanuel Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras, c.* 61. *aliàs* 62. *n.* 5. *fol.* 113. alios citat Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 7. *num.* 22.

73 Poteſt etiam Epiſcopus examinare regulares, licèt à ſuis Prælatis examinati & approbati remittantur, multi tamen ſunt ſuper hoc priuilegiati, vt Religioſi Societatis Ieſu, & alii, de quibus Miranda *in Manual. tom.* 1. *quæſt.* 38. *art.* 2. ſed quòd iſtorum priuilegia à Sixto V. fuerunt reuocata teſtatur Barboſa.

74 Regulares à quocumque catholico Epiſcopo ordinari poſſunt, neque requiritur quòd literas dimiſſorias portent Epiſcopi in cuius diœceſi degunt, nam ſufficit ſola licentia & approbatio ſui Prælati. Miranda, & Barboſa.

Epiſcopus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

75 Epiſcopus ſibi ſubditum irregularem occultum ordinans, aut literas dimiſſorias concedens, ſciens criminoſum occultum eſſe, cum eo videtur tacitè diſpenſare, aut permittere quòd ille qui eum ordinat, ſi vult, cum eo diſpenſet. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 17. §. 4. *liter. P.* Suarez *de cenſuris, diſp.* 41. *ſect.* 3. *num.* 4. Maiolus *de irregularitate, cap.* 51. *num.* 8. cum aliis reſoluit Barboſa *vbi ſuprà part.* 2. *alleg.* 39. latè Tiberius Decianus *reſponſor. reſponſo* 31. *num.* 7. *tom.* 4. Decius *conſil.* 18. *num* 24. *tom.* 1.

76 Quando epiſcopus literas dimiſſorias concedit ſuis ſubditis, in quibus hæc clauſula ponitur, quòd poſſint ordinari à quocumque catholico Antiſtite, in propria diœceſi pontificalia exercente, non poterunt Ordinarii, qui tales dimiſſorias habuerint ab Epiſcopo qui in aliena diœceſi ordinat, de licentia Ordinarii illius diœceſis, ſi in literis dimiſſoriis non inſeratur hæc clauſula, ſeu ab alio catholico Antiſtite in aliena diœceſi Pontificalia exerceuti, de licentia ordinarii illius diœceſis. Rodriguez *dict. to.* 4. *c.* 61. aliàs 62. *num.* 1. *&* 2.

77 Et ibi dicit, quòd Abbates ius mitræ & baculi habentes, non poſſunt ſuis ſubditis dimiſſorias concedere. *num.* 4. Seraphinus Oliuarii *tom.* 1. *deciſion. deciſ.* 985.

78 Vbi adiicit non poſſe Epiſcopum permittere, aut concedere Abbatibus ius mitræ habentibus ordinare aliquos ſæculares: nam quòd eis tantùm permiſſum extat, illud eſt, quòd poſſint primam tonſuram, & minores Ordines ſuis conuerſis tantùm conferre, non verò ſæcularibus ſubditis, neque eis literas dimiſſorias concedere, quæ authoritas illis competit ex priuilegio, non de iure communi. *c. Abbates* 3. *de priuileg. lib.* 6. Abbas *in c. clerici, de vita & honeſtate clericor. num.* 6. Deciſiones Rotæ *in nouiſſimis diuerſ. deciſ.* 731. *num.* 8 *part.* 1. *fol.* 456. Tataretus *in* 4. *ſentent. diſt.* 24. *quæſt. vnica, col.* 4. Soto *in* 4. *deciſ.* 25. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *col.* 6. Petrus Soto *in lectionibus de inſtit. ſacerd. lect.* 5. §. *quod igitur.* Armilla *verbo Abbas, num.* 6. Viuald. *in candelabro de Sacramen. Ordin. tit.* 15. §. *de miniſtro, num.* 3. Angelus *verbo Ordo,* 12. *num.* 1. Nauarrus *conſ.* 14. *de priuileg. num.* 3. *&* 5. Petrus Gregorius *ſyntagmat. part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 13. *num.* 15. *& lib.* 16. *c.* 4. *num.* 9. *& cap.* 9. *num.* 2. Rebuff. *in prax. beneficior. regula de clericis, à quibus & quomodo creentur, num.* 14 Zerola *in praxi part.* 1. *verbo Abbas, num.* 2. Narbona *in l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 64. *lib.* 2. *recopilation. tit.* 4. Lancellott. *in templo, lib.* 2. *cap.* 7. *de Abbate,* §. 1. *num.* 28. vbi plura videbis de Abbatibus.

Permittitur tamen Abbatibus 79
regularibus ius mitræ & baculi habentibus, licèt benedicti non ſint, dummodò quaſi Epiſcopale ius habeant, conſecrare altaria ſuarum Eccleſiarum ſubiectarum, & etiam calices, & aras oleo ab Epiſcopo conſecrato, non ſolùm ad vſum ſuorum, ſed & aliorum; latè Emanuel Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras, cap.* 19. *fol.* 32. *num.* 2. *& cap.* 27. *fol.* 45. Miranda *in Manuali tom.* 2. *quæſt.* 41. *art.* 4. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 36. Lancellottus *ſuprà.* idem Rodriguez loquens de Abbatibus Ciſticenſibus *tom.* 1. *q. regul. q.* 28. *art.* 2. *fol.* 295.

Gloſſ. verò *in c. Abbates, de pri-* 80
*uilegiis, lib.* 6. conſtanter tenet, non poſſe Abbates aras, calices, aut altaria conſecrare, neque omne id

facere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facere in quo interuenire poterit vnctio. Angelus *verbo benedictio,& & verbo altare, & verbo calix, num.* 3. Emanuel Sa *verbo benedictio,num.* 4. *& verbo calix, num.* 3. Syluester *verbo benedictio, num.* 2. *& verbo calix, & verbo Abbas, in fine.* Franciſcus Suarez *de religione tom.* 4. *cap.* 30. *num.* 2. *lib.* 2. vbi latè.

81 Super hoc enim quemdam grauiſſimum Patrem Abbatem in hac Matritana curia conſului, & dicebat mihi, quòd ex quo Romanus Pontifex omnibus Abbatibus ius vtendi mitra, & baculo, & cæteris indumentis Pontificalibus conceſſit, videtur & conceſſiſſe quòd poſſent exercere iura Epiſcopalia, & benedicere ornamenta diuino cultui neceſſaria, & etiam aras, ac calices. Ad quod reſpondebam ego nullo modo poſſe procedere, nam

82 licèt ius vtendi mitra, & cæteris indumentis concedatur, non ideò iura Epiſcopalia exercere poſſunt Abbates, quia mitra & alia inſignia ſunt quædam nuda demonſtratio, quæ habent ſuum ſignificatum. Antonius Maurus *alleg.* 63. *num.* 1.

83 Et iura Epiſcopalia tot ſunt, quòd ita ſimpliciter conceſſa non videntur. Arg. text, *in c. cum olim.* & ibi Gloſſ. Panormitan. & Bald. *num.* 1. *de præſcriptionibus.* Dicebat etiam prædictus Abbas, quòd ab antiquiſſimo tempore hoc ius illis competebat, & ſic per longam conſuetudinem, & præſcriptionem introductum: ſed quod ab antiquo non ſit, patet ex multis priuilegiis, quæ breuitatis cauſa non refero. Sed ex priuilegio Zachariæ Papæ monaſterio Caſinenſi anno 7. ſui Pontificatus conceſſo, vbi quàm plurima Caſinenſibus Abbatibus indulget.

84 Et nullo modo permittit, quòd calices aut altaria conſecrent, ſed quòd inuitent Catholicum Antiſtitem ad ſimilia peragenda. Vt videre eſt in appendice ad primum tomum de Hiſtoria generali Diui Benedicti, Scriptura 3. ibi etiam eſt 85
aliud priuilegium 7. in ordiue, Honorij III. in fauorem magni Cænobii Diui Pauli in Romana Curia: concedit ibi Papa Abbatibus talis monaſterii, quòd poſſint vti mitra, baculo, ſandaliis, annulo, tunica, dalmatica, & benedicere populum ſolemniter, & ſuis monachis minores Ordines conferre, benedicereque indumenta, quæ ad vſum altaris fuerint neceſſaria in eodem monaſterio; ſed quod denegat eſt, conſecrationes altarium, & ſimilia. Conſtat etiam ex ſcriptura 19. Gregorii magni, ibi, Chriſmatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocumque voluerint Pontifice benedictionem expectant: & ſcriptura 32. Honorii III. dicto tom. 1. in appendice apud Antonium de Yepes.

Et in tom. 4. ſcriptura 35. Pii IV. & ſcriptura 7. Vrbani III. & in tom. 5. ſcriptura 3. Innocentij II. & ſcriptura 33. Innocentij III. & ſcriptura 39. Alexandri IV. & ſcriptura 41. Leonis decimi, & aliis quàm plurimis in aliis locis, quas conſultò omitto. Et quid dicere, quòd allegent habere priuile- 86
gium, ſi ipſam ſcripturá non oſtendunt. *c.* 1. *de fide inſtr.* & ibi Scri- 87
bent. Nam ea deficiente, ad eius probationem non admittuntur teſtes, quia præcisè ipſa ſcriptura requiritur. Baldus *in l. humanum, c. de legibus.* pleniùs Felin. *in rubrica de conſtitut. num.* 4. plures refert Antonius de Mauro *allegat.* 54. *num.* 2.

Neque facere poteſt quòd ab an-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiquo introductum ſit, & ſic præſcriptum per longum tempus, quia licèt Abbas iura quæ Epiſcopo iuriſdictionis cauſa competunt præſcribere valeat. *c. auditis.c.cum olim,*
89 *de præſcriptionib.* & ibi Panormitan. & Baldus: non tamen quæ ratione Ordinis, quia propriè Epiſcopalia dicuntur, (qualis eſt calicis, & altaris conſecratio,) & ſic præſcribi nequeunt: nam ita annexa ſunt Ordini, quòd ab ipſo Ordine non poſſunt ſeparari. Baldus *in d. c. auditis, num. 9. de præſcriptionib.* Egregiè Syluester *verbo benedictio, num. 3.* & quòd iura Epiſcopalia contra Epiſcopum præſcribi nequeant, etiam ab Abbatibus, reſoluit cum multis Paulus Æmilius *decif. 306. fol. 82. part. 1. num. 7.*

90 Sed ſi vnctio altaris & calicis non fuiſſet propriè Ordinis Epiſcopalis, ſed tantùm pertineret ad iuriſdictionem, ſequeretur quòd electus confirmatus, & non conſecratus, poſſet calices, & aras conſecrare; quia omnia quæ iuriſdictionis ſunt, exercere poteſt. Sed oppoſitum veriſſimum eſt: nam nullo modo poteſt electus talia facere; vt Syluester *num. 3.* igitur neque Abbates, cùm neque ſint talia iura præſcriptibilia: vt Paulus Æmilius *ſuprà.* Lancellottus *in templo lib. 2. c. 7. de Abbate, num. 29.* Cacia Lupus *de vnionibus art. 3. num. 23.*

91 Audiui tamen, quod verum eſſe exiſtimo (ſed nihilominus tu conſule) habere priuilegium monaſterium Caſinenſe, vbi excellentiſſimi fidei, & Eccleſiæ ornamenti magni, & ſingulariſſimi, Patris mei amantiſſimi, & Patris ac Patriarchæ omnium Religioſorum, ſanctiſſimi Benedicti, à tenera iuuentute ſingulariſſima decorati ſanctitate, corpus venerabile multoties ac ſuper aurum & topazion æſtimabile requieſcit, vltrà cum corpore ſuæ dilectiſſimæ ſororis ſanctiſſimæ Scholaſticæ, quòd eius Abbates conſecrare poſſint aras, & calices oleo ab Epiſcopo conſecrato, & quòd poſtea Gregorius XIII. omnibus Abbatibus ius mitræ, & baculi habentibus indulſit, vt fruerentur illo priuilegio Caſinenſi Abbati conceſſo, & quòd omnibus eis eſſet commune, quod etiam extenditur ad Abbates Magni Baſilii.

Abbates autem Ciſticenſes olim 92
non omnes fruebantur hoc priuilegio conſecrandi aras, & calices, niſi quatuor tantùm, vt inquit Suarez *de religione tom. 4. cap. 30. num. 2. lib. 2.* ſed quòd iam (fortè ex noua conceſſione) ad omnes extendatur, qui conſecrant aras in quibuſcumque locis ſui Ordinis, vt iam multoties vidi, & refert Emanuel Rodriguez *tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 28. art. 2. fol. 293.* 93 Et ibi dicit, quòd Presbyteri Societatis Ieſu ex Pauli III. conceſſione, anno Domini de 1549. expedita in locis remotiſſimis infidelium, vbi Epiſcopi copia nō habetur, poſſunt altaria conſecrare: & Adrianus VI. idem conceſſit Prouincialibus eiuſdem Societatis, etiam pro vſu alieno in dictis partibus remotiſſimis, &c.

Ad dimiſſoriarum materiam, vnde digreſſus reuertor, & dico, dimiſſorias non expirare, licèt antequam executioni mandentur concedens naturaliter moriatur, ſeu ciuiliter. Arg. textus *in c. ſi cui 26. de præbend. lib. 6. & in l. tauri:* & ibi Gomezius Cardinalis *in Clement. final. de elect. num. 9. quæſt. 5.* Nauarrus *in apologia de reditibus quæſt. 3. monit. 8. per totam.* Nauarrus *conſ.* 94

1. *de*

1.*de reſcriptis*. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.*2.*lib.*1.*ordinam*.Gutierrez *canonic. quæſt.lib.*2.*cap* 17.*n.*3.*&* 12. Sanchez *de matrim.l.*8.*diſp.*18. *n.*83.Rebuffus *in praxi* , *regula de literis dimiſſor. cap.*10.*num.*43. Bonacina *de ſacram. diſp.*8.*quæſt.vnica punct.* 4. *num.*3. *&* 12. Emanuel Sa *verbo dimiſſoriæ, num.*1. Vgolinus *de off. Epiſcopi, cap* 26. §. 20. *num.* 9. Rodriguez *quæſtion. regular. tom.* 1. *quæſt.* 9. *art.*1.*num.*4. plures citat Barboſa *in remiſſionib.ad c.* 10. *Concil. Trid.ſeſſ.*7. *de reform.n.*4.Examen Epiſcoporum *lib.*1.*cap.*16.*n.*12.*fol.*46.

95 Neque expirant, licèt ad alium Epiſcopatum transferatur Epiſcopus.Nauarr.*conſ.*5.*de reſcriptis,num.*1. Sanchez *d.n.*83. Et idem dicendum eſt de literis dimiſſoriis conceſſis à Capitulo ſede vacante,poſt annum, quia per noui Epiſcopi aduentum non vitiantur. Examen Epiſcopor. *ſuprà*,& idem erit ſi conceſſæ à Vicario generali Epiſcopi, ſeu à quibuſuis potentibus,& habentibus iuriſdictionem, & poteſtatem concedendi.Gutierrez *ſuprà n.*12.Sanchez *num.*83.Vgolinus §.10.*num.*5. Henriquez *in ſumm. lib.*10. *cap.*22. §.*fin.* Quaranta *in ſum.bullarij,verbo Capituli ſede vacante. verſ.ſecundò dubitatur*.Molina *de iuſtit.tractat.*5.*diſp.*11. *num.*4.Barboſa *in paſtor.p.*2.*alleg.*7.

96 Archiepiſcopus dum Suffraganeorum prouincias viſitat, Suffraganeorum ſubditis dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos nequit concedere. Rebuffus & Sanchez *vbi proximè*.

97 Vicarius generalis Epiſcopi niſi ſpeciale habeat mandatum, dimiſſorias concedere non valet.*c.nullus.* §.*inferiores*. Gloſſ.*in c.licet.verbo officialem,de off.ordinar.lib.*6.*verſ.ſed hodie talibus Vicariis*. Rebuffus *in praxi*, *in forma Vicarij Archiepiſcopi,& aliorum* , *num.* 47. Mandoſius *in regul,cancell.*24. *de malè promotis* , *q.*6. *num.*9. *&* 10. Petrus Gregorius *ſyntagm.lib.*16.*cap.*9.*num.*3. Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *quæſt.*7. Vgolinus *de off.cap.*4.§.7.*verſ.quanto ad dimiſſorias*. Gutierrez *canonicar. lib.*2.*cap.*17. *num.* 20. *&* 21. Rodriguez *tom.* 4. *de ſus obras* , *cap.* 61. aliàs 62. *num.* 4. Barboſa *ſuprà, num.*9.Examen Epiſcopor.*lib.*1.*c.* 16. *num.*12.

## SVMMARIVM.

*Epiſcopus vtrùm diſpenſare poßit in omni irregularitate, & delicto occulto*.num. 1.

*Eius Vicarius generalis an ad hoc habeat mandatum ex generali commißione,vel requiratur ſpeciale*.ibidem.

*Ad diſpenſandum vtrùm requiratur præciſè quòd reſideat Epiſcopus in Diœceſi*.ibid.

*An diſpenſare poßit* Epiſcopus *cum irregulari ex enormi membri mutilatione occulto,licèt voluntario*.num.2.*&* 3.

*Vtrùm diſpenſare valeat cum eo, qui aliquem percutere præcepit, expreſſo ne ad occiſionem procederent,qui nihilominùs occiderunt*.num.4.

*Cum homicida caſuali occulto diſpenſat Epiſcopus quoad minores Ordines , & ſimplex beneficium*.num.5.

*Cum homicida caſuali publico , & indirectè voluntario,poteſt Epiſcopus diſpenſare ad minores Ordines , & ſimplex benefi-*

*cium.*num.6.
*Ad maiores etiam, ſi delictum occultum eſt.*ibid.
*Vtrùm poßit diſpenſare cum Curato homicida voluntario, ad Curam obtinendam, ſeu cum Canonico ad Canonicatum retinendum.* num.7.& 8.
*Cum homicida voluntario etiam occulto nequit diſpenſare, neque ad minores Ordines, neque ad ſimplex beneficium.*num.9.
*Cum illis, quorum delicta ad forum contentioſum ſunt deducta, an poßit.*num.10.
*An poßit cum irregulari, cuius delictum ad forum contentioſum deductum eſt, ſed ibi abſoluto.* num.11.
*Delictum occultum quale dicatur.* num.12.
*Cum homicida occulto, qui cùm aliter euadere non poßit, aggreſſorem occidit, non in totum ſeruata moderatione inculpatæ tutelæ, vtrùm diſpenſare valeat.* num.13.
*Vtrùm irregularis dicatur qui aggreſſorem occidit, omni via ſeruata moderatione inculpatæ tutelæ.*num.14.
*Abſoluere ab hæreſi occulta per ſeipſum an hodie poßit* Epiſcopus. num 15. *vſque ad* 18.
*Gaſpar Hurtado de Mendoza è Societate Ieſu laudatur.* num.17.
V*icarius* Epiſcopi *an poßit de commißione* Epiſcopi *abſoluere ab hæreſi occulta.*num 18.
*Abſoluere ab excommunicatione Cœnæ excommunicatos occultos vtrùm poßit.*num.19.& 20.
*Vtrùm à delicto clauſuræ, vel à quibuſuis aliis etiam occultis.* num.21.
*Quid à cenſuris incurſis propter ingreſſum ad monaſteria Monialium.*num.22.
*Quid quando adire nequeunt excommunicati Pontificem.* numero 23.
Epiſcopi *Indiarum, Indos an abſoluere poßint à caſibus reſeruatis, præcipuè ab excommunicatione Cœnæ.*num.24.
*Vtrùm cum Regularibus exemptis irregularibus factis ex aliquo delicto.*num.25.& 26.
*Vtrùm poßit Epiſcopus abſoluere à caſibus de quibus in c.6. Concilij ſeſſ.24. ſi extra Diœceſim degit.* num.27.& 28.
*Si in ſua Diœceſi Concilium Tridentinum receptum non eſt, an diſpenſare poſsit virtute Concilij.*num 29.
*An diſpenſare poſsit* Epiſcopus *virtute can.6. de reform. ſeſſ.23. cum irregulari ex alia irregularitate quàm ex delicto prouemiente.*num.30.
*An legitimare poſsit Epiſcopus.* num.31.
*An habilitare illegitimum.* numero 32.
*An cum eo diſpenſare ad hoc quòd minores Ordines, & ſimplex beneficium ſuſcipiat.*ibid.
*An habilitare ſpurium ad canonicatum.*num.33.& 34.

*An ad canonicatum Eccleſiæ collegiatæ.*num.35.

*An ad canonicatum* Eccleſiæ *collegiatæ cum eo,cum quo* Papa *diſpenſauit ad* Presbyteratum *ſuſcipiendum.*num.36.

*An diſpenſare cum illegitimo quoad beneficium ſimplex, in quo* Pater *antea miniſtrauit.* numero 37.

*An diſpenſare debeat cum illegitimo antequam beneficium ſeu Ordines conferat.*num.38.

*Confirmatus nō conſecratus vtrùm diſpenſare in irregularitatibus poſſit, in quibus conſecratus.* num.39.

*An idem poſſit Archiepiſcopus conſecratus, & nondum palliatus.* num.40.

C*um Simoniaco occulto an diſpenſet.*num.41.

A*n diſpenſatio extendatur ad forum exterius.*num.42.

A*bſoluere ab occultis an poſſit omnes in Diæceſi habitantes, licèt peregrini ſint, ſeu mercatores.* num.43.

A*n aduenæ, & ſimiles ſubeſſe dicantur* Epiſcopo *quoad ſacramenta.*num.44.

*An tales abſolui poſsint ab omni excommunicatione, & an diſpenſari in votis, & irregularitatibus.*num.45.

*In irregularitate ex defectu perfectæ lenitatis an diſpenſet.*num. 46.& 47.

*An cum bigamo.*num.48.

*Bigamia ſimilitudinaria qualis.* num.49.

*Textus in c.nuper,de bigamis explanatur.*num.50.

*Cum bigamo realiter vero an quoad minores* Ordines *diſpenſare poſſit.*num.51.& 52.

*An cum irregulari ex iteratione baptiſmi.*num.53.

A*n cum irregulari ex eo,quòd* Ordinem *quem non habebat,exercuit.*num.54.

A*n cum eo,qui depoſitus aut ſuſpēſus celebrauit.*num.55.

A*n cum* Presbytero *occidente in bello iuſto.*num.56.

A*n cum eo,qui vertit infirmum intentione accelerandæ mortis,ne tamdiu patiatur.* num. 57. & 58.

A*n cum eis,qui poſt votum ſolemne contrahunt.*num.59.

A*n cum eo, qui viſu oculi ſiniſtri caret.*num.60.

A*n cum eo, qui ſine deformitate celebrare nequit.*num.61.

A*n cum conuictis de crimine nefando* num.62.

A*n cum infamibus infamia iuris, ſeu infamia facti.*num.63.

A*n ſuper ætate ordinandorum.* num.64.

A*n cum eo, qui adminiſtrationis Regiæ rationem non præſtitit, ad hoc vt ſacros* Ordines *ſuſcipiat.*num.65.

A*n cum ignobili & virtuoſo,vt in canonicum admittatur, vbi eſt ſtatutum ignobiles excludens.* num.66.

A*n cum eo, qui per ſaltum promo-*

*tas celebrauit, ſi delictum occultum eſt.* num. 67.

*An delegare poſsit facultatem, quam ipſe habet, virtute cap. 6. de reform. ſeſſ.* 24. *Confeſſario ſuo, vt ſecum diſpenſet.* n. 68.

*Poteſt diſpenſare in ieiuniis.* n. 69.

*An poſsit permittere exercere opera ſeruilia in diebus feſtiuis.* num. 70.

*Vtrùm permittere celebrare ſacrificium Miſſæ in Sabbato ſancto.* num. 71.

*Capitulum ſede vacante an poſsit diſpenſare per Vicarium, virtute cap. 6. Concil. Trident.* num. 72. *&* 73.

*An concedere poſsit quòd in Eccleſia non parochiali ſanctiſsimum Euchariſtiæ ſeruetur Sacramentum.* num. 74.

*An diſpenſare circa lectionem librorum prohibitorum, vel etiam ſecum.* num. 75.

*Sine Epiſcopi licentia an poſsint imprimi libri.* num. 76.

# DE DISPENSATIONE IRREGVLARITATVM.

## CAPVT SEXTVM.

1 EXCELSA eſt Epiſcoporum poteſtas, & circa diſpenſationem irregularitatum ampliſſima: colligitur namque ex textu *in c. 6. Concil. de reform. ſeſſ.* 24. vbi conceditur eis quòd poſſint diſpenſare in omni irregularitate occulta, ex homicidio non directè voluntario, & occulto, vel ex quolibet alio delicto proueniente, & in omnibus ſuſpenſionibus, & in quibuſcumque caſibus occultis, & etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis: ad hoc vt quis ad ſacros Ordines promoueri, & Eccleſiaſtica beneficia obtinere poſſit, quæ diſpēſatio fieri debet per ipſum Epiſcopum, ſi reſideat in Diœceſi. Nauarr. *in Manuali cap. 27. n. 194. &* 239. Coninck *de ſacram. Ordinis, diſp. 33. dub. 2. n. 22. & diſp. 8. dub. 12. n. 87. & diſp. 14. dub. 16. n. 243. & diſp. 18. dub. 14. n.* 111. Viuald. *in candelab. tit. de irreg. n.* 314. Zerola *in praxi p. 1. verb. irreg. n.* 8. Gutierrez *canon. lib. 1. c. 3. n.* 8. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, n.* 34. Leo *in theſaur. cap. 8. n. 53. tit. de diſpenſat.* Riccius *in praxi, deciſ. 518. n.* 1. Didacus de Arroyo *de ſacram. d. c. de irregul. n.* 10. Barboſa *in remiſſion. ad cap. 7. de reform. ſeſſ. 14. num.* 3. Antonius Fernandez *in examine Theologiæ part. 4. cap. 7. §. 1. n.* 5.

Poteſt Epiſcopus diſpenſare etiā cum irregulari facto ex enormi & occulta membri mutilatione, licèt voluntaria, vt ſacra Cōgregatio declarauit ſuper *cap. 6. de reform. ſeſſ.* 24. 2
Coninck *de ſacram. diſp. 18. dub. 14. n.* 111. Sa *verbo Epiſcop. n. 34. & verbo irreg. ex illicita, n. 7. in fine.* Suar. *tom. 5. diſp. 44. ſect. 2. n. 4. & ſeſſ. 4. n.* 35. Tolet. *in ſum. l. 1. c. 88. verſ. 6. & c. 89. n.* 3. Reg. *in praxi fori pœnitentialis l. 30. tract. 2. n.* 91. Bonac. *de cenſ. diſp. 7. q. 4. punct. vlt. n.* 11. Barboſ. *in paſtor. p. 2. alleg. 39. n.* 49. Didac. de Arroyo *ſupr.* Vgol. *de off. c. 57. §. 2. n.* 4. Garcia *de ben. p. 7. c. 11. num.* 30.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.* 30. Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 11. Riccius *deciſ.* 520. *num.* 4.

3 Contrarium tenuit, licèt non rectè, Leo *in theſaur. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 89. & etiam Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 40.

4 Poteſt etiam cum illo diſpenſare qui ſeruo, ſeu amico præcepit vulnerare aliquem baculo, ſeu verberare, aut aliter iniuriare, eo expreſſo ne occideret: nam licèt ſeruus ſeu amicus ad occiſionem proceſſiſſet non dicitur homicida voluntarius, ſed caſualis culpabilis, vt Congregatio declarauit. Riccius *deciſ.* 519. *in* 1. *edit. & deciſ.* 407. Barboſa *in paſtor. ſuprà num.* 51. & 52.

5 Diſpenſat etiam Epiſcopus cum homicida caſuali occulto quoad ſuſcipiendos minores Ordines, & ſimplex beneficium obtinendum. Viualdus *in candelabr. tit. de irregularit. num.* 325.

At verò indubitanter teneo poſſe Epiſcopum diſpenſare cum tali homicida caſuali occulto, etiam ad maiores Ordines & ſimplex beneficium, & etiam ad beneficium Curæ.

6 Et opinio Viualdi procedit in homicida caſuali publico, & indirectè voluntario, cum quo non diſpenſabit niſi ad minores, & ſimplex beneficiũ, cũ occulto verò ad maiores, & ad beneficiũ Curæ. Zerola *in praxi part.* 2. *verb. diſpenſ. verſ.* 3. Barboſa *in remiſſionib. ad c.* 7. *Concil. ſeſſ.* 14. *num.* 3. Emanuel Sa *verbo irregularitas, ex illicita, num.* 7. *in fine.* Miranda *in Manuali Prælatorum tom.* 2. *quæſt.* 8. *ar.* 13. *conc.* 2. & 3. idem Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 39. *num.* 48.

7 Quod poſſit Epiſcopus diſpenſare vt presbyter homicida voluntarius occultus, qui antea habebat beneficium Curæ, illud poſſit retinere in futurum, & ſimiliter cum Canonico homicida occulto, vt poſſit intereſſe choro, & gaudere fructibus canonicatus. 8 Zerola *in praxi ſuprà* & Barboſa *in remiſſionib. ad c.* 7. *Concil. ſeſſ.* 14. *num.* 3. Videndus Sayrus *cap.* 9. *num.* 20. ſed Barboſa *in paſtorali vbi proxim.* contrarium tenet.

Nequit Epiſcopus diſpenſare cũ homicida voluntario etiam occulto, neque ad minores Ordines, & ſimplex beneficium. 9 Barboſa *in remiſſionibus, & in paſtoral. ſuprà num.* 59. & Zerola *ſuprà* Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 194. *verſ.* 7. & *num.* 240. *verſ.* 4. & *conſil.* 17. *de ordinatis, num.* 2. Gregorius de Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 19. *p.* 3. §. 3. Aragon. *in* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 6. *in fine* Cardinalis Toletus *lib.* 1. *c.* 31. Saytus *de cenſuris lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 14. & 15. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 19. §. 1. *liter.* D.

Nequit etiam diſpenſare cum illis, quorum delicta ad forum cõtentioſum ſunt deducta. 10 Conciliũ Tridentinum *de reformat. ſeſſ.* 24. *c.* 6. Nauarr. Barboſa *in remiſſ. & in paſtor. ſuprà.* Coninck *de Sacram. diſp.* 18. *dub.* 8. *num.* 59. Corduba *in ſumm. quæſt.* 41. *verſ.* 41. *verſ. de lo ſuſo dho.* Viualdus *in candelabro. tit. de irregular. num.* 314. & *num.* 106. Riccius *deciſ.* 518. *num.* 1. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num.* 34. Arroyo *d. c. de irregularitate, n.* 10. Gutierrez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. & *cap.* 13. *num.* 18. Emanuel Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras c.* 5. *num.* 10.

11 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum criminoſo, & irregulari, licèt eius delictum ad forum contentioſum ſit deductum, ſi ex defectu probationis, vel alia diligentia per ſententiam

tentiam à tali crimine fuerit abſolutus: nam iam non reputatur pro criminoſo, & per conſequens occultum eſt eius delictum. Sanchez *de matrimonio lib. 2. diſp. 37. num.12. & lib. 8. diſp. 34. num. 57.* Viualdus *tit. de excomm. num. 42.* Henriquez *in ſumm. lib. 14. cap. 17. §. 2. in cõm. liter. H.* Bonacina *de cenſuris diſp. quæſt. 3. punct. 2. n. 2. & diſp. 7. quæſt. 5. punct. 1. num. 4. verſ. dixi.* Sayrus *de cenſuris, lib. 7. cap. 7. num. 12.* Soarez *eodem tract. diſp. 41. ſect. 2. n. 6.* Barboſa *d. alleg. 39. num. 32. part. 2.* Sa *verbo Epiſcopus, num. 34. & verbo manifeſtum, num. 4.* Rodriguez *ſuprà num. 8.*

12 Quod delictum dicatur occultum, ad hoc vt Epiſcopus poſſit diſpenſare virtute *c. 6. ſeſſ. 24.* reſpondeo, illud eſſe quod non eſt notorium apud omnes, etiam ſi poſſit probari per aliquos teſtes, ſufficit enim non eſſe diuulgatum, & quòd poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Latè Gutierrez *canonicarum lib. 1. c. 1.* vbi latè. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num. 35. & verbo manifeſtum, num. 5.* Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 2. num. 30.* Sanchez *de matrimonio lib. 2. diſp. 31. num. 11. & lib. 8. diſp. 34. num. 55.* Lelius Zechus *de caſibus Epiſcopo reſeruatis, caſu vltim. num. 1.* Viualdus *in cand. tit. de irregul. num. 315.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 10. quæſt. 9.* Riccius *deciſ. 523. in 1. edit.* Sayrus *in claue regia titulo de cenſuris, lib. 4. cap. 17. num. 21. & lib. 7. cap. 13. num. 12.* Bonacina *de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. num. 1. verſ. 4.* Vgolinus *de offic. Epiſcopi cap. 57. num. 5.* Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 241. in fine. verſ. 11.* Toletus *lib. 1. cap. 89. num. 5.* Barboſa *in paſtorali, part. 2. allegat. 39. numero 24.*

Poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare cum homicida occulto, qui 13
cùm aliter euadere non poſſet, aggreſſorem occidit, licèt non in totum ſeruata moderatione inculpatæ tutelæ: nam & ſi homicidium voluntarium ſit, quia tamen per ſe non eſt, neque ex delicto proficiſcitur, homicidium voluntarium dici non debet, niſi per accidens. Concilium Trident. *de reform. ſeſſ. 14. cap. 7.* Paulus Comitolus *reſponſor. moral. lib. 6. quæſt. 54. num. 3.* Sayrus *de cenſur. lib. 7. cap. 7. num. 22.* latè Barboſa poſt hæc ſcripta viſus *in paſtorali part. 2. alleg. 39. n. 53. vſque ad 56.* Iacobus à Graffis *in deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 65. num. 13.* Gutierr. *canonicar. lib. 1. cap. 13. num. 19.* Tataretus *in 4. ſent. d. 25. quæſt. 1. col. 7.* Nauarr. *in manuali c. 27. n. 239.* Toletus *in ſum. lib. 1. c. 80. num. 12. & 13.* Riccius *in praxi deciſ. 521. num. 2.* Coninck *de Sacrament. diſp. 18. dub. 9. num. 88. & 90.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi. c. 57. §. 2. num. 4. & 6. tit. de diſpenſationib. irregular. & de irregularitate c. 33. num. 4.*

Ille verò qui inuaſorem occidit, 14
cùm aliter euadere non poſſit, omni via & modo ſeruata moderatione inculpatæ tutelæ, neque irregularitatem incurrit, neque eget diſpenſatione *c. ſignificaſtis 2. & ibi gloſſ. verbo tutelæ, de homicidio:* & ibi Scribentes *Clementina vnica, eodem tit. cum gloſſ.* & Cardinalis ibi, Leo *in theſauro part. 3. c. 9. num. 29.* Bonacina *de Sacram. diſp. 7. quæſt. 4. punct. 6. num. 3. cum ſequenti.* Barboſa *in paſtorali part. 2. alleg. 39. num. 54.* Couarr. *in Clem. ſi furioſus, part. 3. §. vnico, num. 1.* Antonius Gomez *tom. 3. variar. cap. 3. num. 20.* Azor *inſtitution. moral. part. 3. lib.*

2. c. 1.

2.cap.1.Lelius Zechus *de caſibus reſeruatis cap. 13. de homicidiis verſ.4. fallit.* Farinatius *in praxi, crimin. quæſt. 1. aliàs 12.* Leſius *de iuſtit. lib.2. cap. 9. num.4.* Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica part. 1. tom. 1. lib.8.cap.28.*

15 Epiſcopus nequit hodie abſoluere hæreticos occultos, neque ab hæreſi occulta, licet per cap.6. Concil.Trid.id conceſſum videtur, *ſeſſ.24.de reform.* quia cenſetur reuocatum, vt ſacra Congregatio declarauit, teſtantur Nauarr.*in Man.c.27. num.272.notabili 15.* Zerola *in praxi, part.1.verbo abſolutio,n.4.& verbo Vicarius,dub.2.& part.2.verbo abſolutio, §.2.* Bonacia *de cenſuris,diſp. 1. q. 3. punct.2.num.1.verſ.1.* Maiolus *de irregular.lib.5.cap.46.num.6.verſ.caueant.* Toletus *in ſum. in explicatione bullæ Cœnæ, excommunicatione 14. in fine.* Garcia *de beneficiis part. 11. cap. 10. num.115.* Sanchez *in ſum.lib.2. c.11. num.26.& 27.* Azor *inſtitut.moral.p.1. lib.8.cap.19. quæſt. 3. & cap. 10.q.10.* Pegna *in directorio inquiſitor. part. 3. quæſt.92.comm.141.verſ.penultim.* Rodrig. *tom. 3. de ſus obras cap.5.num.7.* Latè Barboſa *in paſtorali part.2.alleg. 40.n.22.vſque ad 34.*

16 Contrariam ſententiam amplectuntur grauiſſimi viri, affirmantes poſſe Epiſcopum abſoluere ab hæreſi occulta,& occultos hæreticos. Emanuel Rodriguez *quæſtionum regular. tom. 1. quæſt.20. art. 10.per totum:* vbi citat Henriquez *lib.3.de pœnitent. cap. 3.tom. 2.* Antonius Fernandez *in examine Theologiæ part.4. cap.7.§.1.num. 5.* & quòd hanc opinionem tenuerunt multi iuriſperiti affirmat Rodriguez *vbi proximè;* & etiam Theologi, videlicet Peña & Galbus de familia Prædicatorum, & doctiſſimus Dominus Sanctius Epiſcopus Segonienſis, & Dominus Gerrerus Archiepiſcopus Granatenſis,& Dominus Ioannes Blancus Archiepiſcopus Compoſtelianus, qui Præſules magnam in hoc habent authoritatem propter eorum ſingularem doctrinam & ſanctitatem, & quia vt Patres Eccleſiæ interfuerunt Concilio Tridentino. Hanc etiam opinionem tenuiſſe Doctorem Moiam, & Doctorem Solis primarios Salmanticenſes inquit ipſe. Hanc etiam tenent Emanuel Sa *in aphoriſmis,verbo Epiſcopus,n. 37.* Bañnez *2.2. quæſt.9. alias 11.art.4.* Vinaldus *in candelabr. tit.de abſolutione part. 1. num. 13. & part.2 in expoſit. bullæ Cœnæ,num. 51.* Petrus de Ledeſma *in ſumm. part. 2. tract.2.cap.6.concluſ.20.diff.7.* Henriquez *in ſumm.lib.6.cap.14. §.7. litera M,& cap.16.§.1.& lib.13.cap.27.§.5. litera Q.* Vega *in ſumm.tom.2.c.125. caſu 11.* multos citat pro vtraque parte, licèt iudicium ſuum non interponat ingenioſiſſimus Hurtado
de Mendoza ſanguine ac religione 17
illuſtris, *de matrimonio differ.3. diſp. 15.in fine* Auguſtinus Barboſa mea ſententia ſibi ipſi contrarius *part.3. alleg 54.num.86.* vbi loquens de Vi-
cario Epiſcopi hæc addit: neque de 18
licentia Epiſcopi poteſt ſubditos à crimine hæreſis abſoluere, ſicut poteſt Epiſcopus, iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem *ſeſſ.24. de reform.cap.6.* ibi, eis tantum, non eorum Vicariis. Idem inquit Antonius Fernandez, *vbi proximè.* & quòd poſſit abſoluere Epiſcopus hæreticos occultos, & quòd veriſſima ſit hæc opinio. Angelus *in floribus Theologicis, titulo de confeſſione, quæſtion.4. art. 1. difficult. 6.* Nauarrus *conſ.15. num.2. de ſentent. excommunicationis.*

Quòd non poſſit Epiſcopus ab- 19
ſoluere ab excommunicatione bul-

læ Cœnæ, vel alio modo reſeruata. Coninck *de ſacrament. diſput.*8. *dub.*12.*num.*87.

20 At verò quòd poſſit, tenet Emanuel Sa, *verbo Epiſcopus, n.*34.

21 Epiſcopus non poteſt abſoluere à delicto clauſuræ etiam occulto, vel à quibuſuis aliis in iſta materia. Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras cap.* 5. *num.*7.*fol.mihi* 9.

22 Neque à cenſuris incurſis propter ingreſſum ad monaſteria Monialium, etiamſi delictum ſit occultum: ſic Congregatio declarauit. Riccius *in praxi deciſ.* 648. *in* 1.*edit.& deciſ.*544.*num.*5. *in* 2.*editione* Barboſa *in paſtorali, part.*2. *allegat.* 39.*num.*45.

23 Fallit tamen quando excommunicatus adire ſummum Pontificem nequit, ob legitimum impedimentum, ſiue impediatur paupertate, inimicitia, ætate ſenili, impubertate, ſiue infirmitate & fragilitate ſexus, aut cura familiæ, vel quia eſt ſub cura parentum, vel alia de cauſa: quia tunc diſpenſabit Epiſcopus, & abſolutionem impartiri poterit. Hurtado de Mendoza *de matrimonio, difficult.* 3. *diſput.* 15. Nauarrus *conſil.* 41. *num.* 1. *& conſil.*45.*num.*2.*de ſentent.excommunicat. lib.*5.

24 Epiſcopi Indiarum ex ſpeciali priuilegio Apoſtolico, anno Domini de 1537. expedito, poſſunt Indos nouiter conuerſos à caſibus bullæ Cœnæ, etiam in foro exteriori abſoluere, ac etiam Indos aliarum Diœceſium, ſi præſentes ſunt in illo Epiſcopatu, vbi abſoluuntur, quod facere per ſeipſos, aut per Curatum vel Vicarium poſſunt. Emanuel Rodriguez *quæſtion.regular.tom.*2. *quæſt.*99.*art.*1. *fol.mihi* 491.

25 Epiſcopus poteſt diſpenſare cum regularibus exemptis, irregularibus factis ex aliquo delicto, vel homicidio caſuali occulto, ſi eorum Prælatus ipſos ei ſubmittat. Emanuel Sa *verbo Epiſcopus, num.*29. Nauarrus *conſil.* 31. *de pœnitent.* Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.*1. *num.* 12. Hurtado *de matrimon. difficult.* 3. *diſp.* 15. Rodriguez *quæſtionum regular. tom.* 1. *quæſt.*20. *art.*10.*in fine.*

Contrarium tenent Riccius *in* 26
*praxi deciſ.*518. *num.* 6. Vgolinus *de officio Epiſcopi, capit.* 57. §. 2. *num.*6.*titulo de diſpenſatione irregularitatum.*

Non poteſt Epiſcopus vti pri- 27
uilegio diſpenſandi in quibuſcumque caſibus occultis, virtute textus *in cap.*6. *de reformat. ſeſſ.* 24. niſi in propria Diœceſi, tunc quando diſpenſat reſideat, quia in reſidentiæ fauorem id conceſſum videtur, vt ex dicto capite 6. conſtat, ibi, *in Diœceſi ſua per ſeipſos:* fallit tamen niſi alterius Diœceſis ordinarius id ei concederet. Riccius & Vgolinus *ſuprà.*

Sed quòd in Diœceſi & extra 28
Diœceſim ſine licentia ordinarij poſſit diſpenſare, quia talis abſolutio ſeu diſpenſatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ. Barboſa *in paſtorali, part.*2.*allegat.*39.*num.*7. Rodriguez *tom.*3.*de ſus obras cap.*5.*num.*3.

Epiſcopus non poteſt abſoluere, 29
ſeu diſpenſare virtute Concilij Tridentini, ſi Concilium in ſua Diœceſi receptum non eſt. Rodrig. Riccius, & Barboſa *ſupra num.* 3. Marius *de cenſuris tom.* 2. *diſp.* 8. *de ſuſpenſ.cap.* 3. *concluſ.* 4. Sanchez *in præcepta decalog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.*2.

Neque Epiſcopus virtute textus *in* 30
*c.*6.*de refor.ſeſſ.*24. diſpẽſare ſuper irregularitate, aliunde quã ex delicto

proue

prouenićte, neque ſuper illegitimitate licèt occulta ſit. Nauarr. *in Manuali cap. 27. num.* 194. & 201. Coninck *de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 14. *num.* 111. Arroyo *de Sacramen. c. de irregularitat. num.* 10.

31 Et ſic non poteſt filios ſpurios aut baſtardos legitimare. Lancellottus *in templo lib.* 2. *cap.* 5. §. 4. *ſummar. de potentia Epiſcopi circa perſonas in corporalibus.* Molina *de iuſtitia, tom.* 1. *cap.* 13. *col.* 3. *folio mihi* 625.

32 Sed licèt legitimare nequeat, poteſt diſpenſare contra illegitimitatem, habilitando illegitimum. Nicolaus de Milis *in repertor. verbo Epiſcopus, in fine.* & diſpenſando vt minores ordines ſuſcipere poſſit, & ſimplex beneficium obtinere, *cap.* 1. *de filiis præsbyter. lib.* 6. Rebuffus *in praxi regula ſuper diſp. ſuper defectu natalium, num.* 8. Nauarrus *in Manuali cap.* 27. *num.* 121. Coninck *de Sacram. diſp.* 18. *dub.* 14. *num.* 112. & *diſp.* 33. *num.* 29. *dub.* 2. Zerola *verbo Epiſcopus, num.* 28. Viualdus *in cand. p.* 1. *cap.* 1. *tit. de ſimonia, num.* 8. Nauarrus *conſ.* 5. *num.* 1. *de filiis presbyter.* Vgolinus *de irregul. cap.* 44. §. 3. Sayrus *de cenſuris, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 8. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 50. *quæſt.* 8. Henriquez *in ſumm. part.* 2. *lib.* 15. *cap.* 8. *num.* 10. *litera B.* Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 48. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 45. *num.* 19. Hieronymus Venero *in examine Epiſcopor. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 28. *fol. mihi* 54.

33 Poteſt etiam habilitare ſpurium ad canonicatum, licèt canonicatui Eccleſia parochialis ſit annexa. Gloſſ. ſingularis *in d. cap.* 1. *de filiis præsbyteror. lib.* 6. *verbo beneficium*: & ibi Geminianus & Francus *num.* 6. & Ancharranus *num.* 1. Selua *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 61. *in fine.* Nauarrus *conſil.* 4. *num.* 4. *de filiis præſbyteror.* Gambar. *de offic. delegati, lib.* 7. *num.* 165. Molina *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 173. *col.* 3. Gratianus *diſceptat. forenſ. cap.* 273. *tom.* 2. *num.* 47. *fol.* 319.

Contrarium tenent de iure nouo Maiolus *de irregularitate lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 11. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. §. 10. Leſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 86. Sayrus *de cenſuris lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 13. Rebuffus *vbi ſuprà num.* 10. & 12. & Barboſa *vbi ſuprà num.* 32. & *num.* 29. dicit, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illegitimo ad canonicatum obtinendum in Eccleſia collegiata. Sed quod ad canonicatum Eccleſiæ cathedralis, nequeat cum baſtardo, ſeu illegitimo diſpenſare. latè Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras cap.* 38. *num.* 1. vbi cum Leſio inquit, tunc poſſe Epiſcopum cum illegitimo diſpenſare ad canonicatum in cathedrali, quando Papa cum illegitimo diſpenſauit, ad hoc vt poſſit presbyteratum ſuſcipere. 34 35 36

Nequit Epiſcopus diſpenſare cũ illegitimo vt beneficium ſimplex obtineat, ſi pater anteà in eo miniſtrauit. Rebuffus & Nauarrus *ſuprà.* 37

Quòd quando illegitimo minores Ordines confert, debere Epiſcopum ante tonſuræ & beneficij collationem diſpenſare expreſsè ſuper illegitimitate: & quòd non ſufficit ſi tacitè diſpenſet, licèt impedimentum noſcat illegitimitatis; tenent Nauarrus *con.* 5. *num.* 1. *de filiis præsbyteror.* & Rebuffus *ſuprà* & *in regula de diſpenſat. num.* 15. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap.* 57. *num.* 5. Contrarium verò, nempe ſufficere impedimentum, ſeu irregularitatem noſcere, & tacitè diſpen- 38

ſare, diximus *ſuprà c. 5. in hac 2. parte n.* Sed differentia conſtituenda ſuper diſpenſatione in delictis occultis, & criminibus: quia tunc fortè ne delictum notorium fiat, ſolent Epiſcopi tacitè diſpenſare, quòd in illegitimitate non procedit: nam cùm publica nihil intereſt an publicetur, ſeu occultetur: & meliùs erit tunc diſpenſare expreſsè, vt ſemper conſtet de diſpenſatione, quia etiam ſemper cõſtabit de defectu.

39 Confirmatus & nondum conſecratus diſpenſare poteſt in omnibus irregularitatibus, votis, ſuſpenſionibus, & in omnibus delictis occultis, tamquam ſi eſſet conſecratus. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *diſp.* 4. *num.* 11. *& in ſum. lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 7. *&* 9. Gutierrez *de matrimonio cap.* 49. *num.* 16. Riccius *in praxi reſol.* 136. Soarez *tom.* 5. *diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 7. Barboſa *in paſtorali, part.* 2. *allegat.* 39. *num.* 2.

40 Idem poteſt Archiepiſcopus cõfirmatus, licèt neque conſecratus, neque palliatus. Sanchez *in ſumm. num.* 9. & ſuprà relati, eſtq; communis.

41 Poteſt Epiſcopus diſpenſare cum ſimoniaco occulto, non tamen ſimoniacum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, neque ad ea quæ per ſimoniam occultam obtinet retinenda, vt declarauit ſacra Congregatio ſuper *c.* 6. *ſeſſ.* 24. *Concil. Trident.* Emanuel Rodriguez *tom.* 3. *de ſus obras cap.* 5. *num.* 14. Soarez *de religione tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 11. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 140. Garcia *de benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 24. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.* 39. *num.* 44.

42 Quæ diſpenſatio etiam extra forum conſcientiæ extenditur: nam licèt abſolutio ab omnibus irregularitatibus occultis non cenſeatur conceſſa, niſi intra forum conſciẽtiæ, vt ex Concilij decreto colligitur, *c.* 6. *ſeſſ.* 24. ibi, *in foro conſcientiæ.* Sanchez *de matrimonio lib.* 2. *diſp.* 40. *num.* 10. Ægidius Coninck *de Sacram. diſp.* 12. *dub.* 16. *num.* 243. Vgolinus *de offic. Epiſcopi, cap.* 57. §. 2. *num.* 7. Riccius *in praxi deciſ.* 518. *num.* 8. Diſpenſatio verò non limitatur ad forum conſcientiæ tantùm, & ſic ad forum etiam exterius concedi ab Epiſcopo poteſt, Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 12. *in fine.* Rodriguez *d. c.* 5. *num.* 12. *tom.* 3.

Quæ abſolutio omnibus in ſua 43 diœceſi habitantibus prodeſt, licèt aduenæ & peregrini, ſeu mercatores: nam ſi abſolutionem obtinere volunt, accedere ad Epiſcopum illius loci poſſunt, & obtinere abſolutionem à quibuſcúmque caſibus occultis: de quibus *in c.* 6. *ſeſſ.* 24. Rodriguez *ſuprà num.* 3. Soarez *de pœnitent. tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 3. Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 12. Henriquez *in* 44 *ſum. lib.* 14. *cap.* 20. §. 5. ducti ex eo, quia tales peregrini, mercatores, & ſimiles, quo ad Sacramenta Confeſſionis & Euchariſtiæ, ſubditi ſunt, igitur quoad abſolutionem à caſibus.

Sed licèt hoc veriſſimum ſit 45 quoad abſolutionem à caſibus reſeruatis, non tamen quoad diſpenſationem irregularitatum, & votorum: quia requiritur quòd verè ſubditi ſint, ſaltem ratione domicilij illius Epiſcopi qui cum ipſis diſpenſat, vt habeat in eis iuriſdictionem ordinariam. Garcia *de benef. cap.* 10. *num.* 139. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 36. *num.* 7. *& alleg.* 39. *num.* 6.

Nequit

Nequit Epiſcopus diſpenſare in
46 irregularitate, quæ contrahitur ex
defectu perfectæ lenitatis, ſenten-
tiam iuſtam pœnam ſanguinis cõ-
tinentem, dictando ex qua mors,
ſeu mutilatio ſequitur, aut illius
executione authoritatiuè intereſ-
ſendo. Leo *in theſauro part.* 2. *cap.*
8. *num.* 32. Gutierrez *canonicar. lib.*
2. *cap.* 6. *num.* 170. Garcia *de bene-
fic. part.* 7. *cap.* 11. *num.* 40. Nauar-
rus *conſ.* 34. in antiquis, & *conſ.* 39.
in nouis, *de homicidio* Henriquez *lib.*
14. *cap.* 9. §. 3. *cap.* 19. §. 4. *in com.
liter. K.* Vgolinus *de irregular. cap.*
33. §. 1. *num.* 1. & *cap.* 44. §. 2. *n.*
4. & *cap.* 62. §. 2. *num.* 5.

47 Quòd Epiſcopus poſſit diſpenſa-
re in irregularitate proueniente ex
defectu occulto lenitatis, vt cum
iudice & iuſtitiæ miniſtri. Ema-
nuel Sa *verbo irregularitas. ex defor-
mitate illicita num.* 5. *in fine.* Couar-
ruuius *in Clement. ſi furioſus, part.*
1. §. 3. *num.* 7. *in fine.* Nauarrus *in
Manuali ſibi ipſi contrarius, cap.* 24.
*num.* 4. & 40. alios refert Barboſa
*in part.* 2. *alleg.* 39. *num.* 47.

48 Poteſt etiam diſpenſare cum ir-
regulari facto ex vitio corporis, &
primò cum irregulari ob bigamiã
ſimilitudinariam, vt maiores Or-
dines ſuſcipiat. Bigamia ſimitudi-
49 naria dicitur illa, quæ contrahitur
ab his, qui ſolemni voto obligati,
aut in religione approbata profeſſi,
vel ſacro Ordine initiati, vxorem
virginem, vel viduam ducunt, &
eam cognoſcunt, nam propter id
irregularitatem ſimilitudinariam
incurrunt, & diſpenſat Epiſcopus.
*c.* 1. & 2. *cum gloſſ.* & *Doctores qui
clerici vel vouentes. c. ſanè* 2. *de cle-
ricis coniugatis, præcipuè ſi talis irre-
gularitas ſit occulta.* Sanchez *de ma-
trimonio lib.* 7. *diſp.* 86. *num.* 22. &
23. Riccius *in praxi reſolut.* 220.
Barboſa *part.* 2. *alleg.* 49. *num.* 197.
Coninck *diſp.* 18. *dub.* 11. *num.* 122.
& *dub.* 14. *num.* 112. Viualdus *in
candelabr. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 8.
Vgolinus *de offic. Epiſcopi, part.* 2.
*c.* 57 §. 4. *num.* 1. Zerola *verbo ir-
regularitas, part.* 1. *num.* 7. Brunus
à Solis *quæſt.* 32. *num.* 24. Lancel-
lottus *in templo lib.* 2. *cap.* 1. §. 4.

Neque in contrarium facit tex-
tus *in c. nuper, de bigamis*: vbi pro- 50
hibetur Epiſcopo diſpenſare cum
initiatis Ordine ſacro, qui poſtmo-
dum contraxerunt: nam ibi lo-
quitur Papa de clericis, qui dum in
laicali habitu erant, vxores habue-
runt, & poſtea ſacris Ordinibus
ſuſceptis, cum alia prima mortua
contraxerunt, nã iſti quantũ ad ef-
fectum bigami cenſentur. Nos ve-
rò de illis, qui numquam habue-
runt vxores, ſed in ſacro Ordine
conſtituti ad matrimonia tranſie-
runt: ita gloſſ. *in d. c. nuper. verbo
diſpenſari.* & *in* 1. *verbo diſpenſatiuè,
qui clerici vel vouentes* & *in d. c. ſanè*
2. *de clericis coniugatis.*

Cum illo verò qui bigamus ve-
rè & realiter eſt, nequit diſpenſa- 51
re, etiam ad minores Ordines. Ge-
minianus *in c. vnico, de bigam. lib.* 6.
*num.* 5. Sacra Cardinalium Con-
gregatio *in c.* 17. *Conc. ſeſſ.* 23. Mon-
tagne *de bigamia quæſt.* 7. *num.* 14.
Nauarrus *in manuali cap.* 27. *n.* 197.
Riccius *in praxi deciſ.* 541. *num.* 2.
Viualdus *in candel. tit. de irregularit.
bigamiæ, num.* 34. Toletus *lib.* 1. *c.*
68. *num.* 9. Lopez *in l.* 1. *tit.* 5. *p.* 1.
*verbo dos mugeres in fine gloſſæ.* Leo
*in theſauro part.* 2. *cap* 6. *num.* 5.
Couarr. *in Clem. ſi furioſus, part.* 1.
§. 2. *num.* 4. Barboſa *part.* 2. *alleg.*
49. *num.* 25.

Sed quòd poſſit diſpenſare quo- 52

ad minores, & ſimplex beneficium. Diuus Thomas *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 3. *art.* 3. Soto *in lectionib. de inſt. ſacerdotum, lect.* 18. *de bigamia*, §. *reſtat iam.* Alter Soto *in* 4. *ſent. d.* 27. *quæſt.* 3. *art.* 3. Hoſtienſis *in ſum. tit. de bigamis, in fine.* Syluester *verbo bigamia, num.* 8. & Armilla *num.* 9. Zerola *verbo irregularitas, p.* 1. *n.* 17. *& verbo bigamia, p.* 1. *num.* 2. Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſp.* 86. *num.* 11. Ledeſma *de matrimon. quæſt.* 66. *art.* 5. *concl.* 3. Graffis *in deciſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 38. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 7. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *n.* 15. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 20. *quæſt.* 2. Miranda *in Manuali tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *conc.* 2.

53 Poteſt etiam diſpenſare cum irregulari facto ex iteratione baptiſmi, etiamſi baptizatio publica ſit: occultum verò quòd qui baptizatur erat antea baptizatus. Sayrus *de cenſuris lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 16. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 37. *num.* 11. Toletus *lib.* 1. *c.* 70. Barboſa *d. alleg.* 39. *num.* 36.

54 Diſpenſat etiam cum eo, qui Ordinem quem non habebat, exercuit, ſi delictum occultum eſt, diſpenſabit quoad maiores Ordines ſuſcipiẽdos; ſi verò publicum, quoad minores tantùm, & ſimplex beneficium. *c.* 1. *de Clerico non ordin. miniſt. c.* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. Vgolinus *de offic. Epiſcopi c.* 57. §. 3. *num.* 2. Bonacina *de cenſuris diſp.* 7. *punct.* 6. *num.* 10. Bonacina *de cenſuris diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 6.

55 Et etiam cum eo qui ſuſpenſus, depoſitúſve celebrauit, licèt celebratio fuiſſet publica, excommunicatio verò occulta, aut ſuſpenſio. Lelius Zechus *de caſibus reſeruatis Epiſcopo, caſu vltim. num.* 1. *verſ. & quod.* Nauarrus *conſ.* 2. *de clerico non ordinato miniſt.* Miranda *in Manuali tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 14. *concl.* 2. Barboſa *ſuprà num.* 17. Cardinalis Toletus *lib.* 1. *c.* 72.

Et etiam diſpenſat cum clerico in ſacris conſtituto, qui in bello iuſto aliquos occidit. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 19. §. 4. Auila *de cenſuris part.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 5. *dub.* 5. Bonacina *ſuprà part.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 4. *num.* 13. *& punct. vltim. num.* 10. vbi tenet contrarium. 56

Poteſt etiam diſpenſare cum eo qui vertit infirmum, intentione accelerandæ mortis, ne tamdiu patiatur. Auila *ſuprà dub.* 1. *ad finem.* Barboſa *ſuprà num.* 47. 57

Contrarium tenet Henriquez *vbi ſuprà.* §. 3. 58

Poteſt etiam abſoluere illos, qui poſt votum ſolemne in religione emiſſum contrahunt, quia ſunt excommunicati. *Clement.* 1. *de conſang. & affinit.* & ibi Gloſſ. *verbo obtinere.* 59

Nequit Epiſcopus diſpenſare cũ eo, qui caret viſu oculi ſiniſtri. *c. qui Euangelica,* 55. *diſt.* Emanuel Sa *verbo irregularitas ex corporis vitio ſeu defectu, num.* 3. Leo *in theſauro part.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. 60

Neque cum eo, qui niſi deformiter celebrare non poteſt, quæ dicatur notabilis deformitas, vel quæ defectus conſiderabilis, qui Ordinem executionem impediat, relinquitur Epiſcopi arbitrio. Emanuel Sa *ſuprà num.* 4. Couarruuias *in Clement. ſi furioſus, part.* 1. *in pr. num.* 5. Valerius Reginaldus *in praxi lib.* 30. *num.* 45. Barboſa *part.* 2. *alleg.* 41. *num.* 60. 61

Neque poteſt diſpenſare cum conuictis de crimine nefando, & iuridicè condemnatis, neque eos promouere ad Ordines, aut iam promotos miniſtrare permittere. Miranda *in Manuali tom.* 2. *quæſt.* 8. 62



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*concluſ.* 1. Barboſa *allegat.* 44. *part.* 2. *num.* 30.

Neque cum infamibus infamia
63 iuris, ſecus cum infamibus infamia facti: ſed ſi ſuperuenit infamia iuris, diſpenſabit Epiſcopus vt vſum Ordinis ſuſceptæ retineat, & beneficia, non autem vt de nouo obtineat. Henriquez *in ſumm. lib.* 14. *cap.* 5. §. 3. *in fine.* Barboſa *d. part.* 2. *allegat.* 43. *num.* 31. Miranda *ſuprà dict. art.* 5 *concluſ.* 1. Nauarrus *in Manuali cap.* 27. *num.* 204.

Nequit etiam diſpenſare ſuper
64 ætate ordinandorum. *c. dilectus de tempor. ordinat.* & ibi Gloſſ. *verbo in ætate.* plura congeſſit Mandoſius *in praxi tit. de ſignat. grat. in gloſſ. diſpenſatio ſuper ætatis defect. in pr.* Emanuel Sa *verbo ordo, n.* 19.

Neque diſpenſat cum eo, qui ad-
65 miniſtrationis ſuſceptæ rationem non præſtiterit, vt ad ſacros Ordines promoueatur, vel in religione ſuſcipiatur. *l.* 64. *tit.* 5. *p.* 1. ibi, *in con aquellos que ande dar quenta al Rey, o a otro ſeglar Muñoz de eſcobar de ratio ſi cap.* 4. *num.* 4. Leo *in theſaur. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 38.

Neque cum ignobili & virtuoſo
66 vt in canonicum admittatur, ſi ſtatutum eſt in Eccleſia, quòd nemo recipiatur qui non ſit nobilis. Miranda *ſingul.* 485. Selua *de benefic. part.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 6. *& part.* 5. *q.* 7. *num.* 13. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *ordinament. col.* 4. *folio mihi* 1316

Poteſt etiam cum eo diſpenſare
67 qui per ſaltum promotus eſt, & celebrauit, ſi delictum occultum eſt: per *can.* 6. *Concil. Trident. de reformat. ſeſſ.* 24. Vgolinus *de irregularitate cap.* 39. *num.* 3. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 6. *n* 5. *in fine.* Ægidius Coninck *diſp.* 18. *dub.* 5. *num.* 49. Sayrus *de cenſuris lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 37. Barboſa *alleg.* 47. *num.* 5. *part.* 2.

Poteſt confeſſario ſuo, ſeu alte- 68
ri delegare, vt ſecum diſpenſet in omnibus irregularitatibus occultis, in omnibúſque delictis in quibus ipſe poteſt diſpenſare cum aliis. Riccius *in praxi deciſ.* 518. *num.* 2.

Diſpenſat etiam in ieiuniis, & 69
in aliis à iure ſeu à lege Papæ prohibitis, & quando materia eſt leuis. Emanuel Sa *verbo diſpenſatio, num.* 9.

Poteſt etiam permittere exerce- 70
re opera ſeruilia in diebus feſtiuis. Sa *vbi ſuprà.* Venero *in examine Epiſcopor. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 19. *fol.* 288.

Et etiam permittere celebrare 71
ſacrificium Miſſæ in Sabbato ſancto, poſtquam hymnus Angelicus, Gloria in excelſis Deo, decantatus fuerit. Soto *in* 4. *diſt.* 23. *quæſt.* 2. *art.* 3. *tom* 1. *col.* 3. Graffis *in deciſ. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 13.

Capitulum ſede vacante, ſeu eius 72
Vicarius, nequit diſpenſare in caſibus, in quibus Epiſcopus, per text. *in can.* 6. *Concil. Trident.* Franciſcus Leo *in theſaur. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 8.

Contrarium, nempe poſſe, affir- 73
mant Coninck *diſp.* 33. *dub.* 2. *n.* 28. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 4. *num.* 10. *& in ſumm. lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 17. Gutierrez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 10.

Nequit Epiſcopus concedere 74
quòd in Eccleſia non parochiali ſeruetur Euchariſtiæ venerabiliſſimum ſacramentum, pro adoratione populi, ſed requiritur Papæ diſpenſatio, vt ſacra Congregatio declarauit, teſte Riccio *in notabilia ad deciſ.* 576. *in fine.*

Neque poteſt diſpenſare etiam 75
ſecum circa lectionem librorum prohibitorum. Nauarrus *conſ.* 14. *de conſtit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*conſtit.num.*36. Azor *inſtit.mor.part.*1. *lib.*8.*cap.*16.*quæſt.*7. Sanchez *in ſum. lib.*2.*cap.*10.*num.*43. Martin. Delrio *diſquiſit.magicar.lib.*5.*ſect.*7. *verſ.ſolis Pontificibus.* Barboſa *in paſtorali p.*3. *alleg.*90. *n.*7. Directorium Inquiſitorum *part.*3.*quæſt.*56.*comm.*105.

76 Poteſt etiam concedere licentiam imprimendi libros, ſine qua typis mandari nequeunt. Couarr. *variar. cap.* 17. *num.* 1. *verſ. at hiſce.* Felician.*de cenſibus tit. de excommun. cap.*24.*verſ. qui librum.*Fuſcus *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 9. Azor *ſuprà cap.*17. *quæſt.*1. Reginaldus *in prax. lib.* 19. *cap.* 13.*ſect.*4. *num.*256. Barboſa *ſuprà num.*12. Gambarus *de officio Legati lib.* 2. *num.* 430. Caſtro *de poteſt- legis pœna* 1.*cap.* 8. *verſ. eſt etiam quadam lex.* Rodriguez *quæſt. regul.tom.*2.*q.*104.*art.*1.

## *SVMMARIVM.*

*Poteſt* Epiſ*copus in ſua Diœceſi, quantum* Papa *in toto orbe.* num.1.

*Res fidei diffinire an poſsit Epiſcopus.*num.2.

*Quando in iure inuenitur verbum hoc quòd poſsit diſpenſare, de quo intelligatur.*num.3.

*Diſpenſare an hodie poſsit Epiſcopus etiam ſi ſibi ſpecialiter non concedatur.*num.4.

*An poſsit diſpenſare contra Concilium.*num.5.

*Quid in caſu neceſsitatis.* num.6.

*Antiquitùs in matrimonialibus cauſis an ius dicere Epiſcopi poſſent.*num.7.

*In cognationis impedimento an diſpenſent Epiſcopi.* num.8.*&* *in quibus caſibus.*num.9.

*An in impedimentis matrimonium dirimentibus in caſu neceſsitatis.*ibid.

*Quando diſpenſat cum contrahentibus in gradu prohibito, requiritur quòd alter ſaltem contrahentium bona fide contrahat.* num.10.

*An in impedimẽtis matrimonium dirimentibus.*num.11.

*An in impedimento dirimenti antequam contrahatur diſpenſare valeat.*num.12.

*An in impedimentis matrimonium impedientibus, quæ non dirimunt poſt contractum.* num.13.

*An in impedimento dirimenti, quando diſpenſatio Pontificia ſubreptitiè impetrata eſt.* numero 14.

*In gradu conſanguinitatis & affinitatis an diſpenſare poſsit* Epiſ*copus.*num.15.

*An in impedimento publicæ honeſtatis.*num.16.

*An cum conſanguineis, qui interim dum diſpenſatio* Pontificia *veniebat, ſe carnaliter miſcuerunt.*num.17.

*An ſi ad Nuntium adeſt aditus, poſsit in impedimentis diſpenſare.*num.18.

*An ſi ad commiſſarium Cruciatæ.* num.19.*&* 20.

*An in cognatione ſpirituali.* num.21.

*Cognatio ſpiritualis quid operetur, ſeu impediat.*ibid.

*An*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

An diſpenſet cum coniuge cui debiti petitio eſt interdicta, ob copulam cum conſanguineo mariti habitam, ſeu mariti cum conſanguinea vxoris. num. 22.

Et cum diſpenſato à Papa vt matrimonium contraheret poſtquam ſacrum Ordinem acceperat, ſi ſubreptitiè diſpenſatio impetrata eſt. num. 23.

An cum minoribus non habentibus ætatem ad contrahendum. num. 24.

Quando dubitatur an ſit neceſſaria diſpenſatio, an non, quid faciendum. num. 25. & 26.

An peccet non diſpenſando. n. 27.

An diſpenſet ſuper denunciationibus ante matrimonium faciendis. num. 28.

An tales denunciationes matrimonio contracto debeant fieri, & an in feſtiuis, an in ſolemnibus diebus. num. 29.

Qui Epiſcopus debeat diſpenſare cum contrahentibus. num. 30.

An peccet Epiſcopus non diſpenſando in denunciationibus interueniente vrgente cauſa. num 31.

Vicarius generalis an valeat diſpenſare in denunciationibus. num. 32.

An Vicarius foraneus. num. 33.

An Parochus. num. 34.

An poßit Epiſcopus delegare licentiam diſpenſandi in denunciationibus. num. 35.

An licentiam diſpenſandi in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus. num. 36.

An Vicarius generalis poßit diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus ex generali commiſſ. num. 37.

An qui poſſunt diſpenſare in caſibus Epiſcopalibus, diſpenſare poßint in ſupradictis. num. 38.

Epiſcopus an diſpenſet vt matrimonium ſine parocho, & teſtibus celebretur, num. 39.

Cum Parocho triennio ſuſpenſo, qui per ſententiam ſuſpenſus eſt, an cum eo diſpenſet Epiſcopus. num 40.

An diſpenſet cum Parocho, qui alienos parochianos coniunxit, & benedixit. num. 41.

Poteſt diſpenſare, vt tempore Aduentus, vel Quadrageſimæ, nuptiæ celebrentur. num. 42.

Nequit ſtatuere impedimenta matrimonia dirimentia. num. 43.

Neque poteſt concedere Militibus S. Mauricij & Lazari vt matrimonium cum vidua contrahant. num. 44.

# DE MATRIMONIALIBVS DISPENSATIONIBVS.

## CAPVT SEPTIMVM.

1 POTEST enim Epiſcopus in ſua Diœceſi, quantum ( ſecundùm antiquorum ſententiã) Pontifex in toto orbe: excipitur tamen quæ ad vniuerſum
2 ſtatum Eccleſiæ pertinet, vt res fidei diffinire, & quod ſibi Romanus Pontifex reſeruat; in aliis verò caſibus vbi eorum poteſtas expreſsè limitata non inuenitur, cenſetur habere iuriſdictionem ordinariam, & poteſtatem ad diſpenſandum in quibuſcumque caſibus cum ſubditis, & ſic quoties in iure inuenitur quòd poſſit diſpenſare, intelligen-
3 dum eſt de Epiſcopo. Argumento textus *in c. ad honorem, de author. & vſu pallij.* Gloſſ. *in c. at ſi clerici, de iudicij, verbo diſpenſare.* Abbas *in c. ex multa. num. 10. de voto & in c. & ſi vnanimiter, de poſtulat. Prælator. num.10. & in c. dilectus, de temporibus ordination. num. 5. & 6.* Soto *in 4. ſent. diſt. 32. quæſt. vnic. art. 3. tom. 2.* Suarez *tom. 4. de pœnitent. diſput. 25. ſect. 1. & de legibus lib. 6. cap. 14. n. 6.* Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap. 35. §. 2.* Brixenſis *in quæſtionibus Dominicalibus quæſt. 57. num. 5.* Ioannes Montaigne *de bigamia, quæſt. 7. n. 9.* Ioannes Randei *de diſpenſationibus, part. 1. caſu 66.* Rebuffus *in praxi regula de diſpenſatione ad plura beneficia, num. 27. lib. 2. & in regula de diſpenſ. num. 22.* Coninck *de ſacram. diſput. 30. dub. 1. num. 3.* Viualdus *in candelabr. tit. de irregularitate, n. 316.* Sylueſter *verbo diſpenſatio, num. 15.* Armilla *num. 18.* Sanchez *de matrimon. lib. 1. diſput. 61. num. 3. & lib. 8. diſput. 9. num. 3.* Borgaſius *de irregul. part. 5. fol. 111. num. 13.* Barboſa *in paſtorali part. 2. allegat. 1. num. 6. & allegat. 33. num. 16.* Lancellottus *in templo lib. 2. cap. 5. §. 4. num. 12.*

Sed hodie communis opinio 4
eſt, non poſſe Epiſcopum diſpenſare niſi expreſsè ſibi concedatur in iure. Gloſſ. *in c. cupientes, de elect. in 6.* Mandoſius *in regul. 13. cancellar. quæſt. 6. num. 6.* Marius *de cenſur. tom. 2. diſp. 8. cap. 3. ver. ſed.* Barboſa cum magna Doctorum caterua *dict. alleg. 33. n. 18.*

Non poteſt Epiſcopus, aut Lega- 5
tus, etiam cum cauſa diſpenſare contra Concilium. Gloſſ. *in c. cum dilectus 1.* & ibi Panormitan. *num. 5. verbo in ætate, de elect.* Abbas *in can. dilectus, de temporibus ordinat. num. 3. & in can. ſuper eos, de bigamis, num. 3.* Rebuffus *in praxi regula de diſpenſ. ad plura beneficia, lib. 2. num. 25. & 28.* Roman. *ſingul. 486.* Sylueſter *verbo diſpenſatio, num. 15.* Armilla *num. 21.* Sanchez *de matrimon. lib. 2. diſput. 4. num. 1. & 2. & lib. 3. diſp. 7. num. 1. & lib. 8. diſput. 5. num. 5.* Montaygne *de bigamia quæſt. 7. num. 13.* Selua *de beneficiis, part. 4. quæſt. 7. num. 4. & part. 3. quæſt. 43. num. 3.* Dueñas *regul. 248.* Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Coninck *dip. 33. dub. 2. n. 32.* Barboſa *in remiſſ. ad Concil. Trid. in pr. ſeſſ. 1. num. 2.*

At

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6 At verò in caſu vrgentis neceſſitatis, vtilitatiſve nouiter emergentis, poterit Epiſcopus diſpenſare. Syluester *d. num.* 15. Rebuffus *n.* 31. & 32. Barboſa *num.* 4. Gutierrez *canonicar. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 18. & ibi citat Baldum *in l. omnes populi, n.* 8. *ff. de iuſtitia & iure.*

7 Sed quia in hoc capitulo præcipuè agendum eſt de poteſtate Epiſcopi circa diſpenſationes & cauſas matrimoniales, præmitto antiquiſſimam in Eccleſia conſuetudinem circa illud, quòd Epiſcopus ius diceret, & diſpenſaret in cauſis matrimonialibus, conſtat ex Concilio Agathanenſi capite 25. vbi decretum fuit, quòd ſi qui cum vxoribus decretum facere velint, priùs apud prouinciales Epiſcopos diſſidij cauſas dicant, & ex Concilio Toletano 12. *cap.* 8. & ex Concilio Aurelianenſi 3. *cap.* 10. Latè Fileſacus *de ſacra Epiſcopor. author. cap.* 1. §. 13 & 12. *fol.* 26. Iulius Clarus *in praxi criminal. lib.* 5. §. *final. quæſt.* 37.

8 Aduerte ſecundò, non poſſe Epiſcopum diſpenſare in cognationis impedimento, ex baptiſmo quouis tempore collato ortæ, quæ cognatio oritur tam inter Patrinum & Matrinam de baptiſmo ſuſcipientes, quàm inter baptizatum ipſum illiúſque patrem & matrem, neque non inter baptizantem & baptizatum, baptizati patrem & matrem. *cap.* 2. *de reform. ſeſſ.* 24. Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſp.* 62. *num.* 10. & *lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 17. *num.* 3. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 35. *num.* 7. contra alios.

9 Limita tamen in quatuor caſibus aduenientibus his circumſtantiis. Primò, ſi matrimonium fuit contractum inter ignorantes impedimentum: nam cum ſcientibus, & ſpe diſpenſationis contrahentibus nequit Epiſcopus diſpenſare. Concil. Trident. *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 5.

Secundò, quando impedimentum eſſet occultum, & tunc diſpenſabit Epiſcopus per text. *in c.* 6. *d. ſeſſ.* 24. Tertiò, quando veriſimiliter timetur magnum ſcandalum euenire poſſe, ſi diuortium interueniret.

Quartò, quando contrahentes ſunt adeò pauperes, vt mittere, ſeu ire Romam ad ſummum Pontificem pro diſpenſatione obtinenda nequeunt. Cæterùm poteſt etiam in omnibus impedimentis matrimonium dirimentibus, in caſu magnæ neceſſitatis adhibitis circumſtantiis ſupradictis. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 6. *num.* 20. & *lib.* 2. *diſp.* 40. *num.* 3. Gregorius de Valentia *tom.* 4. *diſp.* 10. *q.* 5. *punct.* 5. Henriquez *lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 10. §. 1. & *lib.* 11. *cap.* 3. §. 2. Gutierrez *de matrim. cap.* 49. *num.* 6. Syluester *verbo diſpenſatio* 15. *num.* 19. Nauarrus *in Manuali, cap.* 22. *num* 85. Conick *de ſacram. diſp.* 33. *dub.* 3. *num.* 32. Leo *in theſauro, part.* 1. *cap.* 8. *num.* 43. Riccius *deciſ.* 261. *num.* 1. Vgolinus *de off. Epiſcopi, part.* 2. *cap.* 60. §. 1. *n.* 1. Zerola *in princ. verbo diſpenſatio, num.* 5. *part.* 1.

Requiritur tamen ad hoc, vt diſpenſare poſſit cum contrahentibus in gradu prohibito, quòd bona fide contraxiſſent, vel ſaltem alter ſolus: exemplum erit ſi maritus conſanguineam vxoris antea cognouerat, & ignorabat vxoris conſanguineam fuiſſe, de quo certioratur matrimonio contracto, tunc enim diſpenſabit Epiſcopus, ſi denuntiationes in matrimonio requiſitæ per fraudem omiſſæ non ſunt. Soto *in* 4. *ſentent. diſp.* 37. *quæſt. vnica,* 10

*art. 2. in fine.* Nauarrus *in Manuali,* & Ægidius *ſuprà.* Barboſa *part. 2. allegation.* 34. *num.* 4. Henriquez *ſuprà.*

11 Diſpenſat etiam in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando periculum incontinentiæ eſſet, ſi expectaretur donec diſpenſatio veniret; & ſimiliter ſi ex parte fœminæ, quæ cum viri conſanguineo ante matrimonij contractum copulata eſt, petitur diſpenſatio: nam licèt diues ſit, timet famam, & fortè vitam amittere, ſi ad mariti notitiam impedimentum veniat. Sanchez *d. lib. 2. diſp.* 40. *num.* 5. Syluester *verbo diſpenſatio, num.* 15.

12 Et licèt matrimonium nondum contractum ſit, poteſt Epiſcopus diſpenſare cum coniuge habente impedimentum dirimens. Pono exemplum in muliere manè nuptura, & etiam ſunt omnia ad nuptias parata ferè ſtatim celebrandas, & habet impedimentum dirimens & omnibus mediis tentatis nulla euadendi aperitur via: nam ſi differre tentaſſet vehemens alicuius crimen oriretur ſuſpicionis, licèt diceret ſe caſtitatis voto aſtrictam, & velle priùs diſpenſationem Pontificiam obtinere: nam fortè ex hac cauſa eius fama & opinio periclitaretur, quia dicerent, ob quid rem tantam tamdiu reticuit, eſſétque ſuſpicio alicuius peccati, & omnes in ſuſpicionem inciderent, quòd ideò nuptias celebrare non permittebat ad diſpenſationem impetrandam. Sanchez *vbi proximè num.* 7. Barboſa *in paſtorali part. 2. allegat.* 35. *num.* 5.

13 Diſpenſat etiam Epiſcopus in omnibus impedimentis, quæ matrimonium contrahendum impediunt, & non dirimunt contractum, ſi occulta ſunt. Soto *in 4. ſent. diſt.* 32. *quæſt. vnic. art. 2. col. pen.* Nauarrus *in Manuali cap.* 22. *n.* 85. Viualdus *in candelabr. titulo de matrimon. part.* 1. *num.* 250. Vgolinus *de offic. Epiſcop. part. 2. cap.* 60. §. 3. *num.* 1. Henriquez *in ſumm. lib.* 12. *cap.* 2. §. 2. *verſ. ſecundo.* Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 17. *num.* 15. & Bonacina *de ſacram. quæſt.* 3. *part.* 15. *n.* 3. Barboſa *ſuprà n.* 5.

Diſpenſat etiam cum illis impedimentum dirimens habentibus, quando ad contrahendum diſpenſatio Pontificia ſubreptitiè impetrata eſt: quod ſi delictũ occultum eſt, & timetur quod ſi iterum diſpenſatio Pontificia impetretur, ſcandalum oriri poſſet: nam ob euitandum ſcandalum diſpenſare poterit Epiſcopus, & confirmare diſpenſationem ſubreptitiè impetratam. Et diſpenſare etiam cum illis, qui virtute talis diſpenſationis ſubreptitiè obtentæ, bona fide interueniente, & etiam cum bona fide contraxerunt, ſi timetur quòd ſi detegatur, ſcandalum conſiderabile oriri poſſet: tunc enim Epiſcopus debet diſſimulare, & in illo matrimonio putatiuo, & inuincibili ignorantia excuſato, viuere permittere, & tacitè diſpenſare. *c. quia circa, de conſang. & affinitate.* multos refert Sanchez *dict. lib. 2. diſp.* 38. *n.* 12. Sa *verbo matrimonium, num.* 22. & 23. 14

Solus Papa diſpenſat in gradibus conſanguinitatis & affinitatis, ſi extenditur vſque ad quartum gradum. *c. non debet cum ſimilibus*, & ibi Scribentes *de conſang. & affin.* Conc. Trid. *de reform. ſeſſ.* 24. *cap.* 5. Leo *in theſauro p. 2. cap.* 8. *n.* 39. 15

Et etiam Papa ſolus diſpenſat in impedimento publicæ honeſtatis, quod primum gradum non excedit, 16

dit, & oritur ex ſponſalibus validè contractis. *c. iuuenis. c. ad audientiam. c. ſponſam de ſponſalibus. c. literas. c. acceſſit. c. continebatur. cum ſequentibus, de ſponſatione impuber.* Concil. Trident. *de reform. ſeſſ. 24. cap. 3.* Leo *in theſauro d. c. 8. num. 40.*

17 Neque diſpenſat Epiſcopus cum conſanguineis, vel affinibus, inter quos fuit copula carnalis, poſtquam miſerunt Romam pro impetranda diſpenſatione ad contrahendum: nam ſi antequam Romanus Pontifex diſpenſaſſet, vel poſtquam diſpenſauit, & ordinario loci cognitionem commiſit, hoc eſt, vt ſi ita eſſet ſicut illi expreſſum, diſpenſaſſet, inueniat ordinarius illos copulatos eſſe: nam donec Papæ copula expreſſetur, vitiatur diſpenſatio, neque Epiſcopus, vel eius Vicarius poſſunt iam cum eis diſpenſare. Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 15. per totum, præcipuè numero finali.*

18 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus, etiam occultis, & cum circũſtantiis de quibus *ſuprà*, ſi ad Nuntium Apoſtolicum patet de facili aditus. Sanchez *dict. lib. 2. diſp. 40. num. 8.* Nauarrus *in Manuali cap. 22. num. 65.* Vega *lib. 6. ſumm. caſu 143. in fine.* Barboſa *in paſtorali allegat. 35. part. 2. num. 10.* vbi citat Henriquez in ſummario qui contrarium tenet, nempe poſſe Epiſcopum diſpenſare, licèt de facili ad Nuntium Apoſtolicum eſſet aditus.

19 Nequit etiam diſpenſare in eis ſi ad Commiſſarium Cruciatæ recurſus haberi poteſt, qui facultatem habet diſpenſandi in impedimentis dirimentibus occultis poſt contractum matrimonium. Sanchez.

Sed hanc concluſionem fallere poſſe patet ex eo, quòd Commiſſarius Cruciatæ ſi diſpenſat poſt contractum matrimonium in impedimentis occultis, interuenit hæc conditio vt coniux alteri coniugi nullitatem & impedimentum detegat; ſed in multis caſibus euenire poteſt, quòd valdè inconueniens ſit, & periculoſum alteri coniugi detegere impedimentum ob vitæ & famæ periculum, præcipuè ſi eſt fœmina, quæ impedimentum habet, nam tunc diſpenſabit Epiſcopus, non obſtante quòd Commiſſarius Cruciatæ prope ſit. Sanchez *ſuprà.* 20

Poteſt Epiſcopus diſpenſare in cognatione ſpirituali orta inter coniuges poſt matrimonium contractum, vtpote quia filium proprium extra neceſſitatis caſum baptizarunt, vel in baptiſmo aut confirmatione ſuſceperunt, hæc enim cognatio poſt matrimonium veniens non dirimit, ſed impedit ne debitum exigatur, in quo diſpenſat Epiſcopus. Sylueſter *verbo matrimon. 8. num. 7.* Armilla *verbo diſpenſatio, num. 18.* Emanuel Sa *verbo impedimenta dirimentia, n. 23.* Matiença *ad rubricam titul. 1. gloſſ. 1. num. 143. lib. 5. recopilat.* Nauarrus *in Manuali cap. 16. num. 34. verſ. interrogatus autem.* Vgolinus *de officio Epiſcopi part. 2. cap. 60 §. 2. num. 1.* Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſput. 12. numero 15.* Barboſa *d. allegat. 35. num. 9.* 21

Et diſpenſare cum coniuge, cui debiti petitio eſt prohibita ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge, ob copulam habitam cum conſanguinea vxoris, vel vxor cum conſanguineo viri, licèt ad Nuntium pateat aditus. Abbas *in cap. 1. num. 4. de eo qui cognouit conſangui-* 22

*neam vxor.* Soto *in* 4. *ſentent.diſt.* 37.
*quæſt.vnic.art.*2. *col.*4. Armilla *verbo*
*diſpenſ.num.*18. Syluester *verbo debi-*
*tum*, *num.*11. Emanuel Sa *verbo de-*
*bitum coniugale*, *num.* 13. Sanchez
*ſuprà num.* 10. & Vgolinus *num.* 2.
Ledeſma *de matrimon.quæſt.*54.*art.*4.
*dub.* 2. Valentia *part.* 4. *diſp.*10.*q.*5.
*punct.* 5. *in fine.* Henriquez *in ſumm.*
*lib.*11.*cap.*15.*num.*11.*ante finem.* Lopez
*in l.*13.*tit.*2.*part.*4. Gutierrez *cano-*
*nicar.lib.*1.*cap.*23. *num.*15. Barboſa
*ſuprà num.*12.

23 Et cum illo, qui in ſacro Ordi-
ne conſtitutus de licentia Papæ
matrimonium contraxit, nulla ſeu
falſa cauſa adiecta pro obtinenda
diſpenſatione, nam debitum pete-
re nequit donec iterum Pontifex
conſulatur: & tunc ſi periculum
adeſt incontinentiæ, & recurſus
ad Papam facilè haberi non poteſt,
vel interim quòd recurſus fit, ti-
metur copula, diſpenſabit Epiſco-
pus. Sanchez *dict. lib.* 8. *diſput.* 8.
*num*10.

24 Poteſt etiam diſpenſare cum mi-
noribus, qui ætatem ad matrimo-
nium contrahendum requiſitam
nondum adimplerunt, ſi habent
vſum rationis, ſeu malitiam quæ
ætatem ſuppleat. Sanchez *de matri-*
*mon.lib.*7.*diſput.*104. *num.* 12. Hen-
riquez *in ſumm lib.* 11. *cap.* 13. §. 12.
Reginaldus *in praxi fori pœnitent.*
*lib.*31.*num.* 171. *verſ. notandum eſt.c.*
*vbi.c.puberes*, *de ſponſatione impube-*
*rum.* & ibi Scribentes, Emanuel Sa
*verbo matrimonium,num.*8.& Barbo-
ſa *ſuprà num.*20.

25 In caſu quo dubitatur, vtrùm
diſpenſatio ſit neceſſaria, vel non,
quòd debet peti diſpenſatio, inquit
Sanchez *d.lib.*8.*diſp.*6.*num.*18.

26 At verò contrarium tenendum
eſt, nam ſi dubitatur an ſit neceſ-
ſaria diſpenſatio, ad cautelam ſe-
curiùs erit ſi petatur. Emanuel Sa
*verbo diſpenſatio*, *num.* 18. Barboſa
*ſupra,num.*18.

Adueniente iuſta cauſa peccat 27
Epiſcopus non diſpenſando, quæ ſit
iuſta cauſa ſuo arbitrio, & con-
ſcientiæ relinquitur. Syluester *verbo*
*diſpenſatio* 1. *num.* 3. Emanuel Sa
*num.*2.

Poteſt Epiſcopus diſpenſare in- 28
ſtante iuſta cauſa ſuper tribus de-
nuntiationibus, ante matrimonij
celebrationem faciendis, vt omit-
tantur: *cap.* 1. *circa medium*, *de re-*
*format.ſeſſ.*24. Bernard. Matienço *in*
*rubric. tit.* 1. *lib.* 5. *recopilat. gloſſ.* 1.
*num.* 34. Soto *in* 4. *ſentent. diſt.* 28.
*quæſt.vnic.art.*2.*col.*3. Coninck *de ſa-*
*crament.diſput.* 27. *dub.*5. *num* 53.*&*
*dub.*6.*num.*54. Petrus de Ledeſma *in*
*ſumm.part.*1.*de ſacrament. matrimon.*
*cap.*6.*conc.*7. Henriquez *lib.*11.*cap.*5.
§.5.*in comm litera S.* Leo *in theſauro*
*part.*2.*cap.*8.*num.*56.*& cap.*9.*num.*52.
*d.part.*2. Viualdus *in candelabro,c. de*
*quibudam quæſtionibus num.*16. Sylue-
ſter *verbo matrimonium*,6. *num.*7. &
Emanuel Sa *num.*5. & Zerola *eodem*
*verbo parte* 1. *num.* 8. Gutierrez *ca-*
*nonic.lib.*1.*cap.*19.*num.*5. *vſque ad* 15.
Riccius *in praxi deciſ.* 258. *num.* 1.
Sanchez *lib.*3.*diſp.*7. *num.*3. Vgoli-
nus *cap.* 60. *num.* 3. Barboſa *part.*2.
*alleg.*32.*num.*27.

In caſu quo Epiſcopus diſpenſat 29
ſuper denuntiationibus ante ma-
trimonium faciendis, poſt contra-
ctum matrimonium, fieri debent
in diebus feſtiuis, non ferialibus,
vt ſacra Congregatio declarauit,
nempe, non poſſe diſpenſare vt in
ferialibus diebus diſpenſationes
fiant: teſte Zerola *in praxi verbo*
*matrimonium,part.*1.*num.*4. Riccius
*deciſ.* 257. *num.* 3. Barboſa *ſuprà.*
Gratianus *diſceptation. capite* 83.
*num.*28.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

30 Epiſcopus alterius contrahentis cum ambobus diſpenſare poteſt in denuntiationibus. Sanchez *de matrimonio d. lib.* 3. *diſput.* 7. *num.* 7. Coninck *diſp.* 27. *dub.* 6. *num.* 54. Reginaldus *lib.* 31. *in praxi fori pœnitent.num.*232. Gutierrez *de matrimon.cap.*46.*num.*10.*ad finem.*Barboſa *alleg.*32.*num.*35.

31 Si vrgente cauſa non diſpenſat Epiſcopus ſuper denuntiationibus grauiter peccat. Sanchez *d. lib.* 3. *diſput.*10. *num.*6. Gutierrez *canonic. lib.*1.*cap.*20.*num.*23. *verſ. præter ordinar. & de matrimon. cap.* 57. *num.*4. Barboſa *ſupra n.*51.

32 Vicarius generalis Epiſcopi ex generali commiſſione quam habet, poteſt in denuntiationibus diſpenſare. Viualdus *in candelabro cap.* 1. *de quibuſdam quæſtionibus*, *num.* 16. Coninck *de ſacrament. diſput.* 27. *dub.* 6. *num.* 55. Ledeſma & Barboſa *num.* 29. & 20. Gratianus *num.* 10. Gutierrez *num.*15. Alphonſus à vera Cruce *in appendice ad ſpeculum coniugatorum in* 1. *dub. in* 6. *propoſitione.* Riccius *deciſ.*259. *num.* 2. Sanchez *d.diſp.*7.*n.*10.*lib.*3.

33 Sed Vicarius foraneus non poteſt abſque ſpeciali commiſſione diſpenſare. Sanchez *num.*11. Riccius *num.*4. Gutierrez *num.*16.

34 Parochus neque inſtante neceſſitate, neque etiam ſi interueniat iuſta cauſa diſpenſare valet in denuntiationibus. Sanchez *num.* 17. Ægidius *diſp.*27.*dub.*5. *num.* 53. Gutierrez *num.*2. & 3.

35 Epiſcopus poteſt tam Vicario generali, quàm parocho, ſeu alij clerico delegare licentiam diſpenſandi in denuntiationibus. Sanchez *num.*20. Barboſa *num.* 36. Coninck *diput.* 27. *dub.* 6. *num.* 55. *concluſ.* 3. Reginaldus *lib.*31.*in praxi num.*235. *in princ.* Gutierrez *de matrimonio cap.*56.*num.*13. Cæuallos communis contra comm. alios referens *quæſt.* 604.*num.*93.& 99.

Poteſt etiam committere tam Vicario generali, quàm alij clerico 36 facultatem diſpenſandi in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus, & in reliquis caſibus ſibi ratione magnæ neceſſitatis competentibus. Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 40.*num.*17. Barboſa *alleg.* 35. *part.*2. *num.*14.

Nam ſi Vicario generali ſpecia- 37 tim hanc facultatem committat, non poterit diſpenſare ex generali commiſſione quam habet, nam ad hoc vt diſpenſet in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus, requiritur particularis commiſſio, ſeu particularis clauſula, quæ in titulo Vicariatus inſeratur. Barboſa *num.* 13. Sanchez *num.* 12. Riccius *reſolut.*228.*num.*3. Henriquez *d.lib.*11.*cap*3.§.2.*in fine.*

Habentes priuilegium diſpen- 38 ſandi in caſibus Epiſcopalibus, etiam matrimonialibus, nequeunt diſpenſare in caſibus non iure ordinario, ſed ratione vrgentis neceſſitatis competentibus. Sanchez *d.num.*9.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare 39 vt matrimonium celebretur ſine Parocho, & teſtibus, licèt iuſta cauſa interueniat. *cap.*1. *de reformat. ſeſſ.* 24 Emanuel Sa *verbo matrimon. num.* 1. Sanchez *de matrim. d. lib.* 3. *diſp.*17.*num.*6.

Non poteſt Epiſcopus diſpenſa- 40 re cum parocho triennio ſuſpenſo, eo quòd matrimonio clandeſtino interfuit, quia hæc ſuſpenſio non incurritur à iure, ſed per ſententiam, & ſic cum occulta non ſit, quia ad forum contentioſum eſt deducta, non habet Epiſcopus facultatem diſpenſandi. *c.quod inhibitio.*

*tio. §. vltim. de clandeſtina diſpenſat.* Sanchez *lib. 3. diſput. 41. num. 3. &* *diſput. 52. num. 2.* Gutierrez *canonicar. lib. 1. cap. 5. num. 9.* Couarruuias *de ſponſalibus, part. 2. cap. 6. in princ. num. 14.* Bernardus Diaz *in practic. cap. 73. n. 3.* Marius *de cenſuris tom. 2. diſput. 11. de ſuſpenſis cap. 5. ante finem.* Barboſa *in paſtorali part. 2. alleg. 32. num. 166. cum ſequentibus.*

41 Poteſt Epiſcopus, vel eius Vicarius generalis abſoluere à ſuſpenſione impoſita in Concilio Tridentino ipſo iure, ſi eſt occulta: vtpote cum parocho, aut alio clerico, qui alienos parochianos ſine proprij parochi licentia coniunxit, & deſponſauit. Epiſcopus verò qui abſoluturus eſt, debet eſſe ordinarius illius parochi, cuius erat tale matrimonium celebrare. *c. 1. de reformat. ſeſſ. 24.* Sanchez *lib. 3. diſp. 42. num. 4.*

42 Poteſt Epiſcopus ex magna cauſa concedere, vt tempore prohibito, vt eſt Aduentus, vel Quadrageſima, nuptiæ celebrentur: ſed celebratio matrimonij, ſi commodè poteſt fieri, debet eſſe ſecretò, & ſine populi frequentia. Soto *in 4. diſt. 32. quæſt. vnic. art. 3. in fine.* Emanuel Sa *verbo matrimonij impedimenta non dirimentia, num. 12. in fine.* Sanchez *lib. 7. diſp. 7. num. 6.*

43 Non poteſt Epiſcopus conſtitutiones facere matrimonia dirimentia continentes. Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 1. n. 9.* Ægidius Coninck *diſp. 30. dub. 3.*

44 Neque poteſt diſpenſare, vt Equites ordinis ſancti Mauricij, Patris mei, cuius nomen immeritiſſimè porto, & Milites Diui Lazari cum ſecunda coniuge, vel primò cum vidua contrahant; nam cum vnica & virgine contrahere tantùm permittitur. Leo *in theſauro part. 2. cap. 8. num. 35.*

### *SVMMARIVM.*

*Epiſcopus tantum poteſt in ſua Diœceſi circa diſpenſationem votorum, quantum Pontifex in toto orbe, nonnullis exceptis.* num. 1.

*In quibus votis diſpenſet* Epiſcopus. num. 2.

*An diſpenſet in votis ſolemnibus per modum pœnæ emiſſis.* num. 3. & 4.

*An diſpenſet in votis conditionalibus, ante aduentum conditionis.* num. 5. & 6.

*An cum eo, qui vouit intrare religionem vt laxiorem ingrediatur.* num. 7.

*Et cum profeſſo minore 25. annorum, vt ad religionem laxiorem tranſire valeat.* num. 8.

*An cum eo, qui Presbyteralem Ordinem ſuſcipere vouit vt vxorem ducere poſſit.* num. 9.

*An cum eo, qui votum emiſit de non nubendo, & quid ſi fuit factum in Dei fauorem.* num. 10.

*Vtrùm cum eo, qui vouit numquam tangere mulierem libidinosè.* num. 11.

*Et vtrùm cum vouente virginitatem ſeruare.* num. 12.

*Vtrùm diſpenſet in voto caſtitatis perpetuæ.* num. 13.

*An in voto caſtitatis ad tempus.* num. 14.

*Votum caſtitatis ad centum annos an dicatur perpetuum.* num. 15.

*Hominis vita ex iuris præſumptione*

*ne vſquequò duret* num. 16.
*In voto religionis etiam temporali an diſpenſet.* num. 17.
An *in voto diſiunctiuo.* num. 18. & num. 19.
An *diſpenſet in votis pœnalibus poſt peccatum commiſſum.* num. 20.
An *cum muliere diſpẽſare valeat, quæ vouit aſſumere habitum de Beata.* num. 21.
An *cum vouente intrare religionem Diui Iacobi Alcantaræ, aut Calatrauæ.* num. 22.
An *cum vouente intrare religionem Diui Ioannis* num. 23.
An *cum coniuge vouente non petere debitum coniugale.* numero 24.
An *cum coniuge, qui de alterius conſenſu continentiam vouit.* num. 25 & 26.
An *cum eo, qui poſt votum ſimplex contraxit, vt debitum petere poßit.* num. 27.
An *cum vouente in fauorem tertij.* num. 28.
An *cum eo, qui ſe non tranſiturum ad alias nuptias poſt eius mortem iurauit.* num. 29.
An *cum vouente ire ad ſanctum Iacobum, vel ad Hieroſolymam.* num. 30.
An *diſpenſet in voto Hieroſolymitano, facto cauſa deuotionis, vel ſubſidij.* num. 31. *vſque ad* 33.
*Authoris opinio contra Barboſam, & alios.* num. 33.
*Vtilius erit ſi Epiſcopus commutet vota eundi Hieroſolymam, & applicet quæ conſumpturus erat vouens in itinere, illis ſacris locis, & ſanctiſsimis Religioſis Franciſcanis, qui ibi viuunt vt Apoſtolici viri, ac Chriſti martyres.* num. 34.
An *diſpenſet cum vouente non acceptare præbendam.* num. 35.
An *diſpenſet in ieiuniis, & commutare queat vota perpetuò ieiunandi in Sabbato & ſimilia.* num. 36.
*Vicarius Epiſcopi ex generali commißione an diſpenſet in votis, ſeu iuramentis.* num. 37.
*An diſpenſet cum Monialibus in voto clauſuræ, ad hoc vt monaſterij clauſtra exire valeant.* num. 38.
*In quibus caſibus Moniales poßint exire monaſteria.* num. 39.
A *quibus approbari debet licentia exeundi.* num. 40.
An *viſitare monaſteria Monialium poßit Epiſcopus cauſa reparandi clauſuram.* num. 41.
*Intrare monaſteria Monialium an poßit Epiſcopus extra cauſam vrgentem.* num. 42.
An *excommunicare poßit accedentes ad monaſteria Monialium exemptarum, ſi ſcandalum generatur, &c. tali communicatione.* num. 43.
*Moniales, ſeu Religioſi an poßint renunciare ſine licentia Epiſcopi.* num. 44.
*Religioſi Societatis Ieſu an ad id teneantur.* num. 45.

# DE POTESTATE CIRCA VOTORVM DISPENSATIONEM.

## CAPVT OCTAVVM.

1 SINGVLARISSIMA eſt Epiſcopalis poteſtas circa votorum diſpenſationem, in quibus diſpenſat Epiſcopus in ſua Diœceſi cum propriis ſubditis, ſicut Pontifex in toto orbe ( aliquibus infrà referendis exceptis. ) Syluester *verbo diſpenſatio, quæſt.* 9. Gutierrez *canonicarum,* alios citans, *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 11. Angelus *verbo votum*. Soto *de iuſtitia lib.*8.*quæſt.*1.*art.*9. Sanchez *de matrimon.lib.*8.*diſp.*9 *n.*3.

2 Primò enim Epiſcopus diſpenſare poteſt in omnibus votis ſolemnibus, ( exceptis per ſacri Ordinis ſuſceptionem, & per ſolemnem profeſſionem emiſſis, & caſtitatis perpetuæ, atque Hieroſolymitanæ, Romanæ, & Compoſtellanæ peregrinationis.) Emanuel Sa *verbo voti irritatio, num.*9. Sylueſter *verbo votum*, 4. *n.*3. Toletus *lib.*4. *cap.*18. *num.*11. Armilla *verbo diſpenſatio, num.*16. Angelus *verbo votum* 4.§.6. Henriquez *in ſumm. lib.* 7. *cap.* 30. §.6.*liter. A.* Vgolinus *de officio Epiſcopi, cap.*58.§.4. Gutierrez *canonicar. lib.*2.*cap.*22. *num.* 46. Lancellottus *in templo, lib.*2.*cap.*1. §.4. *ſumm. diſpenſatio in voto.* Azor *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.*11. *cap.*18. *quæſt.*4. *verſ. mihi videtur, & cap.*19. *quæſt.*3. Leo *in theſauro part.* 2. *cap.* 8. *num.* 51. Leſius *de iuſtit.lib.*2.*cap.*46. *dub.* 13. *num.*104. Couarruuias *in c. quamuis pactum, de pactis in lib.*6. *part.*1.§.3. *num.*12. Nauarrus *in Manuali cap.* 12.*num.*75. Sanchez *ſuprà, num.* 2. Viualdus *in candelabro part.* 3. *c.* 14. *de voto num.*55.

Diſpenſat etiam Epiſcopus in talibus votis, præcipuè emiſſis per modum pœnæ: vt ſiquis dicat, iuro, ſeu voueo me non luſurum tali ludo, vel non peccaturum tali aut tali peccato, & ſi ſecus fecero ingrediar religionem, ibo in terram ſanctam, ſeu caſtitatem perpetuò ſeruabo: & quod diſpenſare poſſit Epiſcopus in his & aliis per modum pœnæ emiſſis. Emanuel Sa *verbo ſuprà num,*11. Cardinalis Toletus, Henriquez, Viualdus *n.* 46. Aragon.2.2.*quæſt.*8. *art.*2. Ludouicus de Mirand. *in Manuali tom.* 1. *quæſt.*47. Sanchez *de matrim.d. lib* 8. *diſput.*10.*num.*8. Leſius *de iuſtit.lib.*2. *cap.*40.*dub.*13.*num.* 106. *verſ.*7. Rodriguez *quæſtio. regularium. tom.* 2. *quæſt.*100.*art.*2. 3

Licèt contrarium teneant Nauarrus *num.* 43. Couarruuias & Azor *dict. cap.* 19. *quæſt.* 13. Gutierrez *num.* 50. Alcorer *in ſumm.* 116. Soto *de inſtit.lib.*7.*quæſt.*2.*art.*1. & 4. 4

In votis conditionalibus, ſeu iuramentis non diſpenſat Epiſcopus, etiam conditione pendente: vt ſiquis intrare religionem voueat, ſi tale fecerit. Nauarrus *conſ.*5. *num.*1.*de voto.* Azor *inſtitut. moral. part.*1.*lib.*11.*cap.*19.*quæſt.*13. Barboſ. 5

*in*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6 *in paſtorali, part. 2. alleg. 37. num. 5.*

At verò poſſe Epiſcopum in hoc, & ſimilibus caſibus diſpenſare, dum diſpenſet Epiſcopus antequam illud committatur, tenent Nauarrus ſibi ipſi contrarius *in Manuali cap. 12. num. 43.* Viualdus *in candelabro part. 3. cap. 14. de voto, num. 48.* Vgolinus *de officio part. 2. cap. 58. §. 2. num. 2.* Gutierrez *canonicar. lib. 2. cap. 22. num. 21.*

7 Poteſt etiam diſpenſare cum illo, qui religionem intrare vouit, vt laxiorem ingrediatur. Syluester *verbo votum 4. num. 3. verſ. 6.* Nauarrus *conſ. 40. num. 8. & conſ. 41. num. 2. de voto.* Vgolinus *ſuprà §. 3. num. 1.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. centur. 5. caſu 421. num. 16.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 9. num. 17.* Emanuel Sa *verbo voti irritatio, num. 11.* Syluester *verbo votum, 4. §. 3.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 12.* nam id non eſt diſpenſare in religionis voto abſolutè.

8 Diſpenſat etiam cum profeſſo minore viginti quinque annis, vt tranſeat ad religionem laxiorem. Syluester *ſuprà verſ. 6.* Tuſchus *lit. E, concluſ. 247. num. 8.*

9 Et diſpenſat cum eo, qui ſacrum Ordinem ſuſcepturum vouit, vel Presbyteratum, ad hoc vt poſſit vxorem ducere. Viualdus *in candelabro part. 3. cap. 14. de voto, num. 43.* Nauarrus *conſ. 18.* aliàs *32.* in antiquis *de voto, num. 1.* Coninck *de ſacram. diſput. 33. dub. 3. n. 34.* Sanchez *num. 13.* & Vgolinus *num. 5. & 6.* Suarez *de religione tom. 2. tract. de voto, lib. 6. cap. 21. num. 6. cum ſequenti.* Azor *inſtitut. moralium, d. lib. 11. c. 9. quæſt. 9.* Sayrus *in claue regia lib. 6. cap. 11. num 60.*

10 Et cum illo qui votum emiſit de non nubendo, ſi factum in Dei fauorem. Vgolinus *num. 3.* Sayrus *num. 46. cum ſequentibus.* Azor *dict. cap. 19. quæſt. 5.* Coninck, Sanchez *num. 11.* Toletus *in ſumm. lib. 4. c. 18. num. 11.* Armilla *verbo diſpenſatio, num. 18.* Zerola *eodem verbo part. 1. num. 8.* Viualdus *dict. part. 3. cap. 14. num. 42.* Gutierrez *canonicar. lib. 2. cap. 41. num. 49.* Soto *de iuſtitia lib. 8. quæſt. 1. art. 9.* Rodriguez *tom. 4. de ſus obras cap. 187.* aliàs *137. num. 5.* Sa *num. 11. in fine.*

Diſpenſat etiam cum illo, qui vouit numquam tangere mulierem libidinosè. Nauarrus *conſ. 42. num 2. de voto.* Vgolinus *diſt. part. 2. cap. 58. §. 3. num. 3.* 11

Et cum vouente virginitatem ſeruare, ſi vouens ad caſtitatem ſe obligare non intendit, ſed tantùm ad corporis integritatem ſeruandam, conſiſtentem in abſtinentia à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur. Sanchez *d. lib. 8. diſput. 9. num. 9.* Sayrus *ſuprà num. 55.* Barboſa *part. 2. allegat. 37. num. 18.* 12

Diſpenſat etiam in voto caſtitatis in caſu vrgentis neceſſitatis, quando facilè non poteſt haberi recurſus ad Papam, & timetur de incontinentia. Rodriguez *quæſtion. regular. quæſt. 63. art. 6. tom. 1. fol. 614.* Henriquez *lib. 7. cap. 30.* Gregorius de Valentia *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 6. part. 7.* Nauarrus *in Manuali, c. 12. num. 76.* Emanuel Sa *verbo voti irritatio, num. 11.* Armilla *verbo diſpenſatio, num. 17.* Leſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 40. dub. 3. num. 106. verſ. 4.* Suarez *de religione tract. de voto, lib. 6. cap. 26. num. 8. cum ſequenti.* Barboſa *in d. part. 2. allegat. 37. num 8.* Sanchez *de matrimonio lib. 2. diſput. 40. num. 7. & dicto lib. 8. diſputat. 9. num. 22 cum ſequentibus.* 13

Diſpenſat etiam in voto caſtitatis ad tempus, vt ad decem, vel quindecim annos. Emanuel Sa *ver-* 14

*bo voti irritatio*, *num.* 11. & Amilla *ſuprà num.*18.Sylueſter *verbo votum*, 4.*num.*3.Viualdus *in candelab.part.*3. *cap.* 14. *de voto*, *num.* 54. Coninck *de ſacram.diſput.* 33. *dub.*3. *num.* 34. Vgolinus *de officio cap.*58.§.3.*num.*2. *part.*2. Sanchez *d. lib.* 2. *& d. lib.* 8. Leſius *ſuprà num.*105.Toletus *lib.*4. *cap.*18.*num.*11.Zerola *verbo diſpenſatio.part.*1.*num.*8. Gutierrez *canonicar.lib.*1.*cap.*22.*num* 48. Rodriguez *tom.*4.*de ſus obras cap.* 187. *num.* 17. Paludanus *diſt.*38.*art.*4. *conc.*6.

15 Sed licèt in voto temporali diſpenſare queat, non in voto facto ad centum annos, ſeu ad octoginta: quia reputatur perpetuum. Leſius & Rodriguez *vbi proximè*: eò
16 quòd hominis vita ex longa iuris præſumptione durare præſumitur vſque ad centum annos, non vltrà. Argumento textus *in l. ſi vſusfructus*,8.*ff.de vſufructu legato.*

17 Nequit Epiſcopus diſpenſare in voto temporali religionis: exemplum erit, quando quis eſt obligatus intrare religionem, & non remanere, vt quia vouit ingreſſum intentione probandi, vel nihil ſpecialiter cogitans de remanendo, vel non remanendo, quo caſu ingredi debet. Sylueſter *verbo diſpenſatio*,4.*num.*3.*verſ.ſextum.*

18 Diſpenſat etiam Epiſcopus in voto diſiunctiuo. Diſiunctiuum dicitur cuius vna pars Pontifici reſeruata eſt, altera verò non: vt ſi quis diſiunctiuè voueat caſtitatem vel Ordinem ſacrum, vel religionem, ſeu Presbyteratum, quia in hoc caſu vouenti integrum eſt illam partem non reſeruatam Papæ, in qua Epiſcopus diſpenſare poſſit, eligere, ideò dicimus poſſe diſpenſare Epiſcopum. Sanchez *de matrim. lib.*8.*diſp* 9.*num.*14.

19 Limita tamen, ſi vouens ſe ad ordines nullo modo promoueri propoſuit, eligens alteram partem, vt caſtitatem ſeruare, vel religionem ingredi: nam ſi animum cùm vouit direxit ad hanc partem voti, nullo modo poterit diſpenſare Epiſcopus. Sanchez *num.*14.

Diſpenſat etiam in votis pœnalibus, vt diximus *ſuprà num.*3. etiam poſt peccatum commiſſum, vt accidit quotidie in ludentibus, qui votum emittunt non ludendi ſub pœna eundi Romam genibus, ore bufonem ferendo: vt latè probat Viualdus *in candelabro part.*3.*cap.*14. *de voto*, *num* 46. *vſque ad* 58. etiamſi iuraſſent non petere diſpenſationem, ſeu iuramenti relaxationem niſi à Papa, vt quotidie ludentes dicunt. Sanchez *in ſumm.lib.*4.*cap.*8. *num.*34.*verſ.quoad diſpenſationem*,*&* *num.*36. 20

Diſpenſat etiam cum muliere quæ votum emiſit aſſumendi habitum fœminarum, (quas vulgò Beatas vocant,) ſi non emittat tria vota. Viualdus *in candel.part.*3.*cap.* 14.*num.*44. Sanchez *dict.lib.*8.*diſp.*9. *num.*15. 21

Diſpenſat cum vouente ingredi religionem Diui Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, Montetæ, & ſimilium. Sanchez *ſuprà num.*16. 22

Sed non cum vouente ingredi religionem Diui Ioannis, quia is Ordo eſt vera religio. Sanchez *d.num.*16. 23

Poteſt etiam Epiſcopus diſpenſare cum coniuge vouente non petere debitum perpetuò, & ſeruandæ caſtitatis, ſi fuit factum ſine alterius coniugis conſenſu, ad hoc vt petat viuente coniuge: at verò illo mortuo continentiam ſeruare tenetur, & votum adimplere. Toletus *lib.*7.*cap.* 18. *num.*4. Emanuel Sa *verbo voti irritatio*,*num.*11. Sylue- 24

ſter

ſter *verbo votum*, 5. *num.* 2. *&* 5.
Armilla *verbo diſpenſatio*, *num.*18.
Sanchez *lib.*8.*diſput.*9. *num.* 7. *&* 8.
Sayrus *in claue regia lib.* 6. *cap.* 11.
*num.* 52. Vgolinus *de officio Epiſcop.*
*part.*2.*cap.*58.§.3. *num.*5. Barboſa *in*
*paſtorali part.*2.*alleg.*37.*n*10.

25 Sed licèt coniuges de communi
conſenſu atque conſilio continen-
tiam perpetuam vouerint, diſpen-
ſabit Epiſcopus vt debitum petere
poſſint. Emanuel Sa *verbo debitum*
*coniugale*,*n.*2. Sanchez *de matrimon.*
*lib.*8.*diſp.*9.*n.*8.

26 Contrarium veriſſimum dicunt,
Soto *in* 4.*ſentent. diſt.*37. *quæſt. vnic.*
*art.* 2. *tom.* 2. Coninck *diſput.* 33.
*dub.*3.*num.* 34. Armilla *verbo diſpen-*
*ſatio*,*num.*17.Vgolinus *de offic. Epi-*
*ſcopi*,*part.*2.*cap.*58.*num.*1.*verſ.*2. niſi
votum eſſet meticuloſum, Sed ad
hoc videndus Barboſa alios citans
*in paſtorali*,*part.*2.*alleg.*37.*n.*11.

27 Diſpenſat Epiſcopus cum eo qui
votum ſimplex emiſit, & poſtea
vxorem duxit, & matrimonium
conſummauit, vt debitum petere
poſſit, ſi ad Papam facilè non po-
teſt recurſus haberi, & timetur de
incontinentia: mortuo autem
coniuge, tenetur qui vouit votum
adimplere. Armilla *verbo debitum*,
*num.*13.Candelabrum *ſuprà*.Toletus
*lib.*7.*cap.*18. *num.* 4. *& lib.*2. *cap.*18.
*num.* 4. Armilla *verbo diſpenſatio*,
*num.* 19. Syluester *num.*15.*& verbo*
*debitum*, *num.* 11.Gregorius Lopez
*in l.* 11.*tit.* 2. *part.*4. *verbo es ſimple.*
Soto *in* 4.*ſentent. diſt.*37. *quæſt.vnic.*
*art.*2.*in fine.* Vgolinus *de off.Epiſcopi*
*part.*2.*cap.*58.§.3.*num.* 1. Gutierrez
*canonicar.lib.*1.*cap.*23.*n.*17. Sayrus
*in claue regia lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 53.
*verſ.etiam.*Barboſa *ſuprà n.*9.

28 Non diſpenſat Epiſcopus in voto
in fauorem tertij facto, & ab illo
acceptato: quia non poteſt ius
quæſitum alteri auferre, vt egre-
giè tradit Franciſcus Vegius *conſ.*5.
incipit, *Adiutor Deus in præſenti cau-*
*ſa*:*num.*2.*&* 4. Vt ſi coniux ſe alteri 29
coniugi voto obligauerit, poſt eius
mortem non tranſiturum ad alias
nuptias, non diſpenſabit Epiſcopus
niſi alterius coniugis interueniat
remiſſio iuris ſibi quæſiti ex tali
voto. Armilla *verbo diſpenſatio*,*n.*20.
Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *quæſt.* 1.
*art.* 9. *col.* 2. Emanuel Rodriguez
*tom.*4.*de ſus obras cap.*287.*num.*5.

Epiſcopus non diſpenſat in voto 30
eundi ad ſanctum Iacobum, vel ad
Hieroſolymam, niſi magna cauſa
interueniat, & vt ſaltem quòd vo-
uens differat ad tempus iter. Vgo-
linus *de off. Epiſcopi cap.*58. §.4.*n.*2.
Barboſa *ſupra num.*16.

Diſpenſat in voto Hieroſoly- 31
mitano, & Compoſtellano, ſi cauſa
deuotionis eſt factum, non cauſa
ſubſidij. Gloſſa *in c. ex multa.* & ibi
Panormitanus *num.* 3. 4 *&* 11. *de*
*voto.* Armilla *verbo diſpenſatio*, *n.*16.
Emanuel Sa *verbo voti irritatio*,
*num.* 11. Graffis *in deciſ. aur. lib.*2.
*cap.*30.*num.*30.Toletus *lib.*4.*cap.*18.
*num.*11.Viualdus *in candelab part.*3.
*cap.*14. *de voto*, *num.* 67. aliàs 73.
Angelus *verbo votum* 4. §. 6. Lancel-
lottus *in templo*, *lib.* 2. *cap.* 1. §. 4.
*ſumm. diſpenſatio in voto.* Nauarrus
*in Manuali cap.*12.*n.*7.

Sed quòd iſta opinio neque ſit 32
ſecura, neque procedat, tenent
Barboſa *in paſtorali part.* 2. *alleg.*37.
*num.* 4. Azor *inſtitut. moral.part.*1.
*lib.*2.*cap.*19.*dub.*4.Suarez *de religione*
*tom.*2.*tract.de Voto*,*lib.* 6.*cap.*21.*n.*5.
Sayrus *in claue regia lib.* 6. *cap.* 11.
*num.*39.

At verò ego contrarium teneo 33
& cum Panormitano, & gloſſa,
Armilla, Sa, & aliis, conſtanter
affirmo poſſe Epiſcopum in hoc

voto diſpenſare nec diſtinguendum cenſeo an ſit factum cauſa deuotionis, aut ſubſidij, quia mea ſententia (niſi fallor) eſt, quòd hodie ſi tale votum emittitur, fit tantùm cauſa deuotionis, non ſubſidij:nam cùm hodie, iam poſtquam Turcarum, (proh dolor!) aucta eſt poteſtas, ceſſarunt bella & ſubſidia, quæ pij & Chriſtianiſſimi Principes zelo verè laudabili mittebant, receſſit etiam ab vſu Crucem ſumere, & ad Hieruſalem pergere, in ſubſidium pro recuperanda illa ſacra loca, vbi noſtræ ſalutis myſteria operata ſunt: & ſic qui votum emittit eundi Hieroſolymam, non cauſam ſubſidij, ſed deuotionis habere præſumitur; nam vnius quale ſubſidium eſſe poteſt ad tot
34 inimicos debellandos. Et ſic ſanctiùs erit ſi Epiſcopi diſpenſent cum tali vouente, applicando quod ipſe conſumpturus erat in itinere, pro reparatione illius ſanctiſſimi loci, & etiam illis ſanctiſſimis Religioſis Franciſcanis, qui multa pro tributorum ſolutione patiuntur incommoda; ſed tandem Dei amore inflammati ita ſuſtinent, ita laborant, quaſi Martyres Chriſti,& Seraphines cæleſtes. Seraphines namque arcam teſtamenti ſeruabant, & alis cooperiebant: Et iſti glorioſiſſimi, magni ac ſingulariſſimi Seraphinis Franciſci Patris mei filij, idem libentiſſimè ſancto zelo & ingenti deſiderio faciunt; cum arca vbi Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti poſt amariſſimam paſſionem requieuit. Adiuuentur igitur illi ſanctiſſimi Patres copioſis eleemoſynis, ne dicatur quòd domus Dei deſerta ac deſolata eſt, quia non eſt qui ſubueniat: quæ namque propria dici poteſt domus Dei, niſi eius ſanctiſſimum ſepulchrum, & qui tenentur ſubuenire niſi Epiſcopi, qui ingentes & copioſos reditus habent, & ſucceſſores ſunt Apoſtolorum, ad quos præcipuè ſpectat curare de reparatione locorum, vbi Dominus noſter, Epiſcopus verus,noſtræ ſalutis remedium operatus eſt, tot ſuſtinens pro noſtra redemptione,& ſalute?

Poteſt etiam diſpenſare cum cle- 35
rico qui iurauit non acceptare præbendam, vel Eccleſiæ ſeruire: nam ſi conueniens fuerit non ſolùm diſpenſabit Epiſcopus, ſed etiam aſtringet ad acceptandum, ſeu inſeruiendum.Soto *de iuſtit. lib.*8. *q.*1. *art.*9.

Poteſt etiam diſpenſare in ieiu- 36
niis, & commutare vota ieiunandi perpetuò in Sabbato, & ſimilia. Armilla *verbo diſpenſatio, num.*18. Viualdus *in candelabro part.* 3.*cap.*14. *de voto, num.*72.*&* 77.Emanuel Rodriguez *quæſtion. regul. tom.* 2.*q.*100. *art.*2.*fol.*498.

Vicarius Epiſcopi licèt Genera- 37
lis, niſi ſpeciale habeat mandatum, diſpenſare nequit in votis,ſeu iuramentis. Sanchez *in ſumm.lib.*4.*cap.* 33.*num.*18.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare 38
in voto clauſuræ,ad hoc vt Moniales poſſint exire monaſterium,etiam interueniente grauiſſima cauſa,aut infirmitate. Conſtat ex motu pro-
prio Pij V. vbi excipiuntur tres 39
cauſæ: ſunt enim incendium magnum, infirmitas lepræ, & epidemiæ. Latè Ioannes Gutierrez *canonicar.lib.*1.*cap.*14.*per totum, præcipuè num.*9.

Et tam in iſtis tribus caſibus, 40
quàm in aliis, in quibus à iure permittitur Monialibus profeſſis exire monaſteria,non ſolùm cauſa approbanda eſt à Superiore Religionis talis Monialis, ſed etiam ab Epiſcopo

ſcopo illius Diœceſis, quod habet locum tam in Monialibus religioſis ſubiectis, quã immediatè Papæ, & in quibuſcumque aliis: vt latè eum aliis reſoluit Barboſa *part.* 3. *alleg.* 102. *n.* 29.

41 Et ibi *num.* 4. probat, poſſe Epiſcopum viſitare monaſteria Monialium exemptarum, quotieſcumque ſibi neceſſarium viſum fuerit, cauſa reparandi clauſuram.

42 Aliter verò intrans monaſteria extra neceſſitatem viſitationis, aut alterius vrgentiſſimæ cauſæ, excommunicationem incurrit: & prima vice ab ingreſſu Eccleſiæ priuatur, ſecunda à Pontificalibus ſuſpenditur, tertia ipſo facto excommunicatur, per bullam Gregorij XIII. Vgolinus *de off. Epiſcop. titulo de gubernatione Monialium, cap.* 21. §. 3. *num.* 4. Gratianus *diſceptat. c.* 339. *num.* 5. *&* 20. Barboſa *num.* 42. cum ſequentibus.

43 Poteſt etiam Epiſcopus pro euitandis ſcandalis, quæ oriuntur ob nimiam communicationem in monaſteriis Monialium, excommunicare accedentes ad talia monaſteri, licèt exemptæ ſint. Gratianus *tom.* 2. *diſceptat. cap.* 383. *fol.* 653.

44 Moniales ſeu Religioſi non poſſunt renuntiationem bonorum facere, niſi de licentia Ordinarij illius loci, hoc eſt, Epiſcopi, intra duos menſes ante profeſſionem. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regularibus, cap.* 16. Garcia *de beneficiis p.* 11. *cap.* 9. *num.* 10. Miranda *in Manuali quæſt.* 33. *tom.* 3. Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 139. *verſ. antequam.* Azor *inſt. moralium part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *col.* 169. Leſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 4. *num.* 40. Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *num.* 397. Leo *in theſauro part.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. Sa *verbo religio, num.* 5. Barboſa *par.* 3. *alleg.* 99. *n.* 2.

Sed hæc non procedunt cum nouitiis Societatis Ieſu, qui renuntiare poſſunt in fauorem eiuſdem religionis, vel cuiuſcumque perſonæ, non ſeruata forma & modo in Concilio requiſito, neque intra bimeſtre ante profeſſionem, vel ante vota biennij ex Apoſtolica conceſſione. Emanuel Sa, Leonardus Leſius, Molina, Barboſa, *n.* 23. *ſupra.* Sanchez *in ſum. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 9. *tom.* 2. 45

## *SVMMARIVM.*

*Ad collationem beneficiorum an requiratur examen, & ad quid.* num. 1.

*Examen per concurſum an fieri debeat, in collatione beneficij iuriſpatronatus laicorum.* num. 2. *&* 3.

*In permutatione an requiratur concurſus.* num. 4.

*An ſine concurſu examinetur prouiſus à Papa per reſignationem.* num. 5.

*An excuſetur ab examine Doctor in iure canonico, aut Theologiæ, aut Vicarius Epiſcopi, ſeu alia perſona idonea.* num. 6.

*Epiſcopus an diſpenſet ſuper hoc.* num. 7.

*An electo termino ab Epiſcopo deputato ad concurſum, poſſit Epiſcopus alium admittere contradicentibus oppoſitoribus.* num. 8.

*Quare edictum ad beneficium non circumducatur.* num. 9.

*Nouos examinatores an deputare poſſit Epiſcopus ſine celebra-*

*tione*

*tione Synodi.* num. 10.
*Intra quantum tempus debeat Epiſcopus collationem facere beneficiorum ad ſe pertinentium* num. 11.
*Intra quod illorum quæ ad Papam ſpectant.* num. 12.
*Quare abbreuiatur tempus quoad collationem beneficiorum cuius prouiſio ad laicos expectat, & dilatatur quoad Epiſcopos.* num. 13.
*Quando incipiat currere ſemeſtre, ſeu quadrimeſtre.* num. 14.
Præſumptio *quæ ad hoc vt conſtet de notitia vacationis.* num. 15.
*Interim dum prouidetur de parocho in Eccleſia vacanti quid facere debeat Epiſcopus.* num. 16.
*Filio legitimo, vel nepoti, ſeu alio conſanguineo idoneo, an poſſit Epiſcopus beneficia conferre.* num. 17.
*An poſſit diſpenſare cum proprio filio illegitimo, quoad minores, & ſimplex beneficium.* numero 18.
*Suis familiaribus idoneis an poſſit beneficia conferre in gratificationem ſeruitiorum.* numero 19.
Paciſci *ſuper hoc an poſſint cum famulis.* num. 20.
*Beneficia reſignata an ſuis conferre poſſint* Epiſcopi, *vel conſanguineis reſignantium.* num. 21.
*An poſt reſignationem poſſit* Epiſcopus *conferre tale beneficium ad preces reſignantis.* num. 22.
*An prouideri poſſint beneficia illorum qui matrimonium contraxerunt, aut habitum regularem ſuſceperunt, donec profiteantur, aut matrimonium de præſenti contrahant.* num. 23.
*Interim an debeat deputare Vicarium qui ſeruiat, donec profiteatur, aut de parocho prouideatur.* num. 24.
*In curia Papæ an poſſit admittere reſignationes, & quæ cautela vtilis ad hoc.* num. 25.
*An prouidere ibi poſſit beneficia.* num. 26.
*Quid ſi* Papalis *ſedes vacat.* num. 27.
*An de iure communi ad Epiſcopum beneficiorum prouiſio pertineat.* num. 28.
*Mortuo* Papa *an ceſſent impedimenta, & ligamina quæ* Epiſcopi *habent* num. 29.
Priuari *prouiſione beneficiorum an dicatur* Epiſcopus *ſi expreſſè non caueatur* num. 30.
*Si Cardinalis S. R. E. habet indultum ad conferenda beneficia in aliqua Diœceſi, an virtute talis indulti conferre poſſit beneficia, quorum prouiſio ad* Epiſcopum *expectat.* num. 31.
*Quæ obſeruare debeat* Epiſcopus *quando timet ne alius Superior beneficium quod ille confert per viam præuentionis conferat.* num. 32.
*An imponere poſſit penſionem in beneficiis.* num. 33.
*An diſpenſare valeat cum minore*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*decimum tertium annum non habente ad obtinendum ſimplex beneficium.*num.34.

*An illis qui decimum ſeptimum annum habent poſsit conferre canonicatum, aut dignitatem Eccleſiæ collegiatæ.*num.35.

*An poſsit diſpenſare ſuper ætate ad obtinendum canonicatum in cathedrali.*num.36.

*An diſpenſet cum filio Sacerdotis, vt obtineat immediatè beneficium quod pater obtinuit.* num.37.

*An diſpenſare valeat cum parocho ad hoc vt ſe abſentare poſsit vltra bimeſtre, etiam ſi interueniat cauſa ſtudiorum, aut legendi cathedram, aut exercendi officium Inquiſitoris.* numero 38.

*Quæ temporum interualla ſeruare teneatur quando procedit aduerſus parochos non reſidentes.* num.39.

*An diſpenſare poſsit cum canonicis vt ſe abſentare valeant per quatuor menſes.*num.40.

*Vtrùm requiratur licentia Epiſcopi ad hoc, vt abeſſe poſsint canonici per tres menſes.*num.40.

Ad Epiſcopum *pertinet deputare quota pars Canonicorum abeſſe debeat, ne debito ſeruitio Eccleſia careat.*num.41.

*Poteſt etiam deputare horam & materiam de qua Canonicus Theologalis lecturus eſt.* numero 42.

*Vtrùm poſsit cogere obtinentes ſimplicia beneficia ad aliquod ſeruitium.*num.43.

*Vtrùm creare poſsit in Eccleſia dignitatem Cardinalatus.* numero 44.

*Quas præbendas creare poſsit Epiſcopus remiſsiuè.*num.45.

*Quas donationes de rebus Eccleſiæ, & alienationes remiſsiuè.* num.46.

*Vtrùm erigere nouas parochias cum cauſa, contradicentibus aliis rectoribus, poſsit* Epiſcopus. num.47.

V*trùm beneficia vnire.* numero 48.

A*n erigere Seminarium, & explanatur cap.* 18. *Concil. Trident. ſeſsione* 23. num. 49. & 50.

Mm

# DE BENEFICIIS.

## CAPVT NONVM.

1 EXTAT enim *in c.* 18. *Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. decretum ſingulare, & Eccleſiæ vtiliſſimum: præcipitur enim ibi Epiſcopis quòd ante beneficiorum collationem concurſum faciant, & nullum admittant niſi præuio examine, ne imperitis & ignauis animarum cura tradatur. Gonzales *in reg. 6. cancellariæ gloſſ.* 6. alios referens. Conſtat etiam ex conſtitutione Pij V. anno de 1567. promulgata. Marzilla *ſuper cap.* 16. *Concilij, lib.* 1. *tit.* 2. *de ætate & qualitate, fol.* 27. Germonius *de indultis Cardinal.* §. *quibuſuis, num.* 17. Pariſius *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 12. Garcia *de beneficiis cap.* 2. *num.* 154. *part.* 9. Riccius *in praxi reſolut.* 351. *verſ. amplia* 3. *& ampliat.* 4. Barboſa *part.* 3. *allegation.* 60. *num.* 15.

2 Limita tamen in collatione parochialium quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, quia non debet interuenire examen per concurſum, ſed ſufficit quòd deputatus à patronis examinetur ab Epiſcopo, & examinatoribus, & quòd ab ipſis approbetur. Lelius Zechus *de republ. eccleſiaſt. cap.* 28. *de parocho, num.* 6. *fol. mihi* 325. Pariſius *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 111. Leſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 58. *&* 81. Vgolinus *de offic. Epiſcopi cap.* 50. §. 3. *verſ.* 3. Garcia *de benefic. d. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 255. Gonzales *dict. regul.* 8. *cancellar. gloſſ.* 6. *num.* 134. Leo *in theſauro part.* 2. *cap.* 3. *num.* 39. Barboſa *ſuprà num.* 18. Caualcanus *deciſ.* 17. *p.* 2. *n.* 18.

Si verò plures ſunt præſentati requiritur examen per concurſum, quod fieri debet inter ipſos præſentatos, & qui idoneus repertus fuerit inſtituetur ab Epiſcopo. Latè Lara *de anniuerſariis lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. Lelius Zechus *de viſitatione cap.* 3. *num.* 6. Gonzales *ſuprà n.* 138. Vgolinus, Barboſa, Riccius & Garcia *num.* 256. vbi dicit, quòd ſic declarauit ſacra Congregatio. 3

Non fit concurſus in prouiſione parochialium, ſi interuenit permutatio beneficij ſimplicis cum beneficio Curato, quia tunc ſufficit nouum examen, vt ſacra Congregatio declarauit. Garcia *part.* 9. *cap.* 2. *num.* 166. *tom.* 2. Barboſa *in remiſſionibus ad cap.* 13. *ſeſſ.* 7. *num.* 4. *fol.* 22. 4

Examinatur etiam abſque concurſu prouiſus à Papa per reſignationem factam ab amico in ſui fauorem. Leſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 84. Gutierrez *canonicar. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 10. Barboſa *in paſtor. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 21. 5

Ab examine ad beneficium Curatum non excuſatur, licèt qui examinandus eſt ſit Doctor, aut Licentiatus in iure canonico, vel in ſacra Theologia perſona literata, aut Vicarius generalis Epiſcopi, Archidiaconus, ſeu Pœnitentiarius, vt ſacra Congregatio declarauit illis verbis, Doctor ſiue Licentiatus in Theologia; ſiue in iure canonico, 6

&

& in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine quando petiit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali. Pariſius *de reſignat. lib.8.quæſt. 9. num.83. vſque ad 92.*Gonzales *de menſibus & alternatiuis, gloſſ.4.num.89.vſque ad 92.cum ſequentibus.*

7 Et quòd Epiſcopus in hoc non diſpenſat Fuſcus *de viſitatione lib. 2. cap.5. num.* 10. Cenedo *ad decretales collect.* 15.*num.* 5. Garcia *de benefic. d. part.9.cap.2.num.*102.Riccius *in praxi reſolut.* 351.*num.2.& deciſ.*414. *in verſ.amplia* 2. multos citat Barboſa *in remiſſ. ad cap.*18.*ſeſſ.*24. *de reform. & in paſtorali part. 3. dicta alleg.* 60. *num.*13. *& in cap.*13. *Concilij Trident. ſeſſ.*7 *num.* 5. Marcus Antonius Genuenſis *in praxi Archiepiſcop. curiæ Neapolitanæ cap.* 65. *num.*1. Leſius *de iuſtitia lib.*1.*cap.*34.*num.*82. Couarruuias *in reg. peccatum 2. part.* §.3. *num.* 9. Molina *de iuſtit. tom.* 1. *tract.2.diſp.*81.*circa finem.verſ.dictum Innocentij.* Zerola *in praxi part.* 2. *verbo Doctor.*§.1.

8 Conuerſus enim fauetur valdè in iure, ita vt Epiſcopo liceat admittere aliquem ad concurſum, non obſtante quòd terminus ab eo præfixus ſit elapſus, & aduerſarius qui comparuerat durante termino contradicat; ita fuit reſolutum per Rotam in vna Calaguritan.dimidij beneficij, 22. April. 1602. Riccius *in praxi deciſ.*423.*num.*3.& ibi ponit cauſam, quia intereſt Eccleſiæ, eiuſq; fauor eſt plures oppoſitores
9 concurrere; & in numero ſequenti dicit, quòd ideò in prouiſionibus beneficiorum edictum non circumducitur, quemadmodum in iudicialibus, quia expedit Eccleſiæ plures habere conſultores. *c. de quibus, diſtinct.* 20. *c. ea noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis.* Garcia *de benefic. part. 9. cap. 2. num.* 206.

Conſtat etiam eius fauor ex eo, 10
quòd ne concurſus ſeu examen omittatur, permittitur Epiſcopo nouos examinatores deputare, abſque celebratione Synodi, ſi examinatores à Synodo deputati mortui ſunt, aut abſentes. Riccius *in praxi deciſ.*418.*in prima edit.& reſol.*355.*in ſecunda edit.* Barboſa *in paſtorali p.*3.*alleg.*60.*n.*50.

Prouiſio enim beneficiorum, ſi 11
ad Epiſcopum collatio ſpectat, debet fieri intra ſex menſes. *c. nulla.c. quia diuerſitatem, de conceſſ.præbend. c. licet. c.dilecto.de ſupplend. negl. Prælator. Clemen.vnic. eodem titulo.* Rebuffus *titulo de deuolutionibus.* Riccius *in praxi reſolut.* 184. *num.* 1. Garcia *de benef.part.* 10. *cap.2.num.*1. Barboſa *part.3.alleg.*58.*n.*1.

In prouiſione verò parochialium 12
quorum collatio ad Papam, ſeu ad quoſcumque laicos ſpectat, abbreuiatur tempus, & fit prouiſio intra quadrimeſtre, & præuio examine ſeu concurſu eligit Epiſcopus, & perſonam electam Papæ ſignificat, quod debet in hunc modum ſeruare iuxta conſtitutionem Pij V. de qua Garcia *de benefic. part.* 10.*cap.2.num.*3.Barboſa *n.*3.

Et ideò abbreuiatur tempus quo- 13
ad laicos, & prolongatur quoad Epiſcopos, quia laici poſſunt variare nam ſi Epiſcopus non confirmauerit ab eis præſentatum, alium deputant, ſeu præſentant, quod Epiſcopus ſeu alius patronus Eccleſiaſticus facere non poſſunt, niſi iuſpatronatus eis competat, ratione patrimonij, ſeu ex alia cauſa, dummodò laicale ſit. *c. cum propter. c.dilectus.c.paſtoralis. cum ſimilibus de iure patronatus.* Lambertinus *de iure patronat. part.* 2. *lib.*7. Gutierrez *de iuram.confirmator.part.3.c.*13.Pariſius

*de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 13.
Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *n.*73.
Reginaldus *in praxi fori pœnitent.*
*lib.*30.*tract.* 3.*num.*223.Garcia *part.* 5.
*cap.* 9. *num.* 211. Vgolinus *de offic.*
*Epiſcopi cap.*51.*in princ. num.* 5. *verſ.*
*verum cum multis.*Barboſa *in paſtorali p.*3.*alleg.*73.*n.*151.

14 Et hæc eſt ratio, quia patronus
Eccleſiaſticus cùm de Eccleſia ſit,&
ibi ſemper præſumatur eſſe, præſu-
mitur etiam quòd benè noſcit ap-
tos, & idoneos ad præſentandum,
quàm laici, qui cùm de rebus ac
perſonis Eccleſiaſticis parùm cu-
rent, facilè decipiuntur circa præ-
ſentatos, & ſic permittitur eis va-
riare: non verò Eccleſiaſticis, qui
ſi errant in præſentando, ſua culpa
& negligentia fit. Barboſa,Spina,&
Lambertinus.

15 Currit enim ſemeſtre, vel qua-
drimeſtre à die notitiæ vacationis.
*c.quia diuerſitatem, in fine*, & ibi
Gloſſ. *de conceſſ. præbend.* & Gloſſ.
*in d.c.nulla, verbo infra ſex menſes,*
*eodem titulo c. licet. cum gloſſ. de ſup-*
*plend.neglig Prælat.* Azor *inſtitut. mo-*
*ral part.*2 *lib.*6.*cap.*26.*quæſt.*10.Gon-
zales *regul.*8.*cancellar. gloſſ.* 6. *n.*132.
Riccius *in praxi reſolut.* 184. *num.*1.
& ſic deciſum fuiſſe in Rota teſta-
tur Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.*
58. *num.*5. *& in num.*6.dicit, quòd
ad hoc vt in Epiſcopo, vel in quo-
16 libet patrono præſumatur vacatio-
nis ſcientia, debet conſiderari va-
cationis tempus, qualitas benefi-
cij, longitudo ac locorum diſtan-
tia. Garcia *de benefic. part.* 10. *cap.*2.
*num.*31.

17 Habita verò vacationis notitia
interim dum prouidetur debet
Epiſcopus (licèt ad laicos præſen-
tatio pertineat) clericum idoneum
conſtituere, qui in Eccleſia paro-
chiali vacante ſeruiat, deputata
ſibi congrua ſufficienti ad ſuſtenta-
tionem. *c.cum vos, de offic. ordinarij.*
*c.quoniam.c.ſi verò.c. cum propter, de*
*iure patronatus.* Concil. Trident.
*ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.*18. Lamber-
tinus *de iure patronatus lib.* 2. *part.*2.
*quæſt.*1. *num.*29.alios refert Barboſa
*part.* 3. *allegat.* 60. *num.* 1. Azor *in-*
*ſtitut. moral. lib.* 6. *cap.* 8. *part.* 7.
Franciſcus Leo *in theſauro part.* 2.
*cap.*18.*num.* 52. Riccius *deciſ.*575.*in*
1. *edit.& reſolut.*495.*num.*3.*in* 2.*edit.*
idem Barboſa *in part.* 3. *allegat.* 59.
*num.*24.Lancellottus *in templo lib.*2.
*cap.* 5. §. 4 *ſumm. de potent. Epiſcop.*
*in ſpiritualibus, num.* 18. Marzilla
*lib.* 1. *tit.* 2. *de ætate & qualitate, ſu-*
*per cap.* 18 *Concil. Trident. de reform.*
*ſeſſ.* 24. Iacobus de Graffis *in deciſ.*
*p.*2.*lib.*2.*cap.*26.*num.*28.

Poteſt Epiſcopus beneficia con- 17
ferre tam conſanguineis idoneis,
quàm filio legitimo, ſeu nepoti.
*c.dilecto* 25.*in princ.de præbend.* & ibi
Abbas,Peregrinus *conſil.*33.*num.*30.
*tom.*1. Valençuela *conſil.* 98. incipit
*quamuis priorum, num.* 16. Abbas
*conſil.*96. *vol.* 2. Lambertinus *de iure*
*patronatus lib.*2.*part.*1.*quæſt.*8.*art.*12.
*num.*10. Barboſa *in paſtorali, part.* 3.
*allegat.* 72.*num.* 94. cum Rocho de
Curti, Gonzales *in regula cancellar.*
§. 4.*prooem. num.* 47.& 48. Meno-
chius *de præſumptionibus lib.* 5. *præ-*
*ſum.*35.*num.*9.

Poteſt diſpenſare cum filio ſuo 18
illegitimo, quoad minores Ordi-
nes, & beneficium ſimplex.Rodri-
guez *tom.*3.*de ſus obras cap.*38.*num.*2.
Maiolus *de irregul.lib.*1. *cap.*12.*n.*13.
Suarez *de cenſuris, tom.* 5. *diſp.* 50.
*ſect.*5.*num.*6.

Poteſt etiam ſuis familiaribus, 19
& perſonis ſibi gratis beneficia
conferre, in gratificationem,& re-
munerationem ſeruitiorum, dum-
modò pactum ſuper hoc non interue-
nia t

ueniat:vt ſingulariter notauit Gloſſ.
*in c.cum eſſent*.12. *verbo promiſerat,de*
*ſimonia*,ibi , poteſt ergo licitè qui-
libet ſeruire Epiſcopo , vel alij , ſpe
futuræ remunerationis , nec ſimo-
nia committitur in tali ſpe , cùm
20 ſine omni pactione & conditione
ſeruiat : dummodò principaliter
hac intentione non ſeruiat , nec
Epiſcopus directè pro hoc ſeruitio
ei prouidere in beneficio intendat.
Et ibi nota Marginalis , Abbas, Fe-
linus , Antonius de Butrio, & cæ-
teri Scribentes, cum aliis Gonzales
*vbi proximè n*.51.*&* 52.

21 Non poteſt Epiſcopus ſuis con-
ſanguineis ſeu familiaribus benefi-
cia vacantia per reſignationem,
nam licèt beneficiorum reſignatio-
nes admittere poſſit , Azor *inſtitu-*
*tione moralium part*. 2. *lib*. 7. *cap*. 29.
*quæſt*.10. Barboſa *in paſtorali part*. 3.
*allegat*.69.*num*. 23 dummodò cauſa
iuſta ſit , & reſignet vnde viuere
habeat , & cùm non ſit in fauo-
rem tertij. Neque conferantur re-
ſignatorum conſanguineis ſeu fa-
miliaribus , aut conſanguineis ſeu
familiaribus Epiſcopi admittentis,
ſub pœna ſuſpenſionis à collatio-
ne , electione, inſtitutionéve bene-
ficiorum , donec abſoluantur à Pa-
pa , licèt ſe ignoraſſe has pœnas di-
cant ; colligitur ex motu proprio
Pij V. Gutierrez *conſil*.42.*per totum*,
*præcipuè num*.9. Vgolinus *de offic.Epi-*
*ſcop*.§.28.*num*.5.*in fine*.Barboſa *ſuprà*
*num*.49. Garcia *de benefic. part*. 11.
*cap*.3.*num*. 271. Pariſius *de reſignat.*
*lib*.5.*quæſt*.6.*n*.222.

22 Sed licèt reſignationem in fauo-
rem tertij admittere nequeat , po-
terit Epiſcopus dimiſſione benefi-
cij iam facta, ſine vllo pacto aut
conuentione conferre beneficium
ad preces ipſius renunciantis , in
quo non peccant neque Epiſcopus
neque renuncians , cùm libera ſit
apud Epiſcopum eligendi poteſtas,
ſeu conferendi , quæ nullo modo
per renunciantis preces reſtringi-
tur , & in motu proprio preces,pa-
ctum , ſeu conuentiones factæ ante
renuntiationem prohibentur , non
verò interceſſio poſt interueniens,
quæ nihil aut parùm operabuntur
ſi Epiſcopo non placuerit. Barboſa
*dict.alleg* 69.*num*. 50. vbi citat Pro-
ſperum de Auguſtino.

Poteſt etiam admittere reſigna- 23
tionem eorum qui matrimonium
contrahere , ſeu religionem ingre-
di intentant : ſed non debet con-
ferre beneficium,donec ſolemniter
profiteantur , vel matrimonium de
præſenti contrahant. Barboſa *n*.43.
*& part*.3.*allegat*.99.*num*.19. *vſque ad*
21.Garcia *de benefic. part*. 11. *cap*. 9.
*num*.12.*&* 13. Rodriguez *tom*. 3. *de*
*ſus obras cap*.35.*num*.11.

Interim verò poterit prouidere 24
de Capellano Eccleſiæ vacanti , &
illi deputare congrua ad ſuſtenta-
tionem : fructus verò remanentes
nouitio applicari debent , quia ad
eum pertinent.Rodriguez.

Non poteſt admittere in curia 25
Papæ reſignationes beneficiorum,
licèt qui reſignant ſubditi ſint. Ro-
driguez *ſuprà num*.5. *c.licet Eccleſia-*
*rum , de præbend. lib*. 6. & ibi Gemi-
nianus , Couarruuias *variar. lib*. 3.
*cap*. 20. *num*. 8. *&* 9. Pariſius *lib*.7.
*quæſt*. 14. *num*. 23. Barboſa *part*. 3.
*allegat*.69.*num*.22.vbi ponit pro cau-
tela , quòd ſi vult admittere reſi-
gnationes , exeat à curia , & ibi ad-
mittat ac conferat , & poſtea re-
deat.

Neque poteſt beneficia in curia 26
Papæ vacantia prouidere. *d.c.licet* 2.
*de præbend lib* 6. & ibi Geminian. &
Scribent. Lara *de anniuerſar. & ca-*
*pellan.lib*.2.*cap*.10.*num*.12. Rebuffus

in praxi titulo de forma mandati Apoſtolici, fol.mihi 732.Garcia de benefic. part.cap.11.num.68. Text.ſingularis in Clement. ſi duobus 1. vt lite non conteſtat. & ibi Cardin. Barboſa in paſtorali, part.3. allegat. 57.num. 19. Pariſius de reſignat. lib. 2. quæſt. 16. num.18. Anaſtaſius, Germonius de indultis Cardinal.§. quæ ſublatis.n.34. Vgolinus de offic.Epiſcop.cap.50.§.2. num.2. Lancellottus in templo lib.2. cap.5.§.4. n. 23. Cardinalis Tuſchus litera E.concluſ.263. num.8. Franciſcus de Pauinis de officio Capituli ſede vacante, quæſt. 1. ſecundæ partis, n.6. Gambarus de off. Legati,lib.4. n.612. fol. 92. Hippolytus de Marſilis in l. final.ff.de iuriſd.omn.iudic.num.8. Valençuela conſ.57.incipit pro Domino Ferdinando,n.2.& 4.

27 Sed fallit quando beneficia curata vacant in curia, ſede Papali vacante, ſeu antea, & tempore vacationis non inueniantur collata, quia tunc ob animarum ſalutem, ne animarum cura tamdiu in pendenti ſit, permittitur Epiſcopo tum conferre beneficia, ſiue Epiſcopus in propria Diœceſi ſit, ſiue in aliena, vel in curia Papæ, c. ſi Apoſtolica ſedes 35.de præbend. lib.6.& ibi Geminianus, Lara de anniuerſariis lib.2.cap.10.num.8.& 9. Vgolinus, Barboſa ſuprà.Rebuffus in praxi titulo de nominatione quæſt. 15. num.28.verſ.ſecundò fallit. Gonzales in reg.cancellar.§. 5.proœm. num. 125. cum ſequentibus,& Gloſſ.24.num.111. & 117. Paulus Æmilius deciſione 86.

28 Et hæc eſt ratio, quia Epiſcopo de iure communi pertinet prouiſio Eccleſiarum, & beneficiorum ſuæ Diœceſis, in quo habet fundatam intentionem.c.ordinarij 3. de off.ordi-
29 nar.lib.6.Diaz de Luco regul.24. vbi ponit aliquas limitationes, & cùm Apoſtolica ſedes vacat, ceſſant omnia impedimenta & obſtacula, ac etiam reſeruationes, ex quo dirigitur beneficiorum curatorum prouiſio ad ius commune, hoc eſt, ad Epiſcopum, eo quòd tunc omnes menſes dicuntur Ordinariorum. Gonzales in reg.8. cancellar. de menſ.& alternat.§.5.num.46.vſque ad 50.

Et ita verum eſt habere inten- 30
tionem fundatam de iure communi in prouiſione beneficiorum de Diœceſi,quòd numquam ea priuari cenſentur niſi expreſsè exprimatur.c.1.de off.Legati, lib.6. & ideò ſi Cardinali indultum detur ad conferenda beneficia in aliqua Diœceſi vacantia, non poterit virtute talis indulti conferre beneficia,quorum prouiſio ad Epiſcopum ſpectat, ne illi fiat præiudicium in his quæ ſibi competunt de iure communi. Gloſſ.in d. c.1. de off. Legati, lib.6.verbo ampliori. Alexander Ludouiſius,poſtea Papa,deciſ.291.incipit,deferente,n.7.fol.310.

Quando Epiſcopus beneficium 31
confert in quo præuentio locum habet, ſeu timet, quòd ne Legatus, Cardinalis, Nuncius Apoſtolicus, ſeu Papa, de illo per regulam præuentionis collationem faciat, & ne ſua collatio inutilis reddatur, debet facere prouiſionem per inſtrumentum celebratum coram Notario & teſtibus ſubſcribentibus ibi : nam non ſufficit ſola Epiſcopi ſubſcriptio, & ſui Secretarij (ſi non eſt Notarius,) quando agitur contra prouiſum Apoſtolicum : quia timetur ne fraus interueniat in anticipanda data.Gonzales in reg.8.cancell.§.3.proœm. n. 147. vſque ad 172.

Non poteſt Epiſcopus imponete 32
penſionem in beneficio,ne collatio

inutilis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inutilis reddatur. *c. 1. vt Eccleſiaſt. beneficia ſine l.5.tit.16. part.1.* Antonius de Padilla *in l.ſi illud.§.ſi de falcidia.num. 22. ff. de legatis* 2. Molina *de Hiſpaniar. primogenit. lib.2.cap.4. num.21.*

33 Neque poteſt diſpenſare cum minore decimum tertium annum non habente, ad obtinendum beneficiũ ſimplex, requiritur enim quòd decimum quartum annum attingat, licèt non ſit impletus. Henriquez *in ſumm.lib.10.cap.19.§.2.* Riccius *in collatione ad deciſ. part.4.collat.* 860. *& in praxi fori Eccleſiaſt. reſolut.325. num.3.* Azor *inſtit. moralium part. 2. lib.6.cap.5.quaſt.7. in fine.* Barboſa *in paſtorali, part.3 allegat.* 60. *num.75. cum ſequenti.* Gonzales *in regula* 8. *cancellar. gloſſ. 5. in princ. num.* 90. multos citat ipſe Barboſa *in remiſſ. ad c.6.Concil.ſeſſ.23.de reform. num.1. fol.63.*

34 Poteſt conferre Dignitatem, ſeu Canonicatum Eccleſiæ collegiatæ habentibus decimum ſeptimum annum. Riccius *in praxi deciſ.735. in 1.edition. & reſolut.512.in ſecunda, num.3.* Barboſa *in paſtor. part.3.alleg. 60.num.66.*

35 Ad canonicatum ſeu dignitatem in Eccleſia cathedrali requiritur habere vigeſimum ſecundum annum, in quo non diſpenſat Epiſcopus. Emanuel Sa *verbo beneficium, num.* 31. Azor *inſtitut. moral.part.2. lib.2.cap.5.quaſt.3.ante finem.* Barboſa *vbi proximè.*

36 Non poteſt diſpenſare cum filiis Sacerdotum, vt ea beneficia immediatè obtineant, quæ patres habuerunt, vel in illa Eccleſia. *c. præſentium,*& ibi Gloſſ. *verbo patiaris. c. conquerente.c.ex tua nobis. c. quoniam. c. ad extirpandas. c. Michael. c. cum decorem.c.ad abolendam.c. dilectus, de filiis Presbyteror.* Mandoſius *ſignatur. gratiæ, titulo de diſp. ad beneficia in Eccleſia in qua Pater.* Barboſa *p.3. allegat.65.n.30.fol.342.*

Non poteſt diſpenſare cum Parocho, ad hoc vt ſe abſentare poſſit vltra bimeſtre, etiamſi interueniat cauſa ſtudiorum, vel legendi cathedram, licèt alius idoneus non inueniatur, vel exercendi officium Inquiſitoris, vel Collectoris Apoſtolici, vt Congregatio declarauit anno de 1590.die 22. Februarij, ſuper *c.1.Concil.de reformat ſeſſ.6.* Argumento textus *in c. 1. de off. Vicarij.* Barboſa *in remiſſ.ad c.1 ſeſſ. 23.de reformat.num.3.vſque ad* 5.alios citans, *& in paſtorali part.3.cap. 2. num.* 81. Leo *in theſauro part.3. cap. 2. num.9. cum ſequentibus.* Riccius *in praxi deciſ.364.num.2.& deciſ.502.* Gonzales *in regula 8. cancellar. gloſſ.6.num* 251. *&* 254.*&* 265.*&* 266. 37

Et quando procedit aduerſus Parochos non reſidentes, tenetur ſeruare eadem temporum interualla, quæ contra Epiſcopos non reſidentes Concil.Trident.ſtatuit. Garcia *num.* 32. & Barboſa *allegat.* 53. *num.*104. 38

Diſpenſare poteſt Epiſcopus vt ſuæ Eccleſię canonici abeſſe poſſint per quatuor menſes, ſi cauſa legitima adeſt. Barboſa *in remiſſ.ad c. 1. ſeſſ. 23. num.* 10. & ibi citat Dom. Comitolum *Reſponſorum moralium lib.1.quaſt.59num.2.* 39

Requiritur licentia Epiſcopi ad hoc, vt Canonici abeſſe poſſint per tres menſes. Barboſa *d. allegat.* 53. *num.*113.Garcia *d.c.2.num.*408. 40

Sed contrarium tenet Marzilla *lib.1.cap.15.litera Y,tit.9.fol.* 135. inquiens, non teneri requirere licentiam Epiſcopi, ſed quòd in caſu quo omnes capitulares, ſeu maior pars canonicorum abeſſe velint, tunc Epiſcopus debet declarare 41

ſuum

ſuum arbitrium, & deputare qui tunc debeant abeſſe, & qui remanere in Eccleſia pro ſeruitio, ne debito ſeruitio careat: vt Congregatio declarauit *ſuper cap.* 12. *de reform. in communi ſeſſ.* 24. teſte Marzilla *ſuprà.*

42 Relinquitur tamen Epiſcopi arbitrio deputare quo tempore, & hora, & de qua materia Canonicus Theologalis lecturus ſit. Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 56. *n.* 6.

43 Non poteſt Epiſcopus cogere obtinentes beneficia ſimplicia ad exhibendum aliquod perſonale ſeruitium, quia ex antiquiſſima conſuetudine Eccleſiæ non tenentur niſi ad officium recitandum, & ad inſeruiendum per alios ab Epiſcopo approbatos. Barboſa *alleg.* 53. *num.* 179. Garcia *de benefic. cap.* 2. *p.* 3. *num.* 9.

44 Non poteſt Epiſcopus in ſua Eccleſia creare dignitatem Cardinalitiam ſine Papæ licẽtia. Andreas Siculus *de præſtantia Card. p.* 1. *baſil.* 1. *num.* 25. Tuſchus *liter. C, verbo Cardinali, concluſ.* 95. *num.* 5. Lancellottus *in templo lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 23. Rodeanus *part.* 1. *cap.* 22. *tit. de ſimonia num.* 1. *fol. mihi* 72.

45 Quas præbendas creare, & quas ſuprimere de conſenſu Capituli poſſit, & quando & quomodo, Barboſa cum aliis *part.* 3. *alleg.* 67. *num.* 9.

46 Quas donationes, & alienationes de bonis Eccleſiæ facere poſſit. Rodeanus *de rebus Eccleſiæ non alienandis tom.* 1. *per totum.* Calderinus *conſil.* 1. *de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, fol.* 30. latè Barboſa *in paſtorali part.* 3. *alleg.* 95. *per totam.* vbi alios citat: vide etiam Creſcentium *in deciſ. Rotæ deciſ.* 1. *alleg.* 81. *tit. de iureiurando fol. mihi* 62. Mandoſius *ſignat. grat. tit. locãdi indultum, fol.* 105. 6.2. *&* 5. *& tit.* 1. *de donationibus.*

Poteſt etiam vt Apoſtolicæ ſedis delegatus, ſi ſibi neceſſarium viſum fuerit, ob locorum diſtantiam, & ob magnam longitudinem, & incommoda erigere nouas parochias, etiam contradicentibus rectoribus alterius parochiæ, & aſſignare nouiter conſtitutis congruam ſuſtentationem ex fructibus Eccleſiæ matricis. Concil. Trident. *de reformat. ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *verſ. in his. c. ad audientiam* 1. *c. tua nos cum gloſſ. verbo indigenti, de Eccleſiis ædificand. vel reparandis. c. præcipim.* 16. *quæſt.* 1. Mandoſius *ſignatur grat. tit. erectiones.* Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *q.* 7. Rebuffus *in tract. de decimis.* Leo *in theſaur. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 68. Riccius *in praxi deciſ.* 554. *in* 1. *edit. & reſolut.* 476. *in* 2. *edit.* Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 68. *num.* 1. & ibi citat Matthæum Suarez *in pract. de ordine viſitandi cap.* 4. *num.* 1. 47

Poteſt etiam ex legitimis cauſis vnire beneficia ſuæ Diœceſis *c. ſicut vnire, de exceſſibus Prælator. c. expoſuiſti, de præbend. & dignitat. c. conſultationibus, c. paſtoralis, de donationibus. Clementina prima.* §. *ad hæc, de ſtatu Monachorum.* Fuſcus *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. Azor *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. habetur etiam in deciſionibus Rotæ *in nouiſſimis diuerſor. auditor. part.* 2. *deciſ.* 133. *per totam, fol.* 669. Federicus de Senis *quæſt.* 111. *num.* 8. *fol.* 58. Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 62. Barboſa *in paſtorali part.* 3. *allegat.* 66. *num.* 3. Ioannes Baptiſta, Cacialupi *de vnionibus num.* 22. Thomas Zerola *in praxi verbo vnio, part.* 1. *& part.* 2. *eodem verbo.* Vgolinus *de off. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 52. 48

Poteſt etiam erigere Seminarium in ſua Diœceſi, cuius erectio valdè neceſſaria, vt ibi adoleſcentes piè & Chriſtianè alantur, iuxta 49

formam

formam traditam *in cap.* 18. *Concil. Trident.ſeſſ.* 23. *de reformat.* Riccius *in praxi deciſ.* 489. *num.* 1. *in prima editione & reſul.* 380. *in* 2. *editione.* Fuſcus *de viſitatione lib.* 1. *cap.* 16. *num.*8. Gonzales *in regula* 8. *cancell. gloſſ.*5.§.7.*num.*68. Barboſa *in paſtor. part.*3.*alleg.*77.*num.* 1.

50 Sed licèt ibi inſinuet Concilium *in cap.* 18.*ſeſſ.* 23. debere Epiſcopum in erectione Seminarij procedere cum conſilio duorum Canonicorum ſeniorum, & grauiorum, quos ipſe elegerit, provt Spiritus ſanctus ſuggeret, licèt eorum conſilium requirere teneatur; non tamen obligatur conſilium eorum ſequi, vt ſacra Congregatio declarauit illis verbis: Epiſcopus tenetur explorare conſilium à prædictis deputatis, non tamen tenetur eorum ſequi conſilium. Gonzales *in regular.* 8. *cancellariæ*, *gloſſa* 46. *num.*74. Barboſa *ſuprà num.*32. *& in remiſſ. ad cap.* 18. *Concil. ſeſſ.* 23. *folio mihi* 72.

*FINIS.*

Deo optimo maximo honor & gloria per ſempiterna ſæcula, Amen.

INDEX

# INDEX RERVM, VERBORVM, QVÆSTIONVMQVE PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC OPERE continentur.

## A

*Abbates.*

Abbates minores Ordines an poſſint conferre. cap. 6. parte 2. num. 8.

Abbates ſuis ſubditis dimiſſorias an concedere valeant. ibidem, num. 71.

Abbates ius mitræ & baculi habentes non poſſunt ordinare ſubditos ſæculares; ibid.

Abbates ſæculares ius mitræ & baculi habentes *noſe llaman* de iure *notro Señoria.* c. 10. p. 1. n. 25.

Abbates ſæculares ius mitræ & baculi habentes, in ſua Eccleſia, Capitulo, & choro, an poſſint geſtare indumentum murellum, ſeu rubrum. ibid.

Abbas meliori ornatu vti debet quàm Conuerſus; cap. 5. parte. 1. num. 24.

*Abſentia.*

Abſentia Epiſcopi maximè damnoſa; c. 9. p. 1. n. 41.

Abeſſe an poſſit Epiſcopus cauſa Reipublicæ, ſeu Eccleſiæ: cap. 6. part. 1. num. 10.

Abſentia trium menſium an dicatur abſentia ad hoc vt Epiſcopus fructibus priuetur donec redeat: c. 6. p. 1. n. 16.

*Abſoluere.*

Abſoluere an poſſit Epiſcopus à delicto clauſuræ: cap. 7. parte 2. num. 16.

Abſoluere à ſuſpenſione ipſo iure impoſita in Concilio Tridentino an poſſit Epiſcopus, ſeu eius Vicarius: c. 8. p. 2. n. 40.

Abſoluere vtrùm valeat Epiſcopus illos, qui poſt votum ſolemne in religione emiſſum contrahunt. cap. 7. part. 2. num. 47.

Abſoluere ſubditos an poſſit Epiſcopus extra Diœceſim: cap. 4. p. 2. num. 30.

Abſoluere à cenſuris incurſis propter ingreſſum in monaſteria Monialium vtrùm liceat Epiſcopo. c. 7. p. 2. n. 17.

*Abſolutio.*

Abſolutionem excommunicationis conſequentes vi, vel metu, nouam excommunicationem incurrunt. c. 7. p. 1. n. 19.

Abſolutio actus iuriſdictionis eſt. ibidem.

Abſolutio ab irregularitatibus an extendatur extra forum conſcientiæ. ibid. n. 34.

*Acceptare.*

Acceptare alternatiuam in facultate Epiſcopi eſt. c. 6. p. 1. n. 69.

Acceptatio alternatiuæ quando entrere incipiat. ibid.n.69

*Adam.*

Adam quare priùs quàm mulier à Domino reprehenſus: in procem. folio 3.

*Adminiſtrare.*

Adminiſtrare ante confirmationem an liceat Epiſcopo. part.1.c.3. n.49.& 50.

Et vtrùm ſi adminiſtrare nequit, poſſit ea quæ Ordinis ſunt, alio Epiſcopo demandare. ibid.n 51.

Adminiſtrare poteſt Epiſcopus promotus ad aliam Eccleſiam, donec ſcientiam confirmationis habeat. ibid.n.82.

Adminiſtrator Dei non ita coarctandus eſt, ſicut adminiſtrator hominis. c.5.p.1.n.66.

Adrianus VI. Papa Hiſpaniam gubernauit. c.6.p.1.n.31.

*Ætas.*

Ætas triginta annorum requiritur in Epiſcopo. c.3.p.1.n.16.

Ætas quanta requiratur ad obtinendum beneficium ſimplex. c.10. part.2.num.26.

Ætas qualis ad dignitatem, ſeu canonicatum in Eccleſia cathedrali. ibid.

*Aëris.*

Aëris intemperies, & quando locus aquarum inundatione grauatur, vel ſi prædones adſunt, quia expelli non poſſunt, vtrùm Epiſcopum excuſet à reſidentia. cap. 6. part.1.num.16.

Alexander Magnus Iaddo Epiſcopum Pontificio ornatu indutum ſibi occurrentem genibus flexis adorauit.in procem. fol.5.

*Aleatores.*

Aleatores furibus & latronibus aſſimilantur. c.5.n.9.p.1.

Aleator præſumitur vti malè ſubſtantia ſua. ibid.

Aleatores idololatræ dicuntur. ibid.

Alphonſus Perez Deguzman *el Bueno* laudatur in Epiſtola dedicatoria.

*Alere.*

Alere tenetur Epiſcopus quos ſine titulo ordinauit beneficij, patrimonij, ſeu penſionis. cap.6.p.2. num.45.

Alere tenetur Epiſcopus illum, quem in Presbyterum ordinauit ſine titulo, licèt ab alio eſſet ordinatus. ibid.n.61

*Altaria.*

Altaria & calices conſecrare an poſſint Abbates, & benedicere indumenta diuino cultui neceſſaria. ibid.n.73.

An hoc ab antiquo illis competat. ibid.n.75.

Altaria & calices conſecrat Epiſcopus. c.5.p.2.n.vlt.

In Altari vbi Epiſcopus celebrauit eo die, an alius ibi poſſit celebrare. c.3.p.2.n.23.& 24.

Altare viaticum an habere poſſit Epiſcopus extra Diœceſim, & an in Diœceſi. c.3.p.2.n.3.4.& 5.

*Alba.*

Alba quid ſignificet.cap.3.part.2. num.41.

*Alternatiua.*

Alternatiua ad quid conceſſa. c.6.n.46.p.1.

Alternatiua quid ſit. ibid.n.47.

Ad hoc vt Alternatiua perfrui poſſit, quid requiratur. ibid.

In Alternatiua an aliquid de nouo concedatur Epiſcopis. ibid.n.48.

Alternatiua de iure nouo an concedatur Capitulo. c.6.p.1.n.52.

Alternatiua an perdatur per abſentiam vnius diei extra Diœceſim, ad hoc vt beneficia tunc vacantia reſeruentur Pontifici. ibid.n.57.

Alternatiua an amittatur per abſentiam

ſentiam, adeò vt poſtea quando rediit noua acceptatione opus ſit. ibid. num.59.

Alternatiuam an perdat Epiſcopus per totum menſem, ſi in principio menſis abſens fuit à Diœceſi: ſingularis explanatio. c.6.p.n.60.

Alternatiuam in quibus caſibus Epiſcopus perdat remiſſiuè, ibid. num.66.

Alternatiua morte Papæ concedentis, aut Epiſcopi accedentis finitur. ibid. n.67.

Per tranſlationem an perdat Epiſcopus Alternatiuam. ibid.

Alternatiua acceptata an poſſit Epiſcopus ab ea recedere, & vti menſibus ſibi aliàs iure ordinario conceſſis. ibid.

*Auguſtinus.*

D. Auguſtinus quare venerabatur Hieronymum. c.8.p.1.n.26.

Diui Auguſtini verba referuntur in honorem Epiſcopalis dignitatis: in procœmio. fol.5.

*Angelus.*

Angelus idem eſt quod miſſus: in procœmio in princ.

Angelis comparantur Epiſcopi, & quare. ibid.

Angeli quare in Eccleſia non exerceant munus prælationis. ibid.

Antiqui Prælatum, ſeu Principem Soli comparabant, & quare: fol.2.in procœm.

*Anima.*

Anima non eſt ex traduce ſicut corpus. c.1.n.20.p.1.

D. Antonius Capata Inquiſitor generalis, S.R.E. Cardinalis laudatur. c.6.p.1.n.31.

Antiſtes dicitur Epiſcopus. c.9. part.1.num.6.

Anſequiſſus Senonnenſis Epiſcopus ſecundus Papa vocabatur. cap.11. part.1.n.29.

*Amictum.*

Amictum quid ſignificet. cap.3. part.2.num.40.

Annuli ſignificatio, & quare collocatur in quarto digito. ibid.n.56. & cap.5.num.42.& 43. & an eo vti poſſit extra Diœceſim. ibid.

Apud antiquos qualis mos circa mortuorum corpora ſepelienda. ibid.num.72.

*Apoſtoli.*

Apoſtolis an olim Epiſcopos creare, & ſibi ſucceſſores eligere licuit. cap.11.p.1.n.13.

Apoſtolicus pater dicebatur Epiſcopus. ibid.n.8.

Apoſtoli fuerunt conſecrati in Epiſcopos in cœna magna, quando & in Sacerdotes ordinati. cap. 1. part.1.num.5.

Apoſtoli à Domino noſtro Ieſu in Cœna Iouis ſancti fuerunt conſecrati. ibid.

Apoſtoli fuerunt Epiſcopi ſine titulo. ibid.n.7.& 8.

Apoſtoli dubitarunt de reſurrectione Chriſti. ibid.num.10.

Apoſtoli fuerunt ſubiecti Petro. ibid.

*Appetere.*

Appetere Epiſcopatum an ſit licitum. in procœm. fol.2.col.3.

*Appellare.*

Appellare pro ſubditis, vel pro ciuitate ſua an poſſit Epiſcopus, ſine ciuium mandato. c.9.p.1.n.53.

Appellari an poſſit de Vicario generali ad Epiſcopum. cap.2.p.2. num.11.

Appellari de Vicario generali an poſſit ad Epiſcopum, quando ſit per viam reuerſus à grauamine. c.2.p.2. num.11.

Quòd appellatur de Vicario ad Archiepiſcopum, & Epiſcopus illius Vicarij factus eſt Archiepiſco-

pus, an poſſit ſententiam dicere in tali cauſa. p.2.c.2.n.21.& 22.

*Archiepiſcopus.*

Archiepiſcopus dum viſitat Diœceſes Suffraganeorum, an literas dimiſſorias eorum ſubditis poſſit concedere. p.2.c.6.n.78.

Archiepiſcopus electus, confirmatus & conſecratus, donec pallium accipiat non poteſt ante ſe facere portare crucem, vulgò *gion.* cap.3.part.2.num.75.

Archiepiſcopus electus, confirmatus & conſecratus Synodum congregare nequit donec pallium accipiat. c.1.p.2.n.19.

Archiepiſcopus præſente Cardinali, S. R. E. vel Legato de latere, non debet facere portare coram ſe crucem, vulò *gion.* ibid.n.27.

Archiepiſcopus an poſſit concedere indulgentias per totam prouinciam. cap.4.p.2.n.22.

Archiepiſcopus electus, confirmatus & conſecratus, donec pallium accipiat non dicitur Archiepiſcopus ; ſeu Patriarcha.cap.3.p.1. num.57.

Archiepiſcopus Patriarcha confirmatus & conſecratus, ſed nondum palliatus, non poteſt vti coram ſe *gion*, neque Synodum congregare. c.3.p.1.n.53.

Neque poteſt degradare ſubditos, ſed tantùm beneficiis priuare. ibid.num.54.

Archiepiſcopus, ſeu Patriarcha confirmatus, & conſecratus ea quæ Ordinis ſunt alio Epiſcopo demandare poteſt, donec pallium accipiat. ibid.n.52.

Archiepiſcopus Toletanus nunciationes quæ in morte Epiſcoporum Regi, ſeu eius locum tenenti fieri debebant, & præſentabat ad Eccleſias Cathedrales de commiſſione Regia. c.3.p.1.n.4.

Archiepiſcopus Toletanos Hiſpaniæ Epiſcopos confirmabat.ibid. num.46.

Archiepiſcopus Toletanus totius Hiſpaniæ Primas.ibid.n.46. & c.10. num.29.part.1.

Archiepiſcopus Toletanus eſt Cancellarius maior Caſtellæ : & à quo tempore. c.10.p.1.n.31.

Archiepiſcopus Toletanus dicitur Patriarcha, & habet priuilegia quatuor veris Patriarchis conceſſa. ibid.num.27.

Archiepiſcopus Toletanus de iure noſtro licèt Cardinalis non ſit, *ſellama Señoria* illuſtriſſima.ibid. num.26.

Archiepiſcopus Toletanus dicebatur per excellentiam Archiepiſcopus totius Hiſpaniæ. ibid.n29.

Archiepiſcopum conſecratum ſed nondum palliatum offendentes excommunicationem incurrunt. c.3.p.1.n.58.

*Aaron.*

Aaron primus Sacerdos dictus eſt. c.1.n.2.

Locum quem Aaron obtinebat habent Epiſcopi in Eccleſia. cap.9. part.1.num.9.

*Ars.*

Ars nulla doceri præſumitur niſi intenta priùs meditatione diſcatur. c.2 p.1.n.3.

Cum Aſino & boue nó arandum, cur dictum. c.6.p.1.n.26.

Auxiliantes,ſeu fauorem præſtantes perſecutoribus Epiſcoporum, ſeu illi qui impediunt eorum iuriſdictionem, excommunicationem incurrunt ipſo iure. c.7.n.12.p.1.

*Aries.*

Aries dicitur Epiſcopus, & quare. c.9.p.1.n.45.

Et Aduocatus. ibid.n.47.

## B

*Baculus.*

BAculi paſtoralis ſignificatio. c. 3.p.2.n.55.
Baculo paſtorali an vtatur Papa; & ibi refertur hiſtoria ob quid non vtatur. ibid.n.60.

*Baldachinum.*

Baldachinum thronum ſeu ſolium an habere poſſint Epiſcopi in ſua Eccleſia, & etiam in præſentia Proregis. c.12.p.1.n.41.
Baldachinum thronum & ſolium vtrùm habere poſſint Abbates ſancti Benedicti, Bernardi, aut Baſilij, etiam in Eccleſiis ſui Ordinis. ibid. p.1.c.2.n.43.

*Balſamum.*

Balſamum Indorum an ſit verum balſamum. c.5.p.2.n.9.
Balſamum an ſit de neceſſitate ſacramenti Confirmationis. ibid.

*Balnea.*

Balnea intrare an liceat Epiſcopo. c.5.n.12.p.2.
Barbatiæ opinio refutatur.cap.1. n.15.24.& 47.
Beatiſſimus Pater vocabatur Epiſcopus. c.11.p.1.n.6.
Diui Bernardini Senenſis miraculum, & verba referuntur. p.1.c.10. num.4.

*Beneficia.*

Beneficia in curia Papæ vacantia nequit Epiſcopus conferre.c.10.p.2. num.21.
Beneficia electi in Epiſcopum ad hoc vt vacarent, de iure antiquo quid requirebatur. c.3.p.1.n.68.
Hodie quando dicantur vacare. ibid.
Beneficium an debeat quis perdere donec fuerit aſſequutus ſecundum. ibid.
Beneficia electi in Epiſcopum licèt conferantur ſtatim cum confirmantur, verè tamen quando vacare dicantur. c.3.p.1.num.71.
Beneficia electi an poſſint renuntiare in fauorem tertij. ibid.n.12.
In Hiſpania quid ſeruetur circa hoc. ibid.
Beneficia renuntiare Epiſcopus titularis, aut qui poſſeſſionem adipiſci nequit, non cogitur. ibid. num.75.
Beneficia olim liberè conferebant Epiſcopi. c.6.p.1.n.42.
Beneficiorum reſeruatio ad quid introducta. c.6.p.1.n.43.
Beneficia quæ nõ ſunt liberæ collationis an in prouiſione eorum poſſit vti Epiſcopus alternatiua. ibidem.
Beneficia quorum prouiſio ad Epiſcopum & Capitulum ſpectat per turnum diuiſum, an gaudere poſſint alternatiuæ priuilegio.n.54. ibidem.
Beneficia ſimultaneæ collationis quando diuiſa ſunt per turnum, gaudere poteſt Epiſcopus alternatiua. n.53.ibid.
Epiſcopus an gaudere poſſit alternatiua in prouiſione Beneficiorum ſi non ſunt diuiſa per turnum, ſed per choros. ibid.n.54.
Beneficia per reſignationem vacantia an conferre poſſit Epiſcopus ad preces reſignantis. c.10.p.2.n.18.
Beneficia vacantia in curia Papæ, ſede Papali vacante, ſeu non prouiſa tempore vacationis, an conferat Epiſcopus. ibid.n.22.
Si Beneficium non confert Epiſcopus in menſe ſuo per alternatiuam, an collatio vitietur, adeò vt poſtea illud conferre non poſſit. c.6.n.70.
Beneficia conferre, aut beneficiis priuare an poſſit Vicarius Epiſcopi virtute

virtute generalis conceſſionis. c.2. p.2.n.14.

Beneficij collatio facta eo die à Vicario, in quo Epiſcopus etiam illum alteri contulit, ignorantes, cuius collatio valida. c.2 p.2.n.19.

Beneficij reſignatio admiſſa à Vicario ignorante mortem Epiſcopi, ſeu renuntiatione eo tempore facta, quo ipſe admittebat, an valida. ibid.n.20.

In Beneficiorum collatione an concurſus adhiberi debeat. cap.10. part.2.num.1.

Beneficia conferre poteſt Epiſcopus extra Diœceſim. c.4.p.2.n.30.

*Benedictio.*

Benedictio Epiſcopalis peccata venialia dimittit. cap.3.p.2.n.78.& cap.4.num 6.

Benedictionem ſimplicem dare itinerantibus an poſſit Epiſcopus extra Diœceſim. ibid.

Per Benedictionem ſolemnem quam emittunt Epiſcopi, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*:& per ſimplicem, quæ datur itinerantibus, an quadraginta indulgentiarum dies concedantur. c.4.p.2.n.6.

D. Benedictus laudatur. cap. 6. parte 2.num.75.

D. Benedicti corpus vbi requieſcat. ibid.

D. Bernardi verba referuntur.c.1. parte 1.num.51.

*Bigamia.*

Bigamia ſimilitudinaria quæ dicatur. ibid.n.39.

Cum Bigamo ſimilitudinario an diſpenſet Epiſcopus. ibid.n.39.

Cum Bigamo an diſpenſare poſſit Epiſcopus, quoad minores Ordines. c.7.p.2.n.41.

*Bonus.*

Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus.in procem.fol.3.col.2.& cap.6.part.1.num.20.

Bonifacius VIII. erubeſcebat quando Epiſcopos in Cardinales eligebat. c.1.p.1.n.46.

Epiſcopi olim cardinalari recuſabant. ibid.

Bonifacij VIII. tempore Cardinalitia dignitas aucta. c.1.n.46.

Brachium ſæculare inuocare poteſt Epiſcopus, & vtrùm tunc teneatur oſtendere iudici ſæculari cognitionem ſummariam, ex qua conſtet iuſtè petere auxilium. c.12. part.1.n.57.& 58.

Breuitas vitæ deſcribitur. c.5. part.1.num.47.

## C

*Caligiæ.*

Caligis an vti poſſit Epiſcopus. cap.3.par.2.num.34.

Caluinus carpitur. c.8. p.1.n.24.

*Capilli.*

Capilli Eccleſiæ dicuntur Epiſcopi, quare. in procemio.

Capilli fortitudinem ſignificant. ibid.

Capilli capitis ornamenta ſunt. ibid.

Capillis quare Epiſcopi aſſimilentur. ibid.

Capilli non habent virtutem vllam niſi à capite recipiant. ibid.

*Capitulum.*

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis non poteſt gaudere alternatiua. c.6.p.1.n.55.

Capitulo Eccleſiæ Cathedralis competit deputare Vicarium ſede vacante. c.4.p.1.n.1.

Capituli conſenſum requirere tenetur Epiſcopus ad ſtatuta condenda, non verò eum ſequi. cap.1. p.2.n.31.

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, Canonici, Dignitates & Capellani

lani accedere debent vſque ad cubiculum Epiſcopi, quando in Pontificalibus celebraturus eſt. cap. 3. part.2.num.29.

Capitulum ſede vacante,ſeu eius Vicarius,an poſſit diſpenſare ſuper irregularitatibus. c.7.p.2.n.60.

In Capella Papæ qui primum obtineant locum,Epiſcopi,aut Cardinales. c.1.p.2.n.52.

Carnalibus poſtpoſitis affectibus debet Epiſcopus procedere in ſubditorum cauſis.in procem.

*Caput.*

Caput ſui Capituli dicitur Epiſcopus, cum quo vnum corpus facit, ſicut Papa cum Cardinalibus. c.8 p.1.n.37.

Caput totius Diœceſis dicitur Epiſcopus. ibid.n.37.

Caput totius Diœceſis quare dicatur Epiſcopus. c.1.p.1.n.49.

Caput humano corpori inſertum deorſum influit. ibid.

Caput eſt fons omnium ſenſuum. ibid.

*Cardinales.*

Cardinales S.R.E. pars corporis Papæ dicuntur. c.1.p.1.n.15.

Cardinales iurant fidelitatem,& tueri Romanam Eccleſiam, & ſi opus fuerit pro eius defenſione ſanguinem effundere. ibid.n.16.

Cardinales non conſiderati vt Diaconi, ſeu Presbyteri, ſed iuxta eorum miniſterium, ſunt de iure poſitiuo. ibid.n.25.

Cardinalium munus in principio ſuæ creationis quale. ibid.

Cardinalium origo,ſeu inſtitutio deſcribitur. ibid. n.33. & c.8.p.1. num.30.

Cardinalatus an ſit dignitas,ſeu officium. ibid.n.37.

Cardinales quo tempore cœperunt vti galero, & indumentis rubris. c.5.p.1.n.28.& 29.

Cardinales regulares olim non geſtabant pileum rubrum, ſed nigrum. c.5.p.1.n.29.

Cardinalis regularis ſi factus Legatus à latere mare tranſeat,poterit vti veſte rubea, galero, & pileo eiuſdem coloris, ac palafredo albo,& cæteris inſigniis Legato ſæculari competentibus. ibid.n.52.

Cardinales an habeant menſes reſeruatos, aut egeant alternatiua. c.6.p.1.n.49.

Cardinales à Papa vocantur filij. c.8.p.1.n.15.

Cardinales ex perſona Epiſcoporum conſequuntur honorem,quod ex ſe ſingulariter non poſſunt.ibid.

Cardinales quare vocentur fratres quando eos permixtim alloquitur Papa. ibid.

Cardinalatus nihil adiicit Presbyteratui,niſi pauciſſimam qualitatem. ibid.n.30.

Cardinales an celebrare poſſint ante auroram, vel poſt meridiem, aut ſibi facere celebrari. p.2.cap.3. numero 12.

Cardinales ſæculares poſſunt teſtari de eo ſtipendio quod ſibi datur intuitu galeri Cardinalitij. part.1. c.13.n.34.

Cardinales poſſunt conuocare Concilium generale, quando contendentes de Papatu renuiſſent. c.1.p. 2.n.14.

Cardinales coram Papa rochetum coopertum geſtant. c.1.p.2.n.28.

Cardinalis filius Regis in ſedendo, & in aliis actibus, an præferri debeat Cardinalibus antiquioribus. c.1.p.2.n.49.

Cardinales dum ſunt in conclaui quare non vtantur pluribus ferculis. c.5.p.1.n.19.

Cardinales quo anno cœperunt eligere Papam excluſis Epiſcopis. c.11.p.1.n.38.

Cardinales centum indulgentiarum dies concedere poſſunt. cap.4. p.2.n.8.

Cardinalium ſacrum collegium an vacante Papali ſede indulgentias concedere poſſit. c.4.p.2.n.33.

Cardinales minores Ordines an conferre poſſint. c.6.p.2.n.9.

Cardinalatus dignitatem an creare poſſit Epiſcopus. c.10.p.2.n.38.

Cardinalis Baronij locus apud Spondaneum refertur. c.5.p.1.n.19.

Cardinales eadem veſtimenta geſtabant olim quàm cæteri clerici. c.5.n.28.p.1.

Carmelitana diſcalceatorum religio maximè laudatur. cap.10.n.4. parte 1.

In Cælo in ſuperiori loco ſedet Diuus Ioſeph. c.10.p.1.n.4.

Carolus quartus propter Cardinalem de Colomna quotidie in eius aduentu aſſurgebat. c.8.n.39. parte 1.

Clariſſimus dicitur Epiſcopus. c.10.p.1.n.16.

Claues regni cælorum quare traditæ Petro,& Apoſtolis,poſt reſurrectionem,non antea. cap.1.n.10. parte 1.

De Cauſa Pontificis mortui quis cognoſcere debeat. n.17.c.1.p.2.

Cauſa quæ iuſta dicatur ad conceſſionem indulgentiarum.parte 2. cap.4.num.6.

Cantilenæ in menſa Epiſcopi interuenire non debent. cap.5.p.1. num.16.

*Canonici.*

Canonici regulares vnde dicti. ibidem.

Canonicorum regularium habitus qualis. c.5.n.46.p.1.

Canonicos duos ſecum habere poteſt Epiſcopus pro ſeruitio, non pro voluptate etiam extra Diœceſim, & lucrantur diſtributiones quotidianas. c.5.p.1.n.80

An habeat locum tam in Canonico doctorali quàm Magiſtrali. c.5.n.80.p.1.

Si Epiſcopatus reditus ſufficientes ſint, non debet abſtrahere Canonicos. ibidem.

Canis dicitur Epiſcopus. c.9.p.1. num.44.

Cauſa an aliqua inueniri poſſit quæ Epiſcopum habilem reddat ad hoc quòd alternatiua gaudere poſſit dum abeſt à Diœceſi.cap.6.n.56. parte 1.

Quædam Cæremoniæ quæ in conſecratione Epiſcopi fiunt quid ſignificent.in proœm.

Canonici & Dignitates Eccleſiæ cathedralis aſſiſtere, & inſeruire debent Epiſcopo ſuo Pontificalia exercenti. p.2.c.3.n.29.

Canonicos & Dignitates qui Epiſcopo inſeruire debent,quis eligere debeat. ibid.n.31.

Cum Canonicis an diſpenſet Epiſcopus, vt ſe abſentare poſſint per quatuor menſes. c.10.p.2.n.33.

Canonizatio apud Romanos qualiter celebrata. c.3.p.2.n.72.

Claues diſpenſandi habent Epiſcopi. c.4.n.1.p.2.

*Clericus.*

Clericus ſcribens Epiſcopo debet reuerenter ſubſcribere, & vocare eum Patrem, non fratrem, ſeu ſocium. p.1.c.6.n.19.

Clerus an poſſit iure proprio eligere ſibi Epiſcopum. c.3.p.1.n.2.

Clericus fori priuilegio an renunciare poſſit. c.4.p.2.n.25.

Clericorum exemptio à iuriſdictione laicorum, an de iure diuino. ibidem.

Cum Clerico in ſacris conſtituto pugnante in bello iuſto an diſpenſet Epiſcopus. capite 7. parte 2. num.55.

Carcer.

*Carcer.*

Carcerem an habere poſſit Epiſcopus. c.12.n.49.p.1.

Quis fuit primus qui conceſſit Epiſcopis quòd Carcerem habere poſſint. ibid.n.50.

*Celebrare.*

Celebrare in altari portatili an poſſit Epiſcopus. c.3.p.2.n.7.

An poſſit Epiſcopus concedere aliis licentiam celebrandi in altari portatili in domo priuata. ibid.

Celebrare extra Diœceſim ſine licentia ordinarij an poſſit Epiſcopus. ibid.n.10. & tunc an poſſit in fine Miſſæ vti benedictione cum verbis *Sit nomen Domini benedictum,* ibid. n. 11. Cum primùm populum ſalutat, debet dicere *Pax vobis,* ibid. numero 14.

Celebrare ante auroram, vel poſt meridiem, aut ſibi facere celebrare an poſſit Epiſcopus. ibid.n.12.

Celebrare ſine præſentia trium Diaconorum non debet Epiſcopus. ibid.n.16.

Capite cooperto an debeat ſtare Epiſcopus dum celebrat. ibidem, num.17.

Solium & baldachinum debet parari Epiſcopo quando ſolemniter celebraturus eſt. p.2.c.3.n.33.

Celebrare poteſt Epiſcopus in loco exêpto ſuæ Diœceſis, aut prouinciæ, etiam cum pallio. ibidem, num.69. & populum ſolemniter benedicere, cum verbis *Sit nomen Domini benedictum,* & habere Canonicos qui ei aſſiſtant. ibid.

Celebrare extra Diœceſim cum Pontificalibus ornamentis, & populum ſolemniter benedicere cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum,* an liceat Epiſcopo ſine licentia ordinarij. c.3.p.2.n.75.& 76.

*Ciues, & Ciuitas.*

Ciues Romani qualiter examinabantur antequam reciperentur in republica. c.2.p.1.n.5.

Ciuitas interficiens electum confirmatum nondum conſecratum non plectitur eadem pœna quaſi interfeciſſet conſecratum. c.3.p.1. num.60.

Cibis vetitis vti poteſt Epiſcopus quando Ciuitas de eius licentia permittitur. c.5.p.1.n.77.

Ciuitas non eſt, neque hoc nomen meretur, quæ Epiſcopum non habet. c.6.p.1.n.3.

Ciuitas interficiens Epiſcopum aut percutiens, priuatur dignitate Epiſcopali. c.7.p.1.n.16.

Ciuitas an perdat nomen ſi priuatur dignitate Epiſcopali. ibidem, num.18.

Ciuitas non poteſt excommunicari. c.7.n.16.

Ciuitas non eſt, neque hoc nomen meretur quæ Epiſcopum non habet. p.1.c.6.n.3.

*Citari.*

Citari vt coram aliquo compareat iudice an poſſit Epiſcopus. c.12.p.1.n.20.

Citari à nullo iudice poſſunt Epiſcopi reſidentes, niſi de expreſſa commiſſione Papæ. c.6.p.1.n.73.

Citari vt compareant Epiſcopi in Curia Romana ex quibus cauſis poſſint. c.7.p.1.n.3.

B. Cyrillus Alexandrinus Papa, & totius vniuerſalis Eccleſiæ iudex nuncupabatur. c.11.p.1.n.29.

Chirothecæ quid ſignificent. p.2. n.49.c.3.

Et quid Caſula. ibid.n.50.

Clauſula illa, ſeu communis practica loquendi, D. Ioannes Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Aurienſis, quomodo intelligenda. c.8.p.2.n.4.

*Chriſtus.*

Chriſtus an deſineret eſſe ſum-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus Sacerdos, ex eo quod dicitur, quòd tranſtulit Sacerdotium ex ſe in Petrum,& Apoſtolos.c.1.n.4.p.1.

Chriſtus ipſe per ſe dum vixit fidem firmauit. ibid.

Chriſtus ideò Epiſcopos in mundo reliquit, vt mundum illuminarent. ibidem.

Chriſtus Sol iuſtitiæ dicitur.ibid.

Chriſtus quare ante paſſionem non tradidit Petro claues regni cælorum. ibidem.

Chriſtus fuit Epiſcopus. c.8.p.1. num.16.

Chriſtus Redemptor noſter,Dominus Ieſus appellatur ab Apoſtolo. c.10.p.1.n.5.

Chriſtus oratione ſua impetrauit ne vnquam deficeret fides Petri. ibidem.

*Chriſma.*

Chriſma conſecrari ſine Miſſa non poteſt. c.5.p.2.n.11.

Chriſmatis Confirmationis quis ſit vnicus Miniſter iure diuino. c.5.p.2.n.7.

Chriſma quo die conſecrari debeat. ibid. an peccet Epiſcopus qui illud conſecrat in mortali culpa exiſtens. ibid.n.12.

*Chorepiſcopi.*

Chorepiſcopi quale officium erat in Eccleſia antiquitùs.c.3.p.1.n.40.

Chorepiſcoporum loco an Epiſcopi titulares ſucceſſerunt. ibid.

Chorepiſcopi cur extincti.c.6.p.1. num.26.

Diui Chryſoſtomi verba referuntur.in proëm. fol.3.

*Conſtantinus.*

Conſtantinus Imperator ſingulare exemplum dedit circa venerationem Epiſcoporum. ibid.

Conſtantinus Imperator conſedere noluit in Nicena Synodo ſine venia Epiſcoporum. ibid.

Conſtantinus Imperator ſe Epiſcopum nominabat. ibid.

Concedere & transferre idem. c.1.n.4.p.1.

*Conſiliarij.*

Conſiliarij Regis iurant fidelitatem. ibid.n.16.

Conſiliarij Regis pars eius corporis ſunt. ibid.

Confirmare Epiſcopos cui liceat. .3.num.57.

Continentia an ſit de iure diuino Epiſcopatui annexa. c.3.p.1.n.66.

*Conſecratio.*

Conſecratio Epiſcopi intra tres mëſes fieri debet, numerando à die notitiæ confirmationis.c.4.n.2.p.1.

Conſecratio Epiſcopi quo die fieri debeat. p.1.c.4.n.13.

Cõſecrationis in die quali cultus & ornatu incedere ſolebant Epiſcopi.ibidem, num.1.

Conſecrandus Sacerdos debet eſſe. ibidem,n.3.

Conſecrandus Sacerdos quòd ſit, an ſit de iure poſitiuo. ibidem, numero 4.

Epiſcopus Conſecratus qui Sacerdotalem Ordinem non habet, quæ exercere nequeat. ibid.n.5.

Conſecratio Epiſcopi tres requirit Epiſcopos. c.4.n.15.p.1.

Conſecrari ſimul an poſſint tres aut quinque Epiſcopi. ibid.n.16.

Epiſcopus qui alium Epiſcopum cõſecrat debet ipſe præcisè Miſſam celebrare,neque poteſt alio Epiſcopo delegare vt celebret. ibid.n.18.

Dum Epiſcopus conſecratur, an Acolytum ordinare poſſit. ibidem, num.19.

In Conuiuiis impuritas contrahitur. c.5.p.1.n.17.

Concilium Tridentinum an vetet quod Epiſcopus habito reſpectu ad quantitatem redditus viuat. c.5. numero 18.p.1.

Caudam an poſſint Epiſcopi facere

cere ſibi portari à Capellano extra Diœceſim.c.5.p.1. n.43. & an poſſit etiam in præſentia cuiuſlibet magni Principis ſæcularis. ibid.n.44.

*Confeſſor.*

Confeſſorem ſibi eligere an poſſit Epiſcopus. c.5.p.1.n.73.

Confeſſor Epiſcopi,à quo recipiat poteſtatem. ibid.n.74.

Confeſſorem eligere an poſſit confirmatus non conſecratus, ſuſpenſus aut titularis. ibid.

Si Epiſcopus vult abſolui virtute iubilei, in quo cauetur quòd eligatur Confeſſor approbatus, quid facere debeat. ibid.

Confeſſario ſuo poteſt Epiſcopus committere poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis vt ſecum diſpenſet. ibid.n.76.

In caſus reſeruatos à ſeipſo non incidit Epiſcopus,quia in ſe iuriſdictionem non habet. ibid.n.78.

Confeſſiones audire extra Diœceſim an poſſit Epiſcopus ſine licentia ordinarij. p.2.c.n.80.

Confeſſarius Epiſcopi poteſt cum eo diſpenſare in irregularitatibus, & delictis occultis, ſuper quibus ipſe poteſt cum aliis. p.2.c 7.n.56.

Conſtitutionibus ſuis non ligatur Epiſcopus. ibid.n.78.

Conſiliarius Regis an poſſit eſſe Epiſcopus. c.6.p.1.n.34.

In Concilio interrogatus Epiſcopus quid reſpondere debeat ne irregularitatem incurrat. c.6.p.1.n.35.

Columna Eccleſiæ dicitur Epiſcopus. c.8.n.39.p.1.

*Cor.*

Cordi comparatur Epiſcopus. c.9.p.1.n.48.

Cor fons eſt omniū ſen ſuum.ibid.

Conlendiſſimus Pater appellatur Epiſcopus. c.11.n.8.p.1.

Creare Epiſcopos licebat olim Epiſcopis. p.1.c.11.n.12.

*Concilium.*

In Conciliis generalibus Epiſcopi præſidebant. ibid.n.29.

Concilium generale congregare res ſatis laborioſa. ibid.n.38.

Concilia generalia tempore Apoſtolorum fuerunt. p.2.c.1.n.1.

In Concilio generali qui congregentur. ibid.n.3.

Concilium generale Epiſcoporum legitimè congregatum poteſt cognoſcere de controuerſia orta inter contendentes de Papatu. c.1. p.2.n.13.

Concilium generale in omni eo quod attinet ad vniuerſum ſtatum Eccleſiæ eſt iudex competens Papæ. ibid.num.15.

Contra Concilium an diſpenſet Epiſcopus. p.2.c.8.n.4.& 5.

*Concionator.*

Concionatores eligere Epiſcopo ob quid permiſſum. ibid.n.84.

Concionatores an eligat ciuitatis communitas,aut Capitulum Eccleſiæ. ibid.n.85

Gratificare ſeu penſionem ſoluere Concionatoribus quis debeat. ibidem.

Compellere poteſt Epiſcopus laicos vt ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ ſeu clericalis ſtatus reuocent promulgata. ibid.n.42.

An poſſit ipſe propria authoritate tale ſtatutum annullare. ibid.

Communitas alicuius loci an poſſit petere ſe tueri in poſſeſſione vt ibi reſideat vicarius. c.2.p.2.n.5.

Commiſſarius Cruciatæ an diſpenſare poſſit in impedimentis matrimonium dirimentibus. c.8. p.2.n.19.

Cum contrahentibus in gradu prohibito an diſpenſare poſſit Epiſcopus. ibid.n.9.

In Cognatione ſpirituali an diſſpenſet Epiſcopus. c 8.p.2.n.20.

Cum coniuge etiam diſpenſat qui extra neceſſitatis caſum filium aut baptizarunt, aut in Baptiſmo ſeu Confirmatione ſuſceperunt, ad hoc vt debitum petere poſſint. ibid.

*Collatio.*

In Collatione parochialium an concurſum interuenire debeat, ſi qui opponitur Licentiatus, aut Doctor eſt, ſeu Vicarius Epiſcopi. p.2.c.10.n.6.

In Collatione parochialium iuriſpatronatus an concurſus interuenire debeat. ibid.n.2.

*Curatus.*

Curati olim Cardinales appellabantur. c.8.p.1.n.30.

Curatus ſuæ Diœceſis dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.37.

Curatus an poſsit dare licentiam ſuis parochianis quòd indulgentias percipiant ab aliis Epiſcopis. c.4. p.2.n.20.

Cuſtos ciuitatis dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.45.

Cultus Dei & Epiſcopi quare copulentur. in proœm.

Cudentes falſam monetam qua pœna feriri debeant. c.6.p.1.n.36.

Crucem auream catenulis aureis inſertam, & reliquiis Sanctorum imbutam portat Epiſcopus: & quare. c.3.p.2.n.43.

*Conceſſio.*

Conceſſa in fauorem renunciari poſſunt. ibid.n.25.

Conceſſio indulgentiarum actus iuriſdictionis voluntariæ. ibidem, numero 30.

Capitulum ſede vacante indulgentias an concedere valeat. cap.4. p.2.n.31.

*Confirmatio.*

Confirmare poteſt Epiſcopus extra Diœceſim præſentatos per patronos, & etiam in curia Papæ. ibid.

Confirmare debet Epiſcopus ſubditos ſuos ſub peccati grauiſſimi pœna. c.5.p.2.n.11.

Confirmationis Sacramenti Epiſcopus eſt iure diuino vnicus miniſter. ibid.n.1.

Confirmare an poſſit Epiſcopus omnes ad ſe venientes, licèt non ſubditos. ibid.n.17.

*Criminoſus.*

Criminoſus nemo præſumitur niſi probetur. c.6.p.2.n.14.

Cum Criminoſo an diſpenſet Epiſcopus, ſeu cum homicida, ſi delictum ad forum contentioſum eſt deductum, & ibi abſolutus eſt. c.7.p.2.n.10.

Cum conuictis de Crimine nefando an diſpenſet Epiſcopus. c.7. p.2.ibid.

D

*Dalmatica.*

Dalmatica, qua vtitur Epiſcopus dum pontificaliter celebrat, quid ſignificet. p.2.c.3.n.48.

Denominatio ſemper à nobiliori fit. c.1.n.42.p.1.

Decanus, & Capitulum Eccleſiæ cathedralis eligebant olim Epiſcopum venia Regis habita. c.3.part.1. num.4.

*Deſiderare.*

Deſiderare Epiſcopatum vt proſit, meritorium eſt. ibid. n. 30. ſed ſecurius erit reſpuere. n.31.

Deſiderare Epiſcopatum appetitur deliberato peccatum eſt, ſi ſit ob reditus aut honores, vt finem. n.32. ibidem.

*Degradare.*

Degradare an poſſit Archiepiſcopus ſeu Patriarcha antequam pallium accipiat. c.3.p.1.n.34.

Ad Degradationem quæ ſolemnitas

nitas requiratur. ibid.n.55.

*Deus.*

Deus nobiliſſimus eſt ; eſt moris nobilium donare. c.5.p.1.n.66.

Deus, Angelus , & Stella dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.21.

Dij appellantur Epiſcopi,& quare.in procem.

*Defenſor.*

Defenſor ciuitatis erat quaſi illuſtris. c.10.p.1.n.38.

Defenſor ciuitatis dicitur Epiſcopus. ibidem.

Deponere & priuare Epiſcopos ſuffraganeos olim licebat Archiepiſcopis ac Patriarchis. c.11.part.1. num.14.

Delinquentes punire poteſt Epiſcopus per delegatum laicum.c.12. p.1.n.55.

Delegatus an poſſit procedere in cauſa ad inſtantiam partium mortuo delegante. c.2.p.n.26.

Defuncti voluntatem an commutare poſſit Epiſcopus concurrente legitima cauſa. c.2.p.2.n.47.

*Dedicatio.*

In Dedicatione Eccleſiæ quot indulgentiarum dies , aut annos concedere poſſit Epiſcopus,& quid ſi ibi plures aſſiſtant Epiſcopi dedicantes. c.4.p.2.n.3.

Si Epiſcopi aſſiſtentes in Dedicatione quilibet annum indulgentiæ concedant , quæ conceſſio erit valida. c.4.p.2.n.9.

Delictum occultum quale dicatur. c.7.p.2.n.11.

Denuntiationes matrimoniales an remittere poſſit Epiſcopus. c.8. p.2.num.27.

*Dignitas.*

Dignitas Epiſcopalis inter cæteras Eccleſiæ Dei ita caput effert ſicut cupreſſus inter viburna. in procemio.in pr.

Dignitas dignitatum dicitur Epiſcopatus. c.1.n.40.p.1.

Dignitas Epiſcopalis non debet conſtitui niſi in magnis populis,& quare. c.6.n.1.& 4.

Diuiſio Epiſcopatus quo tempore facta,& an de iure poſitiuo. c.6. p.1.n.8.& c.8.p.1.n.4.

Diebus Dominicis & feſtiuis debet Epiſcopus aſſiſtere diuinis officiis. c.6.p.1.n.17.

Dignitas Epiſcopalis fuit ordinata in veteri lege ante aduentum Chriſti. c.8.p.1.n.19.

Dignitas Epiſcopalis eſt prima poſt Papatum. c.8.p.1.n.25.

Dignitas Epiſcopalis maior eſt Regia & Imperatoria. ibid.n.33.

Dignitatis Epiſcopalis definitio. c.9.n.1.p.1.

Dignitas Adelantatus Regis curiæ æquiparatur Epiſcopali dignitati. c.10.n.21.p.1.

Dignitas Cancellarij magni Caſtellæ quanta ſit oſtenditur remiſsiuè. ibid.n.32.

Dignitas Epiſcopalis Apoſtolatus , & Apoſtolica ſedes nuncupabatur. c.11.p.1.n.8.

Dignitas Epiſcopalis an liberet à conditione ſeruili , & à patria poteſtate. c.12.p.1.n.7.

Quod accipiendum eſt ad nociua,non ad vtilia. ibid.n.8.

Dignitatem dicitur habere Vicarius Epiſcopi. c.2.p.2.n.7.

Digniſsimus Pater appellatur Epiſcopus. c.11.p.2.n.8.

Diem ſolemnem an inſtituere poſsit Epiſcopus in honorem ſancti canonizati aut beatificati. ibid. num.20.

An ad hoc requiratur populi,aut cleri conſenſus. ibid.

Dilatio in electione Papæ maximè vitanda. ibid.n.38.

Nomine Dignitatis non comprehenditur Epiſcopalis dignitas. c.12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap.12.num.2.part.1.

Minorem Dignitatem an obtinere poſſit Epiſcopus. ibid.n.37.

Extra Diœceſim quibus indumentis vti poſſit Epiſcopus ſine licentia ordinarij. c.3.p.1.n.43.

*Diſpenſare.*

Diſpenſator bonorum Eccleſiaſticorum dicitur Epiſcopus. c.9.p.1 num. 50. & defenſor pauperum, & viduarum, ac tutor pupillorum. ibid.n.54.

Diſpenſare in votis an poſsit Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione. c.2.p.2.n.17.

Diſpenſare an liceat Vicario in impedimentis occultis matrimonium dirimentibus. ibid.n.16.

Diſpenſare contra conſtitutiones ſuas ac ſynodalia ſtatuta etiam iurata, an poſsit Epiſcopus. c.1.part.2. num.44.

Diſpenſare poteſt in ſtatutis Epiſcopus anteceſſorum, quamuis iuraſſet ea non reuocare, aut in eis diſpenſare. ibid.n.45.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus ſuſpenſionibus, irregularitatibus, & delictis occultis, & in aliis caſibus occultis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis. part.2.cap.7. num.1.

Diſpenſare an poſsit Epiſcopus cum filio ſuo illegitimo, quoad minores Ordines, & ſimplex beneficium. c.10.p.2.n.15.

Diſpenſare an poſsit Epiſcopus cum adminiſtratoribus qui rationem non præſtiterunt, vt ſacrum Ordinem ſuſcipere poſsint. part. 2. c.7.n.53.

Diſpenſare an poſsit Epiſcopus virtute textus in c.6. Concilij, ſi in ſua Diœceſi Concilium non eſt receptum. ibid n.23.

Diſpenſare an poſsit Epiſcopus cum ſubditis extra Diœceſim. ibid. num.21. & 22.

Diſpenſatio an extendatur extra forum conſcientiæ. p.2.c.7.n.34.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum eo qui caret viſu oculi ſiniſtri, vt celebrare poſsit. ibid.n.48.

Diſpenſare vtrùm poſsit Epiſcopus cum eo qui celebrare ſine deformitate nequit. ibid.

Diſpenſare an valeat Epiſcopus cum irregulari facto ex defectu perfectæ lenitatis. ibid.n.37. & 38.

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus niſi in iure inueniatur expreſſum. c.8.p.2.n.3.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum ſubdito ordinato ab Epiſcopo, qui loco & dignitati renunciauit, ſeu ab excommunicato, vel ſuſpenſo. c.6.p.2.n.15.

Dormire Epiſcopos non decet. in proœm.

*Domus.*

Domus oſtentationem debet facere Epiſcopus ſecundùm reditus Epiſcopatus, ſeu patrimonij, non iuxta ſuam nobilitatem. c.5.n.19. parte 1.

Domus Epiſcopi vocari debet palatium. c.12.p.1.n.66.

Nulla niſi Regis Domus, aut Epiſcopi vocari debet palatium. ibid.

*Dimiſſoriæ.*

Dimiſſorias extra Diœceſim concedere poteſt Epiſcopus. cap.4.p.2. num.30.

Dimiſſoriæ quam clauſulam habere debeant ad maiorem validitatem. c.6.p.2.n.70.

Dimiſſoriæ non vitiantur, ſi antequam executioni mandentur cõcedens moriatur naturaliter, ſeu ciuiliter. c.6.p.2.n.76.

Dicere habere priuilegium, & ſcripturam priuilegij non oſtendere nihil valet.

Donatio

Donationes an poſsit facere *E*piſcopus de bonis *E*ccleſiæ remiſſiuè. c.10.p.2.n.40.

*Doctor.*

Doctores meliori veſtitu vti debēt quàm alij ſcholaſtici, vt doctoratus dignitas demonſtretur. cap.5. p.1.num.24.

*E*piſcopus dicitur Doctor *E*ccleſiæ. c.9.p.1.n.34.

*E*t cæleſtis Dux. ibid.n.50.

*E*t Dñs ſubditorum. ibid.n.51.

Domeſtici domus Dei dum vixit in terris Maria ſanctiſsima, & Patriarcha Ioſeph. n.4.c.10.p.1.

D. Dominicus Patriarcha, ac Prædicatorum Pater ex illuſtriſsima Guzmanorum progenie, in *E*piſtola dedicatoria.

Doctor ſeu Licentiatus in iure canonico, aut in ſacra Theologia ordinari poteſt ſine titulo. c.6.p.2. num.60.

*Dominus.*

Dominus quare dixit Petro, *Paſce oues meas.* c.5.p.1.n.69.

Dominum *de la caſa de Orgaz* ex Guzmanorum familia in obitu mirabiliter honoratum à Diuo Auguſtino & Stephano. ibid.

Olim neque Imperatores Domini vocabantur. c.10.n.3.p.1.

*E*piſcopus Dominus vocari debet. ibid.n.1.

Dux Comes & Marchio illuſtres dicuntur. c.10.p.1.n.4.

Dux, Comes, Marchio, & Rex dicitur *E*piſcopus. ibid.

Diſcedere à concilio antequam diſſoluatur an poſſit *E*piſcopus ſine licentia. c.1.p.2.n.4.

E

*Eccleſia.*

ECcleſiæ fortitudo ſuper Apoſtolos ſolidata. c.1.p.1.n.9.

Eccleſia conſecrata ſi violatur, à quo & quomodo debeat reconciliari. c.5.p.2.n.17.

Eccleſiæ conſecratio quomodo probetur. ibid.n.19.

Eccleſia Cathedralis quid habere debeat ex omnibus bonis Epiſcopi decedentis. c.13.p.1.n.2.

In Eccleſia vbi priuilegium eſt, quòd Epiſcopus poſſit tempore mortis diſponere vſque ad ſummā centum, ſi eius Epiſcopus vult impetrare licentiam teſtandi, debet exprimere Papæ illud priuilegium. c.13.p.1.n.22.

Eccleſiæ Salmantinæ conſtitutio qualis. c.1.p.2.n.49.

*Ægyptij.*

Ægyptij qualiter Epiſcopi, ſeu Principis curam ſignificabant. in procem.

Ægyptij quali cura & honore ſuos Sacerdotes colerēt. in procem.

*Electus, Electio.*

Electus in Epiſcopum antequam ad ſuam Eccleſiam accedat debet adire regiam maieſtatem, & facere id quod vulgariter dicitur *veſarla.* c.3.p.1.n.7.

Qui eligendus eſt in Epiſcopum nullam irregularitatem pati debet, tam corporis quàm famæ. ibid.n 8.

Electio ſeu præſentatio facta à Papa ſeu Rege, qui antequam literas conceſſit ſpirauit, valet, & per ſucceſſorem expediri debent nomine anteceſſoris. ibid.n.44.

Electus intra quod tempus debeat electionem de ſe factam approbare. ibid.n.45.

Electus confirmatus non dicitur Epiſcopus donec conſecretur. ibid. num.56.

*E*lectus confirmatus ſi ſacro Ordine non eſt initiatus, ſi vult reſilire, an matrimonium contrahere poſſit. ibid. n.61. ad hoc an requiratur licentia Papæ. ibid.n.62.

Electus confirmatus neque ſacro Ordine initiatus, neque conſecra-

tus, an teneatur ad caſtitatem. ibid. num. 65.

Electio Epiſcoporum an ſit de iure diuino. c. 8. p. 1. n. 4.

Electio Papæ ad quos hodie pertineat. c. 11. n. 39. p. 1.

Electus confirmatus ſententiam legere per alium poteſt. c. 12. part. 1. num. 36.

Electus confirmatus indulgentias concedere poteſt, licèt neque Sacerdos aut conſecratus ſit. p. 2. c. 4. num. 7.

Electus confirmatus nondum conſecratus altaria conſecrare & calices an poſſit. c. 6. p. 2. n. 75.

Electus confirmatus nondum conſecratus in omnibus irregularitatibus & ſuſpenſionibus poteſt diſpenſare in quibus conſecratus ſeu Archiepiſcopus palliatus. c. 7. p. 2. n. 31.

*Eleemoſyna.*

Eleemoſynas an facere teneantur Epiſcopi. c. 5. p. 1. n. 60.

Eleemoſynæ Epiſcopis valdè commendantur. ibid. n. 70.

*Epiſcopus, Epiſcopatus.*

Epiſcopi pares ſunt quantum ad Ordinem Papæ. c. 1. n. 11. p. 1.

Epiſcopi quare cùm conſecrantur fidelitatem iurent. ibid.

Epiſcopi antiquitùs in totum eſſe æquales Papæ ſe exiſtimabant. ibidem.

Epiſcopi ſubſunt Papæ. ibidem, num. 12.

Epiſcopi antiquiores ſunt quàm Cardinales. c. 1. n. 36. p. 1.

Epiſcopum maiorem eſſe Presbytero Cardinali. ibid. n. 44.

Qui eligendus eſt in Epiſcopum qualis eſſe debeat. c. 2. p. 1. n. 6.

Epiſcopatus priùs ei debet conferri, qui magis laborauit in Eccleſia. c. 3. n. 23.

Ad Epiſcopatum in Hiſpania exteri non præſentantur. c. 3. part. 1. numero 24.

Vtrùm hæc diſpoſitio extenda- ad regnicolas regni Aragon. ibid.

Epiſcopus titularis ad Eccleſiam Cathedralem promoueri poteſt, & retinebit ſimul titulum prioris Eccleſiæ, & ſecundæ. ibid. num. 37.

Epiſcopi titulares eiuſdem æſtimationis, ac reuerentiæ digni ſunt, quàm Epiſcopi Eccleſias habentes. ibid. num. 41.

Epiſcopus titularis beneficia renunciare poteſt in fauorem tertij, quæ antea obtinebat. ibid. n. 74.

Epiſcopus ſi promouetur ad aliā Eccleſiam, aut Cardinalitia dignitate decoratur, quando dicatur ceſſare iuriſdictio in primo Epiſcopatu. ibid. n. 80.

Epiſcopus prima vice quando Diœceſim intrat, quomodo ſuſcipi debeat. c. 5. p. 1. n. 1.

Epiſcopi non debent cogi vti cibo pauperum vt religioſi. ibid. num. 18.

Epiſcopo ſecuriùs erit declinare ad auſteritatem vitæ in menſa, veſtibus, & numero famulorum, quàm in his cum ſæcularibus conformari. ibid. n. 22.

Poteſt Epiſcopus portare eam cappam more Prælatorum curiæ Romanæ, qui ea vtuntur in capella Papæ. ibid. n. 40.

Epiſcopi an dicantur Canonici regulares. ibid. n. 46.

Epiſcopus ſeipſum an excommunicare poſſit. ibid. n. 70.

Epiſcopus eſt perſona publica & vltra proprium Angelum cuſtodem, habet Archangelum ratione dignitatis. ibid. n. 79.

Epiſcopus duorum Epiſcopatuum vnitorum, in altero ſtans negocia alterius Epiſcopatus terminare poteſt.

teſt. c.6.p.1.n.15.

Epiſcopus quando ad aliam Eccleſiam alterius Epiſcopi accedit, debet honorificè ſuſcipi, & valdè honorari, licèt qui ſuſcipit Cardinalis ſit. ibid.n.18.

Epiſcopi quidam à Mauris interfecti defenduntur contra Marianam, & Cardinalem Baronium. ibid.n.23.

Epiſcopi non debent permittere ſe promoueri ad præſidentiam alicuius audientiæ, & quare. c.6.n.25. parte 1.

Epiſcopus in cauſis & negociis ſæcularibus ſe intromittere non debet, exemplum ſit illi Paulus Iomorreus. ibid.n.26.

Epiſcopus interrogatus qua pœna multari debeat Titius, qualiter reſpondere teneatur. ibid.n.37.

Epiſcopus qui Principis laici bona adminiſtrauit, an poſſit ab eo carcerari pro ratione reddenda. c.7.p.1.n.10.

Epiſcopi ſucceſſores ſunt Apoſtolorum. ibid.c.8.n.3.p.1.

Epiſcopus eſt pars corporis Papæ. ibid.n.12.

Epiſcopatus eſt dignior aliis ordinibus Eccleſiæ Dei. ibid.n.16.

Epiſcopus ad Papatum vocatus non conſecratur, ſed coronatur. ibid.n.18.

Epiſcopus tenet in Eccleſia locum quem Princeps Sacerdotum in Synagoga occupabat. ibid.n.23.

Epiſcopus an ſit maior Presbytero Cardinali. ibid.num.26. vſque ad 28.

Epiſcopus commenſalis alicuius Cardinalis, non poteſt dici quòd eius commenſalis ſit, quia eo maior eſt. ibid.n.27.

Epiſcopi commenſales alterius Epiſcopi diuitis, aut Cardinalis, non debent dicere, *el Cardenal mi Señor*, ſeu *el Obiſpo mi Señor*. ibid.

Epiſcopatus an ſit iure diuino maior Cardinalatu. c.8.n.30.p.1.

Epiſcopatus iure diuino maior eſt Presbyteratu. ibid.

Epiſcopatum ſine cauſa & conſenſu Epiſcopi diuidere an poſſit Papa. ibid.n.32.

Epiſcopus maior eſt Imperatore, vel Rege. ibid.n.33.

Epiſcopus vocatur Cardinalis. c.9.p.1.n.10.

Epiſcopus à Spiritu ſancto eſt poſitus regere Eccleſiam Dei. c. 9. num.40.p.1.

Epiſcopus aſſumptus non vt requieſcat, ſed vt continuò vigilet. ibid.n.41.

Epiſcopus non debet facere quod impiæ mulieres, quæ infantulos pariunt, & exponunt. c.9. part.1. numero 43.

Epiſcopus repræſentat perſonam Chriſti. c.10.n.5.

Epiſcopus tenet locum Chriſti. ibidem.

Eminentiſſimus dicitur Epiſcopus. c.10.n.17.

Epiſcopus eſt par Proconſulibus. ibid.n.19.

Epiſcopus eſt maior Præſide prouinciæ. ibidem.

Epiſcopus de iure noſtro *ſellama Señoria*. ibid.n.23.

Epiſcopus titularis vocatur etiam *Señoria*. n.24.

Epiſcopus Pręfecto prætorio cõparatur. c.10.n.43.p.1.

Epiſcopus regius Conſiliarius dicitur, quod procedit etiam in regno Neapolitano. ibid.n.45.

Epiſcopus ex multis cauſis dicitur illuſtris, & etiam illuſtriſſimus. ibid.n.46.

Epiſcopi quare dicantur *del conſejo de ſu Mageſtad*. c.10.n.47.& 48.

Epiſcopi antiquitùs reſidebant

circa perſonam regiam cauſa conſulendi. c.10.n.48.

Epiſcopi olim in denſis portabantur, & loco ſanctiſſimi Sacramenti reliquias Sanctorum ante ſe geſtabant. c.11.n.2.p.1.

Epiſcopus vocabatur Papa. ibid. num.5.

Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ſe olim appellabat, ſicut hodie facit Papa. c.11.n.11.p.1.

Epiſcopi an hodie dicantur Inquiſitores. c.11.n 33.p.1.

Epiſcopatus non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen. c.12.p.1.n.1.

Epiſcopus ſi eſt Comes, an debeat ſigillare vt Comes, aut vt Epiſcopus. c.12.n.6.

Epiſcopus accuſatus an debeat ſtare, ſeu ſedere iuxta iudicem. ibid. num.25.

In regio Senatu, ſeu in Cancellariis quid circa hoc ſeruetur. ibid. num.26.

Epiſcopo aſſerēti ſe eſſe de Diœceſi expulſum, an credatur, vel teſtificanti clericum ordinaſſe. cap.12. num.31.& 32.

Epiſcopus conſideratus vt Princeps temporalis, poterit omnia quod quilibet Princeps ſæcularis. c.12.n.45.p.1.

Epiſcopus excommunicatus, qui facit ſibi, & coram ſe celebrare, an irregularitatem incurrat. c.3.part.2. num.16.

Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus non poſſunt concedere alteri Epiſcopo licentiam celebrandi in loco exempto ſuæ Diœceſis. ibidem, num.70.

Epiſcopus ſi transfertur ad aliam Eccleſiam, cum eo pallium transfertur, non quoad vſum, quia alium petere tenetur, & poſtea cum ambobus ſepeliri. ibid.

Epiſcopi quare ſepeliantur cum ornamentis Pontificalibus, baculo & mitra. ibid.n.72.

Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus in mari vita functus, an cum pallio debeat proiici in mare, ſeu poſtea pallium ſepeliri in Eccleſia. ibid. num.73.

Epiſcopus extra Diœceſim conſideratur vt perſona priuata. part.2. c.3.n.81.

Epiſcopo ſæculari non eſt teſtari prohibitum ratione perſonæ, cùm ad paupertatem aliquo voto non obligetur; ſed ratione rei, hoc eſt, reditus Epiſcopatus. p.1.c.13.n.2.

Epiſcopus ſi emat aliquid, & dicat emere ex bonis propriis, non ſufficit niſi probationem exhibeat, c.13.p.1.n.12.

Epiſcopus titularis cuius Epiſcopatus apud infideles conſiſtit de omnibus bonis teſtari poteſt. ibid. num.17.

Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo eius virtute codicillos, & donationem mortis cauſa poteſt facere. ibid.n.23.

Epiſcopus ſæcularis poteſt dum viuit ſe alere de reditibus Epiſcopatus, & ſeruare reditus patrimoniales vſque ad mortem, & tunc de eis maioratum inſtituere, aut eos diuidere inter familiares, aut conſanguineos. c.13.p.1.n.32.

Epiſcopi qui renuntiarunt loco tantùm non dignitati, ad Concilium vocari debent. c.1.p.2.n.6.

Epiſcopi quando in Concilio congregantur debent ingredi cum ſacris & Pontificalibus indumētis, & cum mitris albis, ac planis, ſine baculo, & pallio. ibid.n.7.

Epiſcopi coram Cardinalibus de vrbanitate rochetum coopertum portant, *con el mantelete*, & coram Legato de latere non vtuntur mozetta, ſed mangis albis. c.1.p.2.n.28.

Epiſco

Epiſcopus in Concilio generali non habet niſi vnam vocem. cap.1. p.2.n.47.

Epiſcopus in Capitulo aſſiſtens an præſumatur aſſiſtere vt Canonicus, an vt Prælatus. ibid.

Epiſcopus quid obſeruare debeat in colloquiis, ad ſuam dignitatem conſeruandam maieſtuosè. ibid.n.49.

Epiſcopus aſſiſtens in Conſilio ſi habet Marchionalem dignitatem, aut Ducalem, non præfertur aliis Epiſcopis. c.1.p.2.n.49.

Epiſcopo duorum Epiſcopatuum vnitorum ſufficit vnum Vicarium ad ambos conſtituere. c.2.p.2.n.4.

Epiſcopus in functionibus Eccleſiaſticis præcedit Gubernatorem ciuitatis. c.2.p.2.n.9.

Epiſcopus cauſas coram Vicario pendentes, coram ſe aduocare an poſſit. ibid.n.12.

Epiſcopus ſi ſit recuſatus,ſeu excommunicatus,recuſatus & excommunicatus etiam cenſetur Vicarius. c.2.p.2.n.23.& 24.

Epiſcopus eſt Dominus abſolutus in Diœceſi, adinſtar Regis regentis gentem ſuam. c.2.p.2.n.36.

Epiſcopus excommunicatus non vitandus, ſeu in mortali culpa exiſtens poteſt indulgentias concedere. c.4.p.2.n.19.

Epiſcopus ſuis ſubditis indulgentias concedere valet. c.4.part.2. num.18.

*E*piſcopus ſubditis peregrinantibus concedere poteſt quòd poſſint percipere indulgentias ab aliis *E*piſcopis conceſſas. ibid.

*E*piſcopus exemptis intra ſuam Diœceſim commorantibus vtrùm indulgentias concedere poſſit.ibid. num.24.

*E*piſcopus qui renunciauit *E*piſcopatui indulgentias concedere an valeat. ibid.n.27.

*E*piſcopus an poſſit vti indulgentiis à ſe cōceſſis,ſi facit illud opus, quod eius conceſſio requirit. ibid.

*E*piſcopus extra Diœceſim an poſſit concedere indulgentias. ibidem.

*E*piſcopus excommunicatus,degradatus, ſimoniacus, hæreticus, vel ſuſpenſus, vtrùm validè Chriſma conſecret. c.5.p.2.n.14.

*E*piſcopus duorum *E*piſcopatuū vnitorum debet vno anno in vno *E*piſcopatu Chriſma conficere, & alio in altero. ibid.n.15.

*E*piſcopus excommunicatus,ſuſpenſus,degradatus, hæreticus, aut ſimoniacus,an verè Ordines conferat. c.6.p.2.n.2.

Epiſcopus tantum poteſt, quoad ea quæ ſunt de conſecrationis efficacia,quantum Papa. ibid.n.4.

Epiſcopus an poſſit concedere ſimplici Sacerdoti quòd validè conferat quatuor minores Ordines. ibid.

Epiſcopus dicitur Chriſtus. c.9. p.1.n.11.

Epiſcopus qui loco & dignitati renunciauit, an minores Ordines conferre valeat. c.6.p.2.n.11.

Epiſcopus qui loco tantùm renunciauit,maiores Ordines ab alio Epiſcopo rogatus conferre poterit. ibid.n.12.

Extra Diœceſim an poſſit Epiſcopus alienos ſubditos ordinare, & quid intra Diœceſim. n.16.

Epiſcopus inuitatus à Capitulo, aut ab alio Epiſcopo vt Ordines celebret,vtrùm ſibi ſubditos ordinare poſſit ſine licentia Ordinarij illius loci,aut Capituli. ibid.n.28.

Textus in c.vltim.de reformatione ſeſſione 6.exponitur. ibid.n.29.

Epiſcopus ex triplici cauſa ſubditos quos ordinare poſſit, habet.

cap.6.part.2.num.38.

Epiſcopus originis quis dicatur. ibidem.

Epiſcopus an ſuſpenſionem incurrat, ſi aliquos ignoranter ſine titulo ordinauit, quia finxerunt titulum habere: & an eos alere teneatur. ibid.n.48.

Epiſcopi Hiſpaniæ à quibus examinentur, & Epiſcopi Italiæ à quibus. c.3.n.19.p.1.

Epiſcopus ad alium Epiſcopatum tranſlatus literæ dimiſſoriæ ab eo conceſſæ non expirant. c.6.part.2. num.77.

Epiſcopus an abſoluere poſſit ab excommunicatione bullæ Cœnæ. c.7.p.2.n.15.

Epiſcopus an abſoluere poſſit à quacumque cenſura, ſeu excommunicatione, ſi excommunicatus legitimè impeditus eſt adire ſummum Pontificem. c.7.p.2.n.18.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum eo, qui vertit infirmum, intentione accelerandæ mortis ne tamdiu patiatur. c.7.p.2.n.46.

Epiſcopus tantum poteſt in ſuo Epiſcopatu, quantum Pontifex in toto orbe. c.8.p.2.n.1.

Epiſcopus an diſpenſet in impedimentis dirimentibus. c.8.n.16. vſque ad 19.

Epiſcopus an diſpenſet cum coniuge, qui debitum nequit petere ob copulam habitam cum conſanguineo mariti. c.8.p.2.n.21.

Epiſcopus diſpenſet cum eo qui poſtquam ſacrum Ordinem ſuſcepit, de licentia Papæ matrimonium contraxit, nulla aut falſa adiecta cauſa, ad hoc vt debitum petere poſſit. ibid.n.22.

Epiſcopus an diſpenſet cum eo qui non nubere promiſit. c.9.part.2. num.10.

Epiſcopus an diſpenſet cum vouente virginitatem ſeruare. ibid. num.12.

Epiſcopus an admittere ad concurſum poſſit elapſo termino ab eo præfixo. c.10.p.2.n.7.

Epiſcopus an poſſit eligere nouos examinatores Synodales, ſi primi mortui ſunt. c.10.p.2.n.8.

Epiſcopus intra quod tempus debeat conferre beneficia vacantia, quando collatio ad eum ſpectat. ibid.n.9.

Eſaiæ locus explanatur. in procœmio. fol.2.col.3.

In Exodo quare Dominus præcipiebat quòd ſummus Sacerdos ſuper humeros, & in pectore nomina filiorum Iſraël portaret ſcripta. ibidem.

Eſaiæ verba explanantur cum doctrina Pauli. ibid.

Exempti ideò exempti vt immunes ſint à iuriſdictione damnoſa. p.2.c.4.n.24.

*Expenſæ.*

Expenſæ quæ fiunt in ſepultura Epiſcopi debent deduci ex bonis ipſius Epiſcopi mortui etiam lucratis intuitu Epiſcopatus. p.1.c.13. num.35.

Quibus Expenſis Epiſcopi ſint ſepeliendi, remiſſiuè. ibid.

Expoſitus cuius domicilium ſequatur. p.2.c.6.n.41.

*Examinare.*

Examinare an poſſit Epiſcopus eos, qui pro Ordinibus obtinendis accedunt cum literis dimiſſoriis, ex quibus conſtat iam eſſe examinatos & approbatos. p.2.c.6.n.66.

Examinare an queant regulares, & quid ſi oſtendant à ſuis Prælatis, ſe eſſe approbatos. ibid.

Euchariſtiæ ſacramentum de licentia Epiſcopi an ſeruari poſſit in Eccleſia non parochiali procuratione populi. p.2.c.7.n.62.

Examen

Examen per concurſum an interuenire debeat in collatione parochialium,quæ fit interueniente permutatione. c.10.p.2.n.4.

F

FAbulæ Comicæ adoleſcentibus maximè damnoſæ. c.5.p.1.n.6.

*Familiares.*

Familiares Epiſcoporum an debeant intereſſe ſpectaculis hiſtrionum. ibid.

Familiares ſuos quomodo erudire debet Epiſcopus. ibid.n.7.

Antiqui quali cura familiares & filios educabant. ibid.n.8.

Familiarem ſeu Capellanum beneficium Curatum habentem retinere in ſuo ſeruitio an liceat Epiſcopo. c.5.p.1.n.80.

Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori,licèt ſint ſæculares, & in laicali habitu incedant.c.12.p.1. num. 62. An extendatur hoc priuilegium ad Notarios, curiæ Fiſcalem,& ſimiles. ibid.

Familiarem triennalem,an ordinare liceat Epiſcopo, & ad hoc quid requiratur. c.6.p.2.n.30.

Cum Familiari triennali an diſpenſare poſſit Epiſcopus in interſtitiis,& irregularitatibus. ibidem, n.31.& 34.

Familiarem triennalem an ordinare poſſit Epiſcopus ad titulum patrimonij. ibid.n.32.& 33.

Familiari triennali an literas dimiſſorias concedere poſſit Epiſcopus, vt ab alio ordinetur. ibidem, num.35.

Familiaris triennalis Epiſcopi titularis an ab eo ordinari poſſit. ibid.n.36.

Familiaribus beneficia conferre vtrùm poſſit Epiſcopus. c.10.p.2. num.14.

Familiaribus beneficia vacantia per reſignationem an conferre poſſit Epiſcopus. c.10.p.2.n.17.

*Famuli.*

Famulus Iob quare nuntiauit illi quòd filij mortui ſunt, bibentibus ipſis,& edentibus. ibid.n.17.

Plures Famulos an habere poſſit Epiſcopus. c.5.n.21.p.1.

Famuli Epiſcoporum quales eſſe debeant. ibid.n.23.

Famuli Epiſcopi an poſſint vti meliori ornatu quàm famuli aliorum Dominorum,ſeu Cardinalium. ibid.n.24.

Famuli nobilium melioris ſunt conditionis quàm famuli plebeiorum. ibid.n.24.

Famulus Epiſcopi,ſeu Cardinalis cum eo idem officium recitare tenetur,& poteſt,licèt famulus regularis ſit,aut alterius Diœceſis. ibid. num.72.

*Familia.*

Familiam armatam habere poteſt Epiſcopus. c.12.p.1.n.62.

Familiam ſuam ſecum ducere licet Epiſcopo tempore interdicti ad ſacrum audiendum. p.2.c.3.n.21.

Olim magnam familiam Epiſcopus habuiſſe conſtat. c.5.n.21.p.1.

Faldiſtorium habere poteſt Epiſcopus. c.10.p.1.n.18.

Quot Ferculis vti debeat Epiſcopus in ſua menſa. c.5.p.1.n.18.

Fideles olim Epiſcoporum pedes deoſculabantur,ſicut hodie fit cum Papa. c.11.p.1.n.15.

Ferdinandus tertius cognominatus *el Sancto* à parente ſuo exhæredatus. ibid.n.23.

Feudum retinere vtrùm poſſit Epiſcopus. c.12.p.1.n.47.

*Filij.*

Filius Epiſcopi antea vxorati an liberetur à patria poteſtate per conſecrationem patris. c.12.n.11.

Filij

Filij diuites parentes ſuos contemnunt, & perire permittunt, & ingratos ſe oſtendunt. ibid.n.14.

Filij primogeniti,& natu maiores filium minimum ideò perſequuntur, quia parentes quos ipſi perſequuntur,veneratur. ibid.

Filij natu maiores ideò multoties Dominus relinquit,vt crucient parentes. ibid.

Filio ſuo, aut conſanguineo,ſeu nepoti an poſſit Epiſcopus beneficia conferre. c.10.p.2.n.14.

Cum Filiis Sacerdotum an diſpenſet *E*piſcopus. c.10.p.2.n.30.

Fideiuſſorem an dare teneatur Epiſcopus *in* litibus. ibid.n.18.

*Fiſcalis,Fiſcus.*

Fiſcalem an habere poſſit Epiſcopus,& vtrùm talis habeat priuilegia Fiſcalium. ibid.n.51.

Fiſcum cui mulctas applicare poſſit habet Epiſcopus. ibid.n.56.

Fratres Papæ dicuntur Epiſcopi. c.1.p.1.n.37.

Coëpiſcopus Papæ dicitur Epiſcopus. c.8.p.1.n.20.

Fundamentum Eccleſiæ dicitur Epiſcopus. c.9.n.24.p.1.

*Fructus.*

Fructus ſeu reditus primi Epiſcopatus non vacant donec apprehenderit Epiſcopus poſſeſſionem ſecundi. c.3.p.1.n.70.

Fructus Epiſcopatus ſuos non facit Epiſcopus propter abſentiam. c.9.n.9.p.1.

D. Fr. Franciſcus Iimenez ordinis Diui Franciſci. S.R.E. Cardinalis, & Archiepiſcop. Toletanus Hiſpaniam gubernauit.c.6.n.30.p.1.

D.Franciſcus Barbarinus illuſtriſſimus Legatus in partibus Hiſpaniæ & Galliæ, & Domini noſtri Vrbani octaui Nepos laudatur. p.2. c.1.n.28.

In foro conſcientiæ an plures annos indulgentiæ concedere poſſit Epiſcopus ſine limitatione. cap.4. part.2.num.12.

G

GAlero nigro,laneo,ſerico, viridi ſuffulto vti poteſt Epiſcopus. c.5.p.1.n.41.

*Generalis.*

Generalis ſeu Prouincialis ſi ad *E*piſcopatum promouetur,an vacet ſtatim prælatura. c.3.n.35.p.1.

Generales Religionum ſuæ Diœceſis erant Epiſcopi. c.11.n.25.p.1.

Sub Generali diſpoſitione clericorum non comprehenditur Epiſcopus. c.12.p.1.n.3.

Non generati ſumus vt ad iocum & ludum nati eſſe videamur. cap.5.

Gion vtitur Archiepiſcopus Toletanus more Patriarcharum. c.10. part.1.num.28.

*Gubernare.*

Gubernare exercitum qui debeant. c.2.n.5.p.1.

Gubernatores *E*ccleſiæ quales èligi debeant. ibid.

Gubernatio Magiſtratus appellatur. c.2.n.1.p.1.

Gubernator *E*piſcopatus an ſententiam per alium legere poſſit. c.12.p.1.n.36.

Gregorij Magni locus.in procem.

Guzmanorum illuſtriſſima familia maximè laudatur. in *E*piſtola dedicatoria.

H

HAbilitare ſpurios ad canonicatum an poſſit Epiſcopus. c.7.p.2.n.27.

Habitare extra propriam ciuitatem an liceat *E*piſcopo.c.6.p.1.n.14.

Habitus Epiſcoporum vbi trahat originem. c.5.n.45 p.1.

*Hæreditas, Hæres.*

Hæreditatem adire nomine pauperum an poſſit Epiſcopus. c.9.p.1. num.52.

Hæres patris an remaneat Epiſcopus. c.12.n.8.p.1.

Si prætereatur an poſſit dicere teſtamentum nullum. ibid.n.9.

Hæredes Epiſcopi mortui tenentur reficere omnia inuenta deteriorata tempore mortis Epiſcopi. c.13. p.1.n.37.

In hoc an locum habeat compenſatio, ita vt ſi Epiſcopus multa conſumpſit in rebus Epiſcopatus meliorandis, compenſentur cum deterioratis. ibid.n.38.

Hæredes Epiſcopi an teneantur ſoluere regalem decimam de ſpolio ad ſe pertinens. ibid.n.39.

Hæreticorum opinio redarguitur.

Hieremiæ locus explanatur. in proœm.

Hæreditatem adire nomine pauperum an poſſit Epiſcopus. c.9.p.1. num.59.

*Homo.*

Homines gubernare valdè difficile. in proœm. fol.1.col.1.

Homo eſt natura ſimilis vino. c.2.n.4.p.1.

Hominis vita ex iuris præſumptione vſque quale tempus durare dicatur. c.9.p.2.n.15.

Hæreticos occultos ſeu ab hæreſi occulta an abſoluere poſſit Epiſcopus. c.7.p.2.n.14.

Hilarem datorem diligit Deus. c.5.n.70.p.1.

Honoris faſtigium habent Epiſcopi. c.8.n.19.

*Homicida.*

Homicida voluntarius qua pœna feriri debeat. c.6.p.1.n.35.

Cum homicida voluntario occulto an diſpenſet Epiſcopus, vt præbendam ſeu curatum retinere poſſit. c.7.p.2.n.7.

Cum Homicida caſuali occulto an diſpenſet Epiſcopus quoad ſuſcipiendos minores Ordines, & ſimplex beneficium. ibid.n.5.

Cum Homicida voluntario publico nequit Epiſcopus diſpenſare, neque cum illis quorum delicta manifeſta. ibid.n.8.& 9.

Cum Homicida occulto, qui cùm aliter euadere non poteſt, aggreſſorem occidit, diſpenſat Epiſcopus. ibid.n.12.

I

D. IAcobus qui Iuſtus dicebatur an fuit conſecratus à Diuo Petro, an à Domino. c.1. p.1.n.6. vſque ad 7.

D. Ignatius inquit, Epiſcopum duplicem referre imaginem. c.9. p.1 n.20.

D. Ignatius admonet quòd omnes ſuum honorent Epiſcopum ſicut Chriſtum. c.10.p.1.n.5.

D. Ildiphonſus Archiepiſcopus Toletanus Guzmanorum familiæ ſplendor. in epiſtola dedicatoria.

*Illuſtris.*

Illuſtris dicitur Epiſcopus, & illuſtriſſimus. c.10.n.33.p.1.

Illuſtres vti pluribus ferculis poſſunt. c.5.n.18.p.1.

*Illegitimus.*

Illegitimus licèt religioſus non promouetur ad Epiſcopatum ſine diſpenſatione. c.3.n.10.& 11.p.1.

Illegitimus ad Cardinalatum an promoueatur, & quid ſi eſt legitimatus per ſubſequens matrimonium. ibid.

Cum Illegitimo an diſpenſet Epiſcopus ad minores Ordines, & ſimplex beneficium. c.7.p.2.n.29.

Cum Illegitimo nequit Epiſco-

pus diſpenſare, vt beneficium ſimplex obtineat, in quo antea pater miniſtrauit. ibid.

Illegitimus, qui ſine vlla diſpenſatione ad ſacros Ordines promotus eſt, & celebrauit, an irregularitatem incurrat. p.2.c.3.n.26.

*Impedimentum.*

Impedimenta matrimonium dirimentia an poſſit Epiſcopus concedere. c.8.p.2.n.43.

In Impedimento cognationis ortæ ex baptiſmo tempore neceſſitatis collato, an diſpenſet Epiſcopus. ibid.n.7.& 8.

In Impedimentis matrimonium dirimentibus an diſpenſet Epiſcopus, ſi periculum adeſt incontinentiæ. ibid.n.10.

In Impedimento dirimente an diſpenſet Epiſcopus antequam matrimonium contrahatur. ibid.n.11.

In Impedimentis quæ matrimonium contrahendum impediunt, & non dirimunt contractum, vtrùm diſpenſet Epiſcopus. ibid.n.12.

*Imperator.*

Imperator Conſtantinus quare in donatione non fecit mentionem de Cardinalibus S.R.E. c.1.p.1. num.35.

Imperatorem aut Regem ſibi ſubditum an poſſit Epiſcopus excommunicare. c.8.p.n.36.

Imperatoris Conſtantini ſingulare dictum. c.9.n.16.p.1.

Imperatores coronabant Epiſcopi. c.11.p.1.n.26.

Imperatoria maieſtate dempta cum cæteris dignitatibus æqualitatem habet Epiſcopalis dignitas. ibid.n.36.

Imperator ſeu Rex, Epiſcopo Pontificalia exercenti miniſtrando poteſt exercere officium Subdiaconatus, aut Diaconatus, etiamſi nullum Ordinem habeat. c.3.p.2.n.32.

*Inſcriptio.*

Inſcriptio in Eccleſia Aretina inuenta refertur. c.1.p.1.n.29.

Inſcriptio in lapide ſeu tabula an fidem facit. ibid.n.31.

Induere ſe poteſt Epiſcopus veſtimentis violacei coloris, rubeis träſuerſis. ibid.n.53.

Inuitatus ad conuiuia non debet accedere Epiſcopus. c.5.p.1.n.17.

Induere ſe poſſunt Epiſcopi purpura & cendato, quod eſt veſtimẽtum Regum & Cardinalium. ibid. num.39.

Inſidiatores Epiſcoporum ſeu perſecutores damnandi. c.7.p.1.n.14.

Apud Indios qui vocentur Epiſcopi. c.9.p.1.n.5.

*Inquiſitores.*

Inquiſitores generales erant Epiſcopi olim in propria Diœceſi.c.11. n.30.p.1.

Inquiſitores ob quid inſtituti. ibid.n.32.

In prouincia ſeu regno vbi Inquiſitores non ſunt inſtituti, poteſt Epiſcopus Inquiſitoris officium exercere. ibid.n.33.

Inquiſitores ordinarij dicuntur Epiſcopi. c.11.n.34.p.1.

Inſulanus Epiſcopus apud Vtopienſes loco baculi vtitur cereo. p.2.c.3.n.36.

In denſis portabantur Epiſcopi, ſicut hodie Papa, & ante ſe loco ſanctiſſimi Sacramenti, reliquias Sanctorum geſtabant.

Inuentarium debet facere Epiſcopus quando eligitur, ſeu poſtea quando aliquid acquirit ex hæreditate parentum, ſeu conſanguineorum. c.13.p.1.n.10.

Inuenta tempore mortis Epiſcopi præſumuntur acquiſita intuitu Eccleſiæ. ibid.n.13.

Textus in l. ſi defunctus ad hoc explanatus.c.de arbitr.tutel. ibid.

Inſi

Inſigniis Apoſtolicæ dignitatis vtitur Legatus de latere. c. 11. p. 2. num. 26.

Infeudare rem Eccleſiæ an liceat Epiſcopo ſine conſenſu Capituli. c. 1. p. 2. n. 40.

Iniuriam an poſſit remittere Epiſcopus ſibi & Eccleſiæ factam ſine conſenſu Capituli. ibid. n. 41.

*Indulgentiæ.*

Indulgentias concedere poſſunt Epiſcopi. c. 4. n. 1. p. 2.

Indulgentias plenarias olim ſine aliqua limitatione Epiſcopi concedebant. c. 4. p. 1. n. 3.

Indulgentiarum conceſſio requirit cauſam iuſtam. c. 4. p. 2. n. 6.

Indulgentiarum conceſſio actus iuriſdictionis eſt. c. 4. p. 2. n. 7.

Indulgentiam perpetuam concedere poteſt Epiſcopus. ibid. n. 13.

Indulgentiam non poteſt Epiſcopus concedere pio loco, vbi anteceſſor totidem dies indulgentiarum conceſſit. c. 4. p. 2. n. 15.

Indulgentias pro defunctis nequit Epiſcopus concedere. ibidem, num. 13.

Interſtitia non ſeruans Epiſcopus ordinans proprium ſubditum an ſuſpenſionem, ſeu excommunicationem incurrat. c. 6. p. 2 n. 23.

Indiarum Epiſcopi in omnibus irregularitatibus diſpenſant cum Indis nouiter conuerſis, & eos abſoluunt à quocumque delicto & cenſura, etiam reſeruata per bullam Cœnæ. c. 7. p. 2. n. 19.

Ioſeph de Siguença laudatur. c. 1. p. 2. n. 28. & c. 5. n. 33.

Ioannis Ignei, & Ioannis Ferraldi doctrina reſpuitur. c. 3. p. 1. n. 6.

Iob pepigit fœdus cum oculis ſuis ne quidem cogitarent de virgine. c. 5. p. 1. n. 2.

Iob quare non ibat ad conuiuia cum filiis. ibid. n. 17.

*D. Ioſeph.*

D. Ioſeph, Dei Pater, maximè laudatur. c. 10. n. 4.

D. Ioſeph authoris Pater & Patronus. ibid.

D. Ioſeph an ſit maior Ioanne Baptiſta. ibid.

D. Ioſeph, poſt Beatam Mariam ſponſam, primum obtinet locum. ibid.

D. Ioſeph cum corpore & anima in cælo glorioſus eſt. ibid.

Diuus Ioſeph quando reſurrexit. ibidem.

S. Ioſeph minimus ex Iacob quare venditus, & perſecutus. c. 12. n. 14. part. 1.

Cum Infamibus infamia iuris an diſpenſet Epiſcopus. c. 7. p. 2. n. 43.

*Iuramentum.*

Iuramentum Cardinalium non eſt iuramentum Papæ. c. 1. p. 1. n. 11.

Iuramentum vnius non eſt iuramentum alterius. ibid.

Iuramentum fidelitatis emittunt Epiſcopi in die conſecrationis. c. 4. p. 1. n. 22.

Sine iuramento an credatur Epiſcopo. c. 12. p. 1. n. 31.

Iuramentum Epiſcopi ſufficit ad probandam eius iuſtiſſimam ignorantiam. ibid. n. 34.

Iuriſconſultus Theologo an debeat præferri in promotione ad Epiſcopatum. c. 3. p. 1. n. 22.

Iudicari à quo debeant Epiſcopi. c. 7. p. 1. n. 1.

Iudices ſæculares quocumque titulo aut colore de cauſis Epiſcoporum cognoſcentes ipſo iure excommunicationem incurrunt. ibid. num. 11.

*Ius, & iuriſdictio.*

Ius patronatus perdit qui ſuum Epiſcopum occiderit, ſeu intentauerit. ibid. n. 15.

Ius ſibi dicere in propria cauſa

permiſſum erat Epiſcopis. c.11.p.1. num.36.

Iuriſdictio voluntaria vbicumque exerceri poteſt. c.4.p.2.n.30.

Iuriſdictio voluntaria quæ dicatur. ibid.

Iuriſdictionem contentioſam an exercere poſſit Epiſcopus extra Diœceſim. ibid.

Iura Epiſcopalia quæ Epiſcopis competunt ratione Ordinis an præſcribi valeant. c.6.p.2.n.75.

Ius ſuccedendi parentibus ſeu conſanguineis an recuperet regularis quando creatur Epiſcopus, adeò vt poſſit petere legitimam.

Et vtrùm in morte de ea diſponere poſſit, & de acquiſitis aliunde Epiſcopus regularis. ibid.

Iudex excandeſcere non debet aduerſus criminoſos, & aduerſus illos, quos putat iniquos. part.2.c.1. num.49.

Iuriſdictionem ordinariam an habeat Vicarius Epiſcopi. c.2.p.2. num.6.

Iuriſdictio Vicarij an ſit à lege, ſeu ab Epiſcopo conſtituente. ibid. num.26.

Iuriſdictio ordinaria an extinguatur mortuo Superiore conſtituente. ibid.

Iuriſdictio delegata finitur morte delegantis. ibid.

Quando Iuriſdictio ordinaria accedit alteri ordinariæ, vt acceſſoria, finitur ceſſante Iuriſdictione cui adhæret. c.2.p.2.n.26.

Ius publicum & pro publica vtilitate conceſſum pacto priuatorum derogari non debet. p.2.c.4.n.25.

*Irregularitas.*

Irregularitatem non incurrit Epiſcopus propter exercitium actus Iuriſdictionis. c.3.p.2.n.26.

Irregularitas non eſt admittenda niſi fuerit in iure expreſſa. ibid.

Cum Irregulari facto ex enormi, occulta, & voluntaria membri mutilatione, an diſpenſet Epiſcopus. c.7.p.2.n.2.

Cum Irregulari facto ex delicto, ſeu mutilatione caſuali culpabili, occulta, an diſpenſet Epiſcopus. ibid.n.3.

Cum Irregulari ex illegitimitate, vel ex alia cauſa non proueniente ex delicto nequit Epiſcopus diſpẽſare. c.7.p.2.n.24.

Cum Irregulari facto ex iteratione Baptiſmi an diſpẽſet Epiſcopus. ibid.n.43.

In Ieiuniis an diſpenſare poſſit Epiſcopus.

In Iure quando inuenitur quòd poſſit diſpenſari, an intelligatur de Papa, anve de Epiſcopo. c.8.p.2. num.2.

## L

Lapis Sanctuarij dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.27.

Latrones, & alij, qui Epiſcoporum bona furantur, an excommunicationem incurrant. cap.7.part.1. num.13.

Laborare decet Epiſcopos, quia ad hoc aſſumpti, non ad requiem. in procem.

Lauare manus debet Epiſcopus antequam celebret, & quid ſignificet. c.3.p.2.n.39.

Laicorum cauſas olim terminabant Epiſcopi. c.11.p.1.n.35.

*Legatus.*

Legatus Dei eſt Epiſcopus, & legatione Dei fungitur. in procem. col.2. & c.9.p.1.n.19.

Legati officium an exercere poſſit Epiſcopus. c.6.n.25.p.1.

Legati ſedis Apoſtolicæ non poſſunt auocare cauſas in prima inſtantia coram Epiſcopo, aut eius

Vicario

Vicario pendentes. c.2.p.2.n.13.

Contra Legatarios non implentes defunctorum voluntates procedere poteſt Epiſcopus. cap.2.p.2. num.45.

*Legitimatus.*

Legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur legitimus quoad Epiſcopatum. c.3.n.12.p.1.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an dicatur legitimatus quoad Cardinalatum. ibid.

Legitimatus ad vnam dignitatem non cenſetur ad Epiſcopalem dignitatem. ibid.n.13.

Legitimatus ad Epiſcopalem dignitatem non videtur ad Archiepiſcopalem legitimatus. ibid.n.19.

Legitimatus à Principe non videtur legitimatus ad Epiſcopatum. ibid.n.25.

Legitimare an poſſit Epiſcopus. c.7.p.2.n.25.

Leges quibus noſtra Hiſpania gubernaretur condiderunt Epiſcopi.

Legiſlatiuam poteſtatem habet Epiſcopus in Diœceſi. cap.1.part.2. num.31.

*Licentia.*

Licentia ad hoc vt Epiſcopus ſe abſentare poſſit in ſcriptis debet eſſe. c.6.p.1.n.11.

Licentia Epiſcopi an requiratur, vt canonici abeſſe poſſint.c.10.p.2. num.34.

Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo regulari conualeſcere facit teſtamentum antea factum. cap.13. p.1.n.24.

Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo ſeu Cardinali, non expirat morte Pontificis concedentis,etiam re integra. ibid.n.21.

Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo ſeu Cardinali, an intelligatur de primo teſtamento,adeò quòd vno facto non poſſit ampliùs illud reuocare,vel ſemel factum irritum, aut minùs ſolemne iterum condere. ibid.num.26.& 27.

Licentia teſtandi conceſſa Epiſcopo intelligitur ad pias cauſas, non ad profanas,licèt in conceſſione dicatur ad quoſcumque vſus. ibid.n.28.

Licentiatus ſeu Doctor in Theologia, ſeu iure canonico debet eſſe qui in Epiſcopum eligitur. c.5.p.1. num.17.

*Libri.*

Libros in cauſis criminalibus iudices inſtruentes an in lucem edere poſſint Epiſcopi ſine irregularitatis metu. c.6.p.1.n.38.

Libros prohibitos legere,aut permittere quòd alij legant, an liceat Epiſcopis. c.7.p.2.n.63.

Libri ſine Epiſcopi licentia non poſſunt imprimi. ibid.

Literas monitorias pro rebus deperditis aut furatis ad inſtantiam petentium concedere poteſt Epiſcopus,vel eius Vicarius. part.2.c.1. num.46.

Litigare per procuratorem poteſt Epiſcopus. c.12.p.1.n.3.

*Locus.*

Primum Locum obtinebant Epiſcopi in Conciliis ante Principum & Regum Legatos, & ante Cardinales S.R.E. c.1.p.2.n.10.

Loca pia an viſitare poſſit Epiſcopus. c.9.p.1.n.52.

*Lux.*

Lux mundi dicitur Epiſcopus,& quare.in procem.

Lucem imitari debet Epiſcopus cui aſſimilatur. ibid.

Lux mundi dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.28.

Et Luminaria blandiſſima mundi. ibid.

*Lucerna.*

Lucerna ſi incenditur,non vt ſibi,ſed vt aliis luceat incenditur, &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi Epiſcopus præeſt, non vt ſe, ſed vt alios adiuuet, eligitur. ibid.

Lucerna quare non ponitur ſub modio, ſed ſuper candelabrum: & Epiſcopus quare in eminentiori loco Eccleſiæ conſtituatur. ibid.

Lucerna neque illuminare, neque alteram incendere poteſt, ſi illa fuerit extincta, neque Epiſcopus alios inflammabit amore diuino, ſi ipſe eiuſdem amoris lumine fuerit deſtitutus. ibid.

Lucerna conſumitur vt alios illuminet. ibid.

*Ludere.*

Ludere an liceat Epiſcopis, ſeu intereſſe ludis, & ſpectaculis hiſtrionum. c.5.p.1.n.5.

Ludere an liceat familiaribus Epiſcoporum. ibid.n.8.

Exemplum ponitur de quodam adoleſcente damnato propter delectationem in ludo. ibid.n.9.

Ludere prohibitum iure diuino, licèt ſit ludus cartarum pictarum. ibid.

Et iure naturali. ibid.

Et iure canonico & regio. ibid.

Væ illis qui ludunt, quia flebunt. ibid.

Ludere peccatum eſt. ibid.

Ludus ſcacorum quando inuentus. ibid.n.10.

Si ludere prohibeat Epiſcopus tali ludo ſub excommunicationis pœna, & ipſe cum alio ludat, an excommunicationem incurrat ipſe, aut ſubditus. c.5.p.1.n.14.

M

MAiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis. c.6.p.1.n.23.

Maior minori ſe ſubmittere poterit. c.4.p.2.n.25.

*Maioratus.*

Maioratum inſtituere Epiſcopus non poteſt virtute licentiæ teſtandi, niſi in conceſſione dicatur ad quoſcumque vſus etiam prophanos. c.13.p.1.n.27.

Maioratum inſtituere de reditibus ſine Pontificis licentia poteſt Epiſcopus, licèt peccet, dum viuit recta valetudine. ibid.n.29.

Maioratum inſtituere de reditibus ſine peccato, & ſine Papæ licentia quomodo poſſit Epiſcopus. ibid. num.30.

Maioratus inſtitutus, ſeu donatio facta in ea infirmitate è qua mortuus Epiſcopus, valet, ſi irreuocabilis fuit facta & poſſeſſio donanti tradita. ibid.n.31.

Magiſter in Theologia meliori ornatu vti poteſt quàm alij Fratres. c.5.p.1.n.24.

*Mantelete.*

Mantelete ad quid in vſu, & quando eo vti debeant Epiſcopi. c.5.p.1.n.34.

Mantelete non debent Epiſcopi portare intra Diœceſim. ibidem, num.35.

Mantelete non vtuntur Cardinales S. R. E. ſede Papali vacante, dum ſunt in conclaui. ibid.n.35.

Mantelete an debeat eſſe longum, ſeu breue.

Magiſtratum rationum, ſeu Præſidentum non debet acceptare Epiſcopus. c.6.p.1.n.26.

Manipulum quando aſſumere debeat Epiſcopus. cap.3. parte 2. num.58.

In Miſſis defunctorum quando aſſumat Manipulum, & an vti poſſit tunc chirothecis, ſandaliis, aut baculo paſtorali. ibid.n.59.

Matthæi locus explicatur. in procem.

*Matri*

*Matrimonium.*

Matrimonium ratum non conſummatum an diſſoluatur per promotionem. c.3.p.1.n.63.& 64.

Matrimonium celebrari ſine parocho & teſtibus an poſſit de licentia Epiſcopi. c.8.p.2.n.38.

Matrimonium contrahentes,aut Religionem profitentes reſignare beneficia in manibus Epiſcopi poſſunt, & quando debeat fieri. c.10. p.2.n.19.

Maria ſanctiſſima cum corpore & anima adeſt in cœlo.c.10.num.4. part. 1.

D. Martinus Turonenſis Epiſcopus ab Imperatore qualiter honoratus. c.8.p.1.n.38.

Marci Aurelij dictum ſingulare in prooemio. fol.2.

Magnates Reipublicæ dicuntur Epiſcopi. c.10.n.47.& 48.p.1.

*Menſa.*

Menſa Epiſcopalis ad quid dotata. c.5.n.69.p.1.

Menſa Epiſcoporum qualis eſſe debeat. ibid.n.67.

*Membrum.*

Membra, & pars corporis Papæ dicuntur Epiſcopi. c.8.p.1.n.22.

Membrum præcipuum Reipublicæ dicitur Epiſcopus.cap.10.n.9. parte 1.

Meretricibus comparantur Epiſcopi qui ſubditos ſuos aliis tradunt docendos, ſeu nutriendos. c.6.p.1.n.26.

Medicus animarum dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.49.

Merum & mixtum imperiũ habet Epiſcopus. c.12.p.1.n.48.

*Miſſa.*

Miſſam celebrare an ſit de ſubſtantia conſecrationis Epiſcoporum. c.4.n.4.p.1.

Miſſam audire quotidie vtrùm teneatur Epiſcopus. c.3.p.2.n.1.

Miſſam celebrare in die Sabbati ſancti an poſſit Sacerdos de licentia Epiſcopi. c.7.p.2.n.59.

Miſſæ celebratio cum ornamentis Pontificalibus non denotat iuriſdictionem, ſeu ſuperioritatem, ſed grauitatem tantùm. c.3. part.2. num.77.

Miniſter Dei dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.32.

Miracula noua approbare an poſſit Epiſcopus. c.11.p.1.n.19.

Milites S. Mauricij,& Lazari,an contrahere cum ſecunda coniuge, ſeu primò cum vidua de licentia Epiſcopi poſſint. c.8.p.2.n.44.

*Mitra.*

Mitrâ aut baculo non debet vti Epiſcopus, neque ſandaliis,quando priuatim celebrat. c.3.p.2.n.28.

Mitra quid ſignificet. ibid.n.51.

Mitræ loco tempore Apoſtolorum vtebantur Epiſcopi corona regali. ibid.n.52.

Mitram aurifrigeatam quando habere poſſunt Epiſcopi,& quando ſimplicem,& planam. ibid.

Mitra,& alia inſignia Pontificalia eſt quædam nuda demonſtratio, quæ habet ſuum ſignificatum. c.6. p.2.n.75.

Mitra plana *de olanda* alba vtitur Epiſcopus coram Papa: & Cardinales S.R.E. *de damaſco con vnos ribetes de lo meſmo.* c.1.p.2.n.25.

Mos antiquitùs qualis in electione Epiſcopi ſeruatus. c.3.n.1.p.1.

Mozzetam debet portare Epiſcopus. c.5.p.1.n.33.

Modeſtia ſingularis Epiſcoporum in ſubſcribendo. c.11.n.11.p.1.

Moſcouitarum Epiſcopi, & Archiepiſcopi vtuntur mitris rotundis & nigris. c.3.p.2.n.54.

Sed Archiepiſcopus Nabagardenſis alba bicorni, more noſtro. ibid.

*Mortui.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mortui.*

Mortuorum corpora cum ornamentis pretioſis ſepeliri prohibentur. ibid.n.72.

Mortuo Epiſcopo non condito teſtamento, ſi habebat licentiam teſtandi nihil illi prodeſt ad hoc, vt bona non applicentur Cameræ. c.13.p.1.n.21.niſi in licentia cautum ſit quòd ſuccedant proximiores ab inteſtato. ibid.

Monitio vnica, non trina, ſufficit quando Epiſcopi vocantur ad Concilium. c.1.p.2.n.4.

*Monachus, Monialis.*

Monachus meliori habitu vti debet quàm conuerſus. cap.5.p.1. num.24.

Moniales quando infirmitatis cauſa exire debent à monaſterio, non ſolùm cauſa approbanda eſt à Prælato ſuperiore, ſed à dioceſano Epiſcopo. c.2.p.2.n.44.

Moniales è monaſterio exire nequeunt de licentia Epiſcopi. cap.9. p.2.n.34.

Moniales nullo modo exire poſſunt clauſtra monaſterij, etiam interueniente ſui Superioris licentia, niſi interueniat etiam approbatio dioceſani Epiſcopi. ibid.n.35.

Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium: ob quid dictum. c.3.p.2.n.84.

Munus præcipuum Epiſcoporum prædicatio, & quare. ibid.

*Mulieres.*

Mulieres an fideiubere poſſint pro aliis. c.4.p.2.n.25.

A Mulierum conuerſatione fugiendum. c.5.p.1.n.3.

Mulieris cor ſagena, & eius motus ignis deuorans. ibid.

Mulctas cui applicare debeat Epiſcopus. c.12.n.60.p.1.

In Mari natus cuius domicilium ſequatur. c.6.p.2.n.42.

Cum Minoribus non habentibus ætatem ad contrahendum an diſpenſet Epiſcopus. c.8.p.2.n.23.

N

NEminem oportet plura & meliora ſcire, quàm Epiſcopus. c.2.p.1.n.6.

Nepotes aliquando vocantur filij, & quare. c.8.p.1.n.15.

Neruus quidam, ſeu vena à corde procedens in quarto digito à pollice manus ſiniſtræ vbi deſinit, implicatus, & ideò annulo coronatur. c.3.p.2.n.57.

Nomina & cognomina ſunt rebus conſonantia. c.10.p.1.n.1.

Nomen Cardinalium quo tempore cognoſci cœpit. c.1.p.1.

Nobiles ciuitatis an portare debeant haſtas pallij quando Epiſcopus prima vice Diœceſim intrat. c.5.n.2.p.1.

Noſtra non ſunt quæ non poſſumus auferre nobiſcum. c.5.num.70. parte 1.

Nuptiæ an celebrari poſſint tempore prohibito de licentia Epiſcopi. c.8.p.2.n.41.

Notarios creare in ſua Diœceſi poteſt Epiſcopus, & iam creatos examinare. c.12.p.1.n.52.

*Nuntius.*

Nuntium particularem an remittere teneatur Epiſcopus cum acceptatione alternatiuæ. c.6.p.1. num.68.

Nuntij Apoſtolici quo tempore cœperunt mitti ad Regum & Principum curias. c.11.p.1.n.31.

Nuntius Apoſtolicus an diſpenſare poſſit in impedimentis matrimonium dirimentibus. cap.8. p. 2. num.17.

Obedire

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

O

OBedire cui potiùs debeat Epiſcopus, ſuo Archiepiſcopo, aut Regi. c.6.n.30.p.1.

Obtinentes ſimplicia beneficia an ad aliud teneantur, vel poſſint cogi, quàm ad recitandum diuinum officium. c.10.p.2.n.37.

Oculos ſibi eruit qui Epiſcopos iniurioſè tangit. in procem.

Non obedientes Epiſcopo immundi ſunt, & extra Eccleſiam. ibid.

Oculus Dei & oculus gregis dicitur Epiſcopus. c.9.n.42.p.1.

Occidẽs aggreſſorem omni modo moderatione inculpatæ tutelæ ſeruata, an incurrat irregularitatem. c.7.p.2.n.13.

Onus Epiſcopale Angelicis humeris formidandum. in procem.

*Ordinare, Ordo.*

Ordinare idem eſt quod eligere. c.1.p.1.n.16.

Ordine ſacro debet eſſe initiatus qui in Epiſcopum eligitur. c.5.p.1. num.25.

Ordo Epiſcopalis perfectior eſt monachatu. ibid.n.30.

Ornatus honeſtas maximè conuenit Epiſcopis. c.1.n.52.

Ordo an dicatur Epiſcopatus. c.4.p.1.n.11.

Inter Ordinem ſacerdotalem & Epiſcopalem an requiratur quòd ſeruentur interſtitia. ibid.n.14.

Nouum Officium, ſeu nouam formam recitandi horas canonicas etiam in honorem Sancti canonizati, nequit Epiſcopus. c.5.num.14. part.1.

Offendentes Epiſcopum qui loco & dignitati renunciauit, an excommunicationem incurrant. c.7.p.1. num.12.

Epiſcopus qui ſeipſum offendit an excommunicationem incurrat. ibid.

Ordo Epiſcopalis de iure diuino & quadripartitus eſt. cap.8. part.1. num 1.& 3.

Maior Ordo quàm Epiſcopalis non inuenitur. ibid.n.26.

Oſculari manus Regis aut Imperatoris an debeant Epiſcopi. ibid. num.40.

Officium Proregis an exercere poſſit Epiſcopus. c.6.n.30.p.1.

Ordo ſedendi in Concilio generali qualiter ſeruetur, remiſſiuè. c.1.p.2.n.11.

Ordo ſedendi in Conciliis olim reſeruabatur iuxta prioritatem temporis conſecrationis. cap.1. part.2. num.11.

Sacramenti Ordinis eſt Epiſcopus vnicus iure diuino Miniſter. c.6.p.2.n.1.

Ordines minores an poſſit ſimplex Sacerdos de commiſſione Papæ conferre. c.6.p.2.n.8.

Ordines minores an conferre poſſit Epiſcopus qui loco & dignitati renunciauit. cap.6. num.10. & 12.part.2.

Ordines minores quolibet die conferri poſſunt non ſeruatis interſtitiis. ibidem, numero 19. part.2. & num.20.

Ordines minores, & Subdiaconatus conferri poſſunt vno die. ibid.n.22.

Ordinare an poſſit Epiſcopus illum, qui Subdiaconatum recepit à Papa, ſine eius licentia expreſſa. c.6.p.2.n.27.

Ordinari an quis poſſit ad titulum bonorum mobilium, & an ad titulum cenſus. ibid.n.46.

Ad titulum paternæ hæreditatis ordinari an quis poſſit. ibidem, num.57.

Ordinans de commiſſione alterius alienos ſubditos ſine titulo an eos alere teneatur ordinans ſeu committens. c.6.p.2.n.64.

Epiſcopus ordinans ſcienter irregularem, aut criminoſum, ſeu literas dimiſſorias ei concedens, videtur cum eo diſpenſare. cap.6.part.2. num.69.

Ordinum minorum collatio an competat Abbatibus ius mitræ & baculi habentibus, ex priuilegio, aut ex iure communi. ibidem, numero 72.

Opera ſeruilia exercere in diebus feſtiuis an permittere poſſit Epiſcopus. c.7.p.2.n.58.

Offendentes electum confirmatum, nondum conſecratum, neque excommunicationem incurrunt, neque plectuntur pœna ordinaria. c.3.p.1.n.50.

Omnes Ordines in Epiſcopo ſunt. c.9.n.17.p.1.

Nullus Ordo ſupra Epiſcopatũ. c.8.p.1.n.18.

Verſiculus ille Salomonis, *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*, explanatur. capite 10. numero 4. parte 1.

Decretum Concilij Meliuitani circa Ordinem ſedendi in Concilio. c.5.p.2.n.12.

Ordo ſedendi in Conciliis antiquitùs qualiter ſeruatus. ibid.

P

*Papa.*

PApa quare ſe Epiſcopum nominet. cap.8.num.18.part.1.& c.1. p.1.n.40.

Papa & Cardinales an poſſint dici eſſe vna eadémque perſona, & vna anima ſeu portio animæ. cap.1. n.20.p.1.

Papa Epiſcopos fratres vocat, Cardinales autem filios. c.1.n.41. part.1.

Papa Cardinales fratres vocat, ſi eos permixtim alloquitur. ibidem.

Papæ iure diuino competit eligere Epiſcopos. cap.3. part. 1. numero 2.

Papa Epiſcopos titulares creare poteſt dummodò aſſignetur eis titulus in terris infidelium. c.3.n.38. part.1.

Prædicti Epiſcopi titulares quando creari cœperunt. ibidem, num.39.

Papa ſolus diſpenſat cum Epiſcopo, vt priora beneficia ſimul cum Epiſcopatu retineat. ibidem, num.77.

Beneficia retenta ſimul cum Epiſcopatu erunt ſemper reſeruata Papæ. ibid.n.78.

Beneficia diſpenſatiuè obtenta an vacent ſi promouetur ad aliam Eccleſiam. ibid.n.79.

Papa ſolus diſpenſat quòd electus ab vno Epiſcopo tantùm conſecretur. c.4.p.1.n.16.

Papa in die conſecrationis ſuæ an Acolytum ordinare queat. ibid. num.19.

Papa olim eodem veſtimento vtebatur ſicuti cæteri Epiſcopi. c.5. p.1.n.27.

Papa cùm eligit Regulares in Epiſcopos, ſeu confirmat, cum ipſis tacitè diſpenſat in omnibus obſeruantiis regularibus cum Epiſcopatu incompatibilibus. ibidem, num.66.

Papa ſolus diſpenſat in reſidentia Epiſcoporum. capite 6. parte 1. num.41.

Papa an faciat Epiſcopis iniuriam reſeruans ſibi ſex menſes. ibid. num.45.

Papa an poſſit omnes Epiſcopos deponere. capite 8. parte 1. num. 5. & 31.

Papa an dicatur Dominus Epiſcoporum. c.8.ibid.n.13.

Papa Epiſcopos magni facit, & fratres & Coëpiſcopos appellat. ibid.n.15.

Papæ electio ad Epiſcopos pertinebat. c.11.p.1.n.37.

Papæ electio iure diuino ad Epiſcopos pertinebat. ibidem, numero 38.

Papa, ſeu Epiſcopus, & quilibet alius inferior, licèt diues, & in ſublimi ſede conſtitutus, Parentes ſuos ſingulariter venerari tenetur. c.12.p.1.n 15.

Papa ad quid in pede dextro crucem habeat. capite 3. parte 2. num.44.

Papa quolibet die & tempore poteſt vti pallio. capite 3.part.2. num.61.

Papa in hæreſim incidere non poteſt, neque errare in his, quæ ad fidem pertinent. cap.1. part.2. num.16.

Papa eſt inter Epiſcopos, ſicut Petrus inter Apoſtolos.cap.8.part.1. num.21.

Papa eminentiſſimus vocatur. c.10.p.1.n.17.

Papa quando aliquid vt Eccleſiæ caput decernit, non poteſt errare. c.1.p.2.n.16.

Papa quando aliquid decernit vt perſona priuata, in his quæ ad fidem non pertinent errare poteſt. ibidem.

Papa peccare poteſt. ibid.

Papa an concedere poſſit quòd ſimplex Sacerdos Confirmationis ſacramenti Miniſter ſit. c.5. part.2. num.2.

Papa an poſſit delegare ſimplici Sacerdoti Chriſma conficere. ibidem.

Papa an poſſit committere ſimplici Sacerdoti collationem Ordinum maiorum. c.6.p.2.n.5.

Papa an poſſit concedere ſimplici Sacerdoti quòd Epiſcopum conſecret. ibid.

Papa quando concedit ius vtendi mitra, & aliis indumentis Pontificalibus, an conceſſiſſe videatur quòd poſſit exercere iura Epiſcopalia. ibid.n.75.

Papa ſi diſpenſat cum illegitimo ad Presbyteratum ſuſcipiendum, vtrùm Epiſcopus diſpenſare poſſit cum eo ad obtinendum canonicatum in Eccleſia Cathedrali. c.7.p.2. num.28.

Papa ſolus diſpenſat in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis.c.8. p.2.n.14.

Papa ſolus diſpenſat in impedimentis publicæ honeſtatis quod primum gradum non excedit, & oritur ex ſponſalibus validè contractis. ibid.n.15.

Papa ſolus diſpenſat cum conſanguineis, vel affinibus, inter quos fuit copula carnalis poſtquam miſerunt Romam pro diſpenſatione ad contrahendum. ibid.n.16.

D. Pauli locus explanatur. in proœm.

Paſtores in Reges, & piſcatores in Præſules quare Dominus commutauerit. in proœm.

Pauperes egere dum Epiſcopus ſe voluptatibus tradit non eſt ſecurum. ibid.

Patres & Principes Eccleſiæ dicuntur Epiſcopi. ibid.

Pater & filius non poteſt dici quòd habent vnam animam. cap.1. n.20.p.1.

Pars corporis Papæ dicitur Epi-

ſcopus. c.1.p.1.n.21.

Paſcaſius Epiſcopus reprehenſus, ex eo quòd cum vno aut duobus famulis ad mare deſcendebat. c. 5. p.1.n.21.

*Pater.*

Pater Eccleſiæ,& Paſtor,& Pater ſpiritualis dicitur Epiſcopus. c.9. n.51.p.1.

Et Pater pauperum,& tutor pupillorum. ibid.

Pater Epiſcopi etiam plebeius nobilitatur,& quare. c.12. num.13. & 14.

Parentes egere & filios abundare abſurdum, & contra naturales, & diuinas regulas. ibid.

Palacium Epiſcopi an gaudeat immunitate Eccleſiæ. ibidem, numero 63.& 65.

*Patriarcha.*

Patriarchæ principales Crucem ante ſe geſtare in Vrbe Romana, ſeu vbi Pontifex, vel eius Legatus fuerit, non poſſunt. c.1.p.2.n26.

Patriarcha ſeu Archiepiſcopus vtitur pallio intra Miſſarum ſolemnia, non extra prouinciam: in quibus feſtiuitatibus. capite 3. parte 2. num.61.

*Pallium.*

Pallium an accommodari poſſit. ibid.num.67.

Pallium ſi caſu accidentali perdatur, ſeu cremetur, aliud petere debet Epiſcopus. ibidem, numero 74.

*Parochus.*

Parochi, ſeu alij Prælati Epiſcopis inferiores indulgentias concedere nequeunt. capite 4. parte 2. numero 26.

Parochus extra parochiæ ſuæ limites, parochianum ſuum pœnitentialiter audire poteſt, & abſoluere. ibid.n.30.

Cum Parocho triennio ſuſpenſo an diſpenſet Epiſcopus. c.8. part.2. num.39.

Cum Parocho an diſpenſet Epiſcopus in reſidentia cauſa ſtudiorum, ſeu quia exercet officium Inquiſitoris, aut Vicarij. c. 10. p.2. num.31.

Parochias nouas an creare poſſit Epiſcopus. ibid.n.41.

Patroni laici intra quod tempus debeant præſentare. ibidem, numero 10.

Petrarchæ ſententia refertur. in proœm.

*Petrus.*

D. Petrus quare priùs & ſolus reprehenſus in nocte paſſionis, ſiquidem alij duo Apoſtoli dormiebant. in proœm.

Petrus à Chriſto Domino ante reſurrectionem in principem Eccleſiæ fuit electus. cap.1. num. 10. part.1.

R. Pat. Petrus *de la Madre de Dios* Carmelitanus laudatur: in Epiſtola dedicatoria.

D. Petrus & cæteri Apoſtoli in principio naſcentis Eccleſiæ ſimul gubernabant, & erant pares tam in conſecratione quàm in iuriſdictione. c.6.p.1.n.8.

Petrus omnibus relictis Dominum eſt ſequutus. ibidem, numero 40.

Perſequi Epiſcopos nihil aliud eſt quàm ſeipſum,& Chriſtum perſequi. in proœm.

Penſiones ſuper beneficiis an imponere poſſit Epiſcopus. c.10. p.2.n.26.

Pacificare ſubditos tenetur Epiſcopus. ibid.n.24.

D. Petrus quare non accepit principatum ſuper Apoſtolos, ac claues regni cœlorum, niſi poſt

reſurre

reſurrectionem. c.1.n.10.p.1.& c.11. num.38.

D. Petrus an potuit Apoſtolum ab Apoſtolatu remouere. c.8.n.32. part.1.

*Pectoralis.*

Pectoralis origo ſingulariter deſcribitur. c.3.p.2.n.94.

Pectoralis vſus apud Epiſcopos antiquiſſimus. ibid.

Perſona notabilis,honeſta,magna, egregia & excelſa dicitur Epiſcopus. capite 10. numero 10. vſque ad 15.

Summus Pœnitentiarius centum dies indulgentiarum concedere poteſt. c.4.p.2.n.9.

Peregrini, aduenæ,ſeu mercatores an poſſint abſolui ab Epiſcopo illius Diœceſis vbi degunt, & diſpenſari in irregularitatibus ſeu votis. c.7.p.2.n.36.

Principes & Reges Epiſcopo obedire ac conſulere debent. in procem.

Philippus quartus Hiſpaniarum Rex laudatur. capite 3. parte 1.numero 73.

*Pontifex.*

Pontifex Romanus Eccleſiæ Dei Caput. c.1.p.1.n.18.

Pontifex ſummus & maximus dicitur Epiſcopus. cap.9.numero 8. part.1.

Et porta cæleſtis Sion. ibidem, num.30.

Poſſeſſiones amplas,& ſumptuoſa palatia ab antiquo habita ab Epiſcopis. c.5.p.1.n.21.

Pſalm. & orationes quas dicere debet Epiſcopus antequam Pontificalia indumenta aſſumat.c.3.part.2. num.34.

A procuratione Epiſcopatus fugiendum.in procem.

Presbyteri ſeu Diaconi an creati ante tempora Sylueſtri Papæ.cap.1. n.34.p.1.

Prælatum ſeu Epiſcopum quali ſymbolo antiqui ſignificabant.c.1. n.50.p.1.

Verbum Prouideo longam ſpeculationem ſupponit. capite.2.num.2. part.1.

Præpoſitus generalis Societatis Ieſu an poſſit compellere regulares eiuſdem Societatis ad Epiſcopatum acceptandum. capite 3. numero 28. part.1.

Proceſſus promouendorum ad Epiſcopatum,& ſchedula conſiſtorialis qualiter ſubſcribantur remiſſiuè. c.3.n.21.p.1.

Prælatura per confirmationem perficitur. ibid.n.48.

Prælati per Papam prouiſi ſtatim cùm eliguntur tunc & confirmantur. ibid.n.84.

Prudentes Præſules quid facere debeant interim quãdo literas ſuæ tranſlationis expectant. ibidem, in fine.

Promotus ad Epiſcopatum qui ob aliquorum calumnias non potuit conſecrari, à quo iudicari debeat. c.7.n.2.p.1.

Piſcare an liceat Epiſcopo.cap.5. p.1.n.11.

*Princeps.*

Princeps Sacerdotum dicitur Epiſcopus, & inter illos adeſt tamquam Princeps inter Conſiliarios. c.8.p.1.n.24.

Princeps Eccleſiæ dicitur Epiſcopus. ibid.

Princeps à clariſſimis ſalutatus an aſſurgere debeat. ibidem,numero 39.

Princeps ſæcularis & temporalis dicitur Epiſcopus. ibidem, numero 44.

Qui præerant pani quare di-

cebantur Epiſcopi. capite 9.num.5. part.1.

Loco Dei præſidet Epiſcopus. ibid.

Prædicator Dei dicitur Epiſcopus. ibid.

Et diuinus Præco. ibid.

Proſperi Aquitani ſingularis locus. c.9.in fine.

*Prætor, Præſes.*

Prætor ciuitatis & Magiſtratus dicitur Epiſcopus. num.22.cap.10. part.1.

Præſes prouinciæ erat illuſtris, clariſſimus, & excellentiſſimus. ibidem.

Præſes prouinciæ dicitur Epiſcopus, & de maioribus Magiſtratibus. ibid.n.35.

Prætor ciuitatis coram Præſide prouinciæ baculum portare non poteſt. ibid.n.36.

An coram Epiſcopo. ibid.

Præfectus Prætorius erat illuſtris, & illuſtriſſimus.ibidem, numero 42.

Principis, Conſiliarij dicuntur illuſtres. c.10.n.44.

*Proceres.*

Proceres regni dicuntur Epiſcopi. ibid.n.47.

Procerum & Magnatum officium quale. ibid.

*Presbyter.*

Presbyter coram Epiſcopo in eius Diœceſi celebrans quid obſeruare debeat. capite 3. parte 2. numero 25.

Prohibere poteſt Epiſcopus ne Presbyteri alterius Diœceſis ibi Miſſam celebrent, aut confeſſiones audiant ſine eius licentia. c.3. p.2. num.4.

Prædicare extra Diœceſim ſine licentia ordinarij an liceat Epiſcopo. ibid.n.82.

*Præcedere.*

In proceſſionibus ſi ingrediatur Epiſcopus, debet præcedere quoſcumque alios, etiam ſi ſit extra Diœceſim, vel intra clauſtra exemptorum, & ibi primum locum obtinere debet, etiam præſente Generali ſeu Prouinciali eiuſdem religionis. c.1.p.2.n.51.

Prothonotarios præcedere an poſſit Epiſcopus in Capella Papæ. ibid.n.53.

Præcedere debet incedendo Vicarius generalis Epiſcopi Archidiaconum, etiamſi Archidiaconus haberet priuilegium. cap.2.part.2. num.9.

Præcedere debet Vicarius omnes dignitates poſt Epiſcopum, tam in choro, proceſſionibus, quàm in cæteris actibus. capite 2. parte 2. num.9.

Priuilegium conceſſum Epiſcopo ne à ſua ſententia appelletur, an proſit Vicario generali. ibidem, num.18.

Proceſſionaliter debet recipi Epiſcopus à clero quando ad viſitandam Diœceſim accedit. ibidem, num.39.

Præſcribi an poſſint ea quæ Ordinis Epiſcopalis propriè ſunt. c.5. part.2.num 5.

Primam tonſuram an poſſit Epiſcopus extra Diœceſim ſine licentia ordinarij conferre, & an quolibet die, etiam non feſtiuo. c.6. p.2. num.17.

R

*Rex.*

REx extra regni ſui limites poteſt Milites & Doctores creare. c.4.p.2.n.30.

Reges & Cardinales an dicantur inferiores eſſe Epiſcopis. cap. 1. num.41.part.1.

Reges Hiſpaniæ ius præſentandi quòd habent ad Eccleſias cathedrales à quo tempore ſit. cap.3.p.1. num.3.

Reges Hiſpaniæ Eccleſiarum Cathedralium patroni. ibidem,numero 5.

Rex ad Epiſcopales ſedes eligere tenetur digniorem ex propoſitis à Conſiliariis. ibid.n.8.

Rex perquirere tenetur à ſuo Confeſſario,& Conſiliariis,quis ſit dignior. ibid.

Reges & Imperatores, qui ex illuſtriſſima Guzmanorum familia originem ducunt, referuntur. in Epiſtola dedicator.

Reges curare debent circa Epiſcoporum venerationem, quia ipſi pro bono Reipublicæ inuigilant. cap 8.p.1.n.45.

Rex eſt ſuperilluſtris. c. 10. p.1. num.46.

Regis Conſiliarij pars corporis eius dicuntur. ibid.n.46.

Rex de iure noſtro *ſellama Mageſtad.* ibid.

Rex eſt Caput Regni & Reipublicæ. ibid.n.48.

Reges Hiſpaniæ olim Epiſcopi eligebant. c.11.n.21.p.1.

Regnum Legionenſe cum regno Caſtellæ Epiſcopi incorporarunt. ibid.n.23.

Rex Moſcouitarum loco coronæ regalis vtitur mitra, & loco ſceptri baculo paſtorali. capite 2.num. 53. cap.3.

*Regularis.*

Regularis factus Epiſcopus priuatur priuilegiis religionis. c.3.p.1. num.54.

Regularis Epiſcopus ſi ad religionem redeat inhabilis erit ad officia religionis. ibidem, numero 36.

Regularis factus Epiſcopus admittitur in Hiſpania ſine examine, ſed cum ſui Superioris ſchedula approbationis. c.3.n.18.

Regularis factus Epiſcopus à quibus eximatur. capite 5. numero 48.

Regularis ad Epiſcopatum promotus non poteſt electionem de ſe factam acceptare ſine ſui Superioris licentia. c.3.n.19.

Et an Superior eam poſſit concedere ſine conſenſu Monachorum. ibidem.

Talis Superior an eſſe debeat Prouincialis,aut Generalis. ibid.

Regulares è Societate Ieſu an poſſint acceptare Epiſcopatum, ſeu procurare de licentia ſui Præpoſiti generalis. ibid.n.28.

Regulari an licitum Epiſcopatum deſiderare. ibid.n.29.

Regularis factus Epiſcopus quidquid acquiſiuiſſe tempore promotionis inueniatur, relinquere debet religioni. ibid.n.33.

An cum eo in hoc poſſit diſpenſare Superior ſuæ religionis. ibid.

Regulares Epiſcopi quo veſtitu vti debeant. capite 5. parte 1. num.48.

Regularis Epiſcop. manet obligatus tripliciter ad obedientiam Papæ. ibid.n.50.

An idem dicendum in regulari, Cardinali creato. ibidem, numero 52.

Regularis factus Papa poteſt habitum Monachalem dimittere, & aſſumere Pontificalem. cap.5.n.54. part.1.

Regularis Epiſcopus licèt titularis ex noua conſtitutione debet vti

vti mozzeta, & mantelete, eiuſdem coloris ſui habitus, & galero viridi ſuffulto, ac pileo nigro. ibid.n.55.

Regularis factus Epiſcopus qui ex conſtitutione ſuæ regulæ carnibus vti non poterat, an ad id teneatur. ibid.

Circa hoc qualis conſtitutio apud patres Dominicanos. ibid.

Regularis Epiſcopus relicto de licentia Papæ Epiſcopatu an teneatur ad religionem redire. ibid. num.60.

Papa qui antea fuit regularis, relicto Papatu, an id facere teneatur. ibid.n.61.

Regularis Epiſcopus ſi degradatur an teneatur præciſè ad religionem redire. ibid.n.62.

Regularis factus Epiſcopus titularis ab omnibus eximitur à quibus Epiſcopus Diœceſim habens. ibid. num.63.

Regularis *E*piſcopus ſocium habere debet de honeſtate & quis eum eligat de conſuetudine. capite 5. num.64.

Regularis Epiſcopus an poſſit habere proprium. ibidem, numero 65.

Regularis Epiſcopus an ad paupertatem teneatur. ibid.

Regularis Epiſcopus an ſit redituum Epiſcopatus Dominus. ibid.

Regularis Epiſcopus an teneatur ad reſtitutionem ſuperuacaneè conſumptorum. ibid.

Regularis Epiſcopus in diuinis celebrandis tenetur ſeruare ritum ſuæ Eccleſiæ cui præeſt. ibid.d.c.5. p.1.n.71.

Regularis Epiſcopus an poſſit ſuccedere patri per teſtamentum minùs ſolemne. cap.12. num. 10. part.1.

Regularis *E*piſcopus an poſſit fieri compater. ibidem, numero 24.

Regularis Epiſcopus antequam amictum aſſumat debet induere rochetum, quando priuatim ſeu Pontificaliter celebraturus eſt, & idem facere tenetur Epiſcopus ſæcularis ſi aſſiduè eum non portat. c. 3. p.2. num.38.

Regularis *E*piſcopus non liberatur à paupertatis voto, neque efficitur Dominus redituum. c.13.part.1. num.4.

Regularis Epiſcous teſtari nequit. ibidem.

Regularis Epiſcopus an poſſit teſtamentum quod fecit in ſæculo, antequam habitum monachalem ſuſcepiſſet, factus *E*piſcopus reuocare.capite 13. parte 1. numero 14. & 15.

Regularis Epiſcopus an poſſit in morte diſponere de relictis à parentibus Iure hæreditario, ſeu ab amicis. ibid.

Regulari Epiſcopo qui ſuccedat. ibid.

Regularis factus Papa poteſt teſtari, auth. licentia ſeruata. ibidem, num.6.

Regularibus Epiſcopis qui concedere valeat teſtandi licentiam. ibid.n.18.

Regularis factus Epiſcopus, ſi petit licentiam teſtandi, quid exprimere teneatur. ibid.

Regularis Epiſcopus dum teſtatur an exprimere teneatur ſe teſtari virtute priuilegij. ibidem, numero 20.

Regulares an poſſint prædicare ſine venia Epiſcopi. cap.3.part 2. num.86.

Regulares accedentes pro licentia concionandi, an debeant examinari.

minari. ibidem,numero 87.

Regulares ad Synodum accedere tenentur, quibus animarum cura commiſſa eſt. capite 1. parte 2. num.29.

Regalis Capellæ Capellanus maior an præcedere debeat Epiſcopos ibi aſſiſtentes. parte 2. numero 52.

Regulares ad hoc vt ordinare valeant non requiritur quòd literas dimiſſorias habeant. c.6.part.2. num.68.

Cum Regularibus irregularibus an diſpenſet Epiſcopus. c.7. part.2. num.20.

Regulares Franciſcani in Hieroſolymitana ciuitate commorantes in cuſtodia glorioſi Sepulchri Domini noſtri. capite 9. parte 2. num.29.

Regulares ſeu moniales quando renunciationem bonorum facere debeant. ibid.n.37.

*Reſignatio.*

Reſignationes an admittere poſſit Epiſcopus in curia Papæ exiſtens. capite 10. parte 2. numero 20.

Reſignationes an admittere ex generali commiſſione vicariatus. p.2.c.2.n.14.

Reuerendas an concedere valeat Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione. capite 2. parte 2. numero 15.

Reuocare indulgentias ab anteceſſore datas an poſſit Epiſcopus. c.4.p.2.n.16.

*Renunciare.*

Renunciare ſuum priuilegium vnicuique licet. ibid.n.25.

Renunciare Epiſcopatui an poſſit electus confirmatus, non conſecratus,ſine Papæ licentia. c.3.n.62. part.1.

Renunciare loco & dignitati Epiſcopus quando dicatur. c.6.p.2. num.13.

Religioſiſſimus dicitur Eſpicopus. c.10.p.1.n.1.

Reuerendiſſimus appellatur Epiſcopus. ibid.n.8.

Religiones confirmabant Epiſcopi. capite 11. parte 1. numero 24.

Robertus Bellarminus illuſtriſſimus Ieſuita, S. R. E. Cardinalis laudatur.capite 1. parte 1. numero 46.

*Rochetum.*

Rocheto an vti debeant Epiſcopi etiam intra domum, & in camera. c.5.n.31.

Rochetum an portare poſſint Epiſcopi regulares. ibidem,numero 49.

*Reſidere.*

Reſidere debet Epiſcopus in loco vbi ſua Eccleſia Cathedralis ſita eſt. c.6.p.1.n.4.

Reſidentia Epiſcoporum an ſit de iure diuino. ibidem, num. 7. & 8.

Reſidentes Epiſcopi quibus priuilegiis potiantur. cap. 6.num.73. part.1.

In reuocatoria generali non comprehenditur alternatiua. ibid. num.72.

Reuerentia genuflexionis Epiſcopis debetur. capite 8. parte 1. num.44.

S

*Sacerdotium,Sacerdos.*

SAcerdotium fuit de Aaron in Chriſtum, & de Chriſto in Petrum & Apoſtolos tranſlatum. c.1.n.30.p.1.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacerdotes Leuitici generis dicuntur Epiſcopi. cap. 1. num. 37. part. 1.

Sacerdotum dicitur collega Epiſcopus. parte 1. capite 5. numero 33.

Sacerdotes non debent ſtare coram Epiſcopo dum ipſe ſedet. ibid.

Sacerdotes dicuntur Aſſeſſores & Conſiliarij Epiſcoporum. ibid.

Sacerdotes debent vocari ab Epiſcopo fratres, ſeu ſocij, non filij. c.6.p.1.n.19.

Sacerdos poteſt Miſſam perficere Epiſcopi, quando propter aliquam infirmitatem ipſe per ſe non potuit. c.3.p.2.n.19.

Sacroſanctus & Deo amabilis dicitur Epiſcopus. cap. 10. part. 1. num. 6.

Et ſanctiſſimus. cap. 11. part. 1. num. 7.

Aſſurgere an debeant Imperatores & Reges in aduentu Epiſcopi. c.8.p.1.n.38.

Summus Sacerdos dicitur Epiſcopus. c.9.n.7.p.1.

Et Sal terræ. ibid.

Sanctos canonizabant olim Epiſcopi. c.11.n.16.p.1.

*Sacramenta.*

Sacramentorum collationem vtrùm ſine cauſa poſſit prohibere Papa Epiſcopis. cap. 8. numero 6. part. 1.

Sacramenta quæ ſunt Epiſcopis reſeruata ratione Ordinis, an poſſit Papa prohibere. ibid.n.7.

Sandaliis vtitur Epiſcopus quando Pontificaliter celebraturus eſt. c.3.p.1.n.36.

Sacramentalis confeſſio & abſolutio ſine ſtrepitu iudiciali fit, & inter volentes exercetur. c. 4. p. 2. num. 81.

Scriptura in lapide ceu vnus teſtis probat, vbi non agitur de præiudicio tertij. capite 1. part. 1. numero 31.

Somnus Epiſcoporum ſubditis valdè damnoſus. in procem.

Subuenire pauperibus Epiſcopi ex officio debent, quod ſi non faciunt, in vanum nomen & exercitium portant. ibid.

*Subditi.*

Subditorum memoria in corde, non in lapidibus adſcribi debet. ibidem.

Subditi maximo ac ſingulari amore & reuerentia Epiſcopum ſunt dilecturi.

Subditos abſoluere, & pœnitentialiter audire extra Diœceſim ſine licentia ordinarij poteſt Epiſcopus. c.4.p.2.n.81.

*Status.*

Status Epiſcopalis perfectior eſt regulari. c.3.n.81.

Statum Eccleſiæ decolorare an poſſit Papa. capite 8. parte 1. numero 6.

A ſententia mortis ſeu mutilationis debet Epiſcopus abſtinere. c.12.n.54.

Suſpenſus Epiſcopus à Pontificalibus celebrans cum indumentis Pontificalibus non incurrit irregularitatem. capite 3. parte 2. numero 26.

Succinctorium quo ſe præcingit Epiſcopus quid denotet. ibidem, num. 42.

Stolâ ab humeris dependente vtitur Epiſcopus, & presbyter trâsuersâ ante pectus, quid denotet. c.3.p.2.n.45.& 46.

*Sæcularis.*

Inter ſæculares per abuſum introductum geſtare annulum in digito minimo manus ſiniſtræ, aut dextræ. ibid.n.57.

Sæcula

Sæcularis Epiſcopus an conſtitutus in ea infirmitate è qua vita diſceſſit, poſſit donare, ſeu diſponere de bonis intuitu Epiſcopatus acquiſitis. c. 13. p.1. n. 16.

*Sepultura.*

Sepulturam eligere extra diœceſim poteſt Epiſcopus. ibidem, p.1. num.35.

Mortuo Epiſcopo non electa Sepultura, vbi ſepeliri debeat, quid ſi decedat extra diœceſim, vel extra ciuitatem. ibid.n.36.

Coadiutor Epiſcopi, qui decedit non electa ſepultura, vbi ſepeliri debeat. ibid.

De ſpolio Epiſcopi decedentis an debeatur regalis decima. ibid. num.39.

*Synodus.*

Synodus Epiſcoporum vocatur Concilium generale. part.2. cap.1. num.2.

Synodum congregare quotannis debent Epiſcopi. ibidem, numero 20.

Ad Synodum qui accedere debeant. ibid.

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis an accedere teneatur ad Synodum. ibid.

In Synodo debet Epiſcopus ingredi ſacris indutus veſtibus, & ſimiliter Abbates. ibid.

In Synodo quibus mitris vti debeant, & in Concilio generali, Epiſcopi, quibus Cardinales, & quibus Abbates, ius mitræ & baculi habentes. capite 1. parte 2. numero 23.

*Statuta, Statuere.*

Statuta condere ſine conſenſu cleri an poſſit Epiſcopus. ibidem, p.2.n.32.c.1.

Statuere contra ius an poſſit Epiſcopus. ibid.n.33.

Statuere quòd promoti ad minores Ordines continentiam ſeruent an poſſit Epiſcopus. ibid.n.37.

Statuta ſuæ Eccleſiæ immutare ſine conſenſu Capituli nequit Epiſcopus. ibid.n.36.

Statuere quòd omnes oſtendant titulum ſui beneficij, poteſt Epiſcopus. ibid.n.38.

Sedere in ſua Eccleſia, Capitulo, aut choro, in eminentiori loco puluinari adhibito. cap. 1. parte 2. num.49.

Si in aliquo ſtudio ſedit Epiſcopus, vt Epiſcopus, an omnes præcedat, quid ſi in aliquo Concilio, aut Capitulo. ibid.

Simplex Sacerdos de commiſſione Papæ an poſſit Subdiaconatum conferre. c.6.p.2.n.6.

Simplex Sacerdos de commiſſione Papæ maiores Ordines an conferat. ibid.

Stellæ dicuntur Epiſcopi. in procem.

Samſon à Dalida deceptus. ibidem.

D.Sylueſter Papa fuit primus qui Cardinales creauit. cap.1. part.1. num.33.& 35.

Sedes dilectionis cor eſt. ibid. num.51.

Subtiliſſima ars viuendi eſt culmen tenere, & gloriam reprimere. ibid.n.55.

Senecæ ſententia. ibidem, numero 56.

Solonis lex qualis. cap.2.num.3. part.1.

Suſpenſionem an incurrat Epiſcopus, ex eo quia ante trigeſimum annum fuit conſecratus. c.4. p.1. num.10.

Seruientium claritas adauget famam dominorum. cap.5. part.1. num.1.

*Sæcularis.*

Sæcularis Epiſcopus proprium poſſidere an poſſit. ibidem, numero 66.

Sæcularis ſeu regularis Epiſcopus quas eleemoſynas facere teneatur. ibid. n. 67.

Sæculares an debeant ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, vel vbi de eis agitur. cap. 6. num. 26. part. 1.

*Suſpenſio.*

In ſuſpenſionem, vel interdictum non incidunt Epiſcopi niſi de eis expreſſa mentio fiat. cap. 7. num. 4. part. 1.

Suſpenſiones in quas incurrunt Epiſcopi, licèt earum non fiat expreſſa mentio remiſſiuè. ibid.

Sedere coram Rege an debeant Epiſcopi. c. 8. p. 1. n. 37.

Subditus ſcribens Epiſcopo debet appellare eum patrem. ibidem, numero 43.

Epiſcopus vocatur Sol, & per duodecim concluſiones explicatur. c. 9. n. 41. p. 1.

Subrogati aſſumunt qualitatem principalis. c. 10. p. 1. n. 5.

Sereniſſimus eſt Epiſcopus, quod eſt nomen Imperiale. ibid. num. 18.

Sigillo publico vtebantur Epiſcopi vbi eius effigies ſculpta erat. c. 11. n. 25. p. 1.

Solium & baldachinum habere poſſunt Epiſcopi in Eccleſiis regularium ſuæ diœceſis. cap. 12. part. 1. num. 42.

D. Scholaſtica Diui Benedicti ſoror extollitur. capite 6. parte 2. num. 75.

Eius corpus vbi requieſcat. ibidem.

Cum Simoniaco occulto an diſpenſare poſsit Epiſcopus. c. 7. p. 2. num. 33.

Qui ſuſpenſus celebrat an irregularis ſit. ibid. n. 44.

T

Tabellionatus officium an exercere poſsit Epiſcopus. cap. 12. num. 38.

*Teſtari, Teſtimonium.*

Teſtari an prohibeatur Epiſcopo ſæculari ratione ſuæ perſonæ. c. 13. p. 1. num. 2.

Ad Teſtimonium dicendum non poteſt cogi Epiſcopus. cap. 12. p. 1. num. 27.

Tangere ſacra dum iurat an teneatur Epiſcopus. ibid. n. 28. & an quando conſecratur. ibid.

*Teſtamentum.*

Teſtamentum coram Principe factum valet ſine teſtibus. ibidem, num. 45.

Teſtamentum coram Epiſcopo factum an valeat ſine teſtibus. ibidem.

Territorium habet Epiſcopus. c. 12. p. 1. n. 53.

Tempore interdicti an celebrare, aut ſibi facere celebrari poſsit Epiſcopus. c. 3. p. 2. n. 20.

Et vtrùm id poſsit tempore ceſſationis à diuinis. ibid. n. 22.

Teſtatoris volũtas vſque ad mortem deambulatoria. c. 13. p. 1. n. 27.

Teſtamentum Epiſcopi, vel Cardinalis, non ſubiicitur querelæ de inofficioſo. c. 13. p. 1. n. 33.

Teſtator an poſsit impedire quòd Epiſcopus non ſe intromittat in executione ſui teſtamenti. c. 2. p. 2. num. 46.

Textus in c. Nuper de bigamis, explanatur. c. 7. p. 2. n. 40.

Textus in c. per tuas de voto, explanatur. cap. 5. part. 1. num. 81.

Tranſlatus ſtatim cùm transfertur dicitur perſona priuata, & mortuus

quantum

quantum ad primam Eccleſiam.c.3. num.85.

Theſaurizare debent *Epiſcopi* inter pauperes. ibid.n.70.

Tituli aſſignatio facta à Papa iuncta conſecratione Epiſcopum facit. c.8.p.1.n.4.

Thronus Dei dicitur Epiſcopus. c.9.p.1.n.23.

Titularis Epiſcopus an debeat differre ab aliis reſpectu tractamenti. c.10.p.1.n.24.

*Tutela.*

Ad Tutelam an poſſit cogi Epiſcopus. c.12.n.21.p.1.

Quid ad tutelam miſerabilium perſonarum, & honorariam. ibid. n.22.& 23.

Tutela honoraria quæ dicatur. ibidem.

Thronum & ſolium habet Epiſcopus. ibid n.39.

Ad Triremes damnare an poſſit Epiſcopus. ibid.

Tunica ſerica qua vtitur Epiſcopus quando Pontificaliter celebrat quid ſignificet. c3.p.2.n.47.

Tutor inuentus diues qui ante ſuſceptionem tutelæ erat pauper, an præſumatur acquiſiſſe ex bonis pupilli. c.13.p.1.n.13.

*Titularis.*

Titulares Epiſcopi debent vocari ad Concilium generale.c.11.p.2.n.5.

Titulares Epiſcopi licèt Eccleſias non habeant,retinent priuilegia ſicut alij Epiſcopi. ibid.

Titulares *Epiſcopi* habent vocem in Concilio generali,ſicut alij Epiſcopi. ibid.

V

Vagari per diœceſim,vel in curia Papæ an liceat *Epiſcopo*. c.5.p.1.n.15.

Valentinianus Imperator miraculosè percuſſus. c.8.p.1.n.38.

Vaſſalli noſtri Regis ex lata ſignificatione dicuntur noſtri Epiſcopi. ibid.

Vaſſallus iurare debet Domino fidelitatem. c.1.p.1.n.10.

*Veſtis.*

Veſte purpurea vtuntur Cardinales. c.1.p.1.n.17.

Veſtis elegans ſublimiorem vel inferiorem hominem non facit. ibid.n.56.

Veſtes Epiſcoporum peregrinorum ſimiles,& quare. c.5.n.47.p.1.

Venatio an permiſſa *Epiſcopo*. c.5.n.18.p.1.

Vehi poteſt Epiſcopus in equo violaceis phaleris ornato.ibid.n.38.

Vas fidei dicitur Epiſcopus. c.9. p.1.n.25.

Venerabantur Epiſcopi iiſdem nominibus, titulis, & priuilegiis, quibus hodie Pontifex.c.11.n.1.p.1.

Vita Epiſcoporum norma atque exemplum eſt ſubditorum. c.1.p.1. num.48.

Vir maturæ ætatis debet eſſe,qui Epiſcopus creandus eſt. c.2.p.1.n.2.

Viſitare Apoſtolorum limina quo tempore debeant Epiſcopi.c.4. p.1.n.23.

Virtus comes eſt defunctorum. ibid.p.1.n.70.

Villa vbi *Epiſcopus* de nouo creatur,decoratur honore & titulo ciuitatis. c.6.p.1.n.2.

Vitam perdere pro ſalute animarum ſubditorum an teneatur *Epiſcopus*. c.6.p.1.n.20.

*Vicarius.*

Vicarius particularis Chriſti dicitur Epiſcopus.c.9.n.12.p.1.& Vicarius Dei, Vicarius Apoſtolorum, Vicarius Moyſis, Vicarius Papæ. num.17.

Vices Dei gerit in terris Epiſcopus. ibid.n.18.

Viſitare diœceſim an debeat

Epiſcopus per ſe. ibid.n.41.

Virginitatem perpetuam puriſſimè ſeruauit D.Ioſeph. c.10.p.1.n.4.

Vicarius Epiſcopi an alium Vicarium loco ſui,infirmitatis ſeu abſentiæ cauſa, creare poſſit. c.2.p.2. num.10.

Vicarius ſeu *E*piſcopus ſcribens iudici laico alicuius Baronis ſuæ diœceſis poteſt vti formula præceptiua. c.12.p.1.n.59.

Vicarium an teneatur eligere Epiſcopus. c.2.p.2.n.1.

In Vicario quæ ætas requiratur. ibid.n.3.

Vicarius & Epiſcopus vnum & idem tribunal faciunt. ibid.n.11.

Vicarij officium finitur mortuo Epiſcopo,ſeu tranſlato. ibid.n.2.

Vicarius Epiſcopi defuncti an poſſit petere ſalarium ſucceſſori. ibid.n.27.

Vicarium reuocare ſine cauſa an teneatur Epiſcopus. ibid.n.29.

Vicarium poteſt Epiſcopus conſtituere, qui loco ſui aſſiſtat cum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. ibid.n.35.

Viſitare poteſt Epiſcopus tamquam Apoſtolicæ ſedis delegatus hoſpitalia,& alia loca pia. c.2.p.2. num.41.

Viſitare clauſtra & monaſteria Monialium poteſt Epiſcopus cauſa reparandi clauſuram. ibid.

Vicario ſeu alio clerico an poſſit conceſſionem indulgentiarum delegare. c.4.p.2.n.17.

Vicarius generalis *E*piſcopi ex ſpeciali commiſſione an literas dimiſſorias concedere poſſit. c.6. p.2. num.79.

Vicarius Epiſcopi an diſpenſet in denunciationibus matrimonialibus. c.8.p.2.n.31.

Vicarius an diſpenſare poſſit in votis & iuramentis. c.9.p.2.n.33

Vicarium conſtituere in Eccleſia parochiali debet Epiſcopus interim dum prouidetur de Parocho. c.10.p.2.n.13.

Cum virtuoſo & ignobili an diſpenſet Epiſcopus vt in Canonicum admittatur, vbi ſtatum quod non recipiantur niſi nobiles. c. 7. p. 2. num.54.

*Votum.*

Votum de non acceptando Epiſcopatum etiam de mandato Papæ an quis emittere poſſit, & quid de non procurando. c.3.p.1.n.42.

Vouere an poſſit *E*piſcopus ſine licentia. c.5.n.81.

Si votum Religionis emiſit antequam ad *E*piſcopalem euocaretur dignitatem, an debeat relicto *E*piſcopatu votum adimplere. ibid. num.86.

Vocari *à las Iuntas* an debeant Epiſcopi. c.6.n.26.p.1.

Vocem deciſiuam ſoli Epiſcopi & Cardinales S. R. E. habent in Concilio. c.1.p.2.n.8.

Vota Canonicorum quando paria ſunt,ibi conſtituitur maior pars Capituli vbi votum Epiſcopi eſt. c.1.p.2.n.48.

In quibus votis diſpenſet Epiſcopus. c.9.p.2.n.3.& n.18.

Et an in votis conditionalibus. ibid.n.5.

Cum vouente intrare Religionem an diſpenſet Epiſcopus vt laxiorem ingrediatur. ibid.n.7.

Et an cum vouente ſacrum Ordinem ſeu presbyteratum ſuſcepturum. c.9.n.9.p.2.

In voto caſtitatis an diſpenſet *E*piſcopus. ibid.n.13.

Et quid in voto caſtitatis ad tempus. ibid.n.14.

Vtrùm in voto temporalis religionis. n.16.ibid.

In voto aſſumendi habitum bea-

tarum, ſeu Diui Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, an diſpenſet Epiſcopus. c.9.p.2.n.19.& 21.

In voto aſſumendi habitum Diui Ioannis an diſpenſet. ibid.n.22.

An in voto non petendi debitum. ibid.n.23.

An in voto in fauorem tertij facto. ibid.n.27.

Vtrùm diſpenſet Epiſcopus cum eo qui votum ſimplex emiſit, & poſteà vxorem duxit. ibid.n.26.

An diſpenſet in voto eundi ad Diuum Iacobum. ibid.

In voto Hieroſolymitano non diſpenſant Epiſcopi, niſi iuſta cauſa interueniente. ibid.

Cum vouente non acceptare præbendam an diſpenſet Epiſcopus. c.9.p.2.n.31.

Vota ieiunandi perpetuò commutare poteſt *E*piſcopus. ibid.n.32.

Vniones beneficiorum poteſt facere *E*piſcopus. c.10.p.2.n.42.

*Vnctio.*

Vnctio cum qua conſecrantur *E*piſcopi à veteri teſtamento trahit originem. c.4.p.1.n.6.

Vtrùm ſit de per ſe ſacramentum, & imprimat characterem. ibid.n.9. & 10.

Nullum Votum emittunt *E*piſcopi in ſua conſecratione. ibidem, n.21.& c.5.p.1.n.46.

Vngere altaria, ſeu calices, an propriè ſit ordinis *E*piſcopalis. c.6. p.2.n.75.

Vulgò quæſitus cuius originem ſequatur. c.6.p.2.n.41.

Coll. Soc. IESV Paderbornæ Anno 1650

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alzedo
De
Dignitate
Potestate
Functione
Epi̅ᵒʳ (?) cp.

M.III.

Th
4795